


CLOSE ROLLS

OF THE REIGN OF

HENRY III.

PRESERVED IN THE

PUBLIC RECORD OFFICE.

PRINTED UNDER THE SUPERINTENDENCE OF

THE DEPUTY KEEPER OF THE RECORDS.

A.D. 1231–1234.

PUBLISHED BY AUTHORITY OF HIS MAJESTY'S PRINCIPAL SECRETARY OF STATE FOR THE HOME DEPARTMENT.

LONDON:
PRINTED FOR HIS MAJESTY'S STATIONERY OFFICE
BY MACKIE AND CO., LD., 59, FLEET STREET, E.C.

And to be purchased, either directly or through any Bookseller, from
WYMAN AND SONS, LD., FETTER LANE, E.C.; or
OLIVER AND BOYD, EDINBURGH; or
E. PONSONBY, 116, GRAFTON STREET, DUBLIN.

1905.

PREFACE.

The present volume continues the Edition of the Close Rolls of the reign of Henry III. of which a volume (1227-1231) was published in 1902. The text has been prepared by several officers of this Department working under the immediate direction of Mr. C. Trice Martin, an Assistant Record-Keeper. The Index has been compiled by Mr. A. E. Stamp, M.A., of this Department.

H. C. MAXWELL LYTE.

Public Record Office,

3 *August*, 1905.

CLOSE ROLLS.

16 HENRY III.

1231.

[m. 19.] *De damis datis.*—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat Roberto de Lexinton' tres damas in foresta de Shirewod' de dono regis. Teste rege apud Rading', xxviij. die Octobris, anno etc. xvj.

De perdonacione x. marcarum Willelmo de Monte Acuto.—Rex perdonavit Willelmo de Monte Acuto x. marcas de debito quindecim librarum* quas debet Aaron filio Abraham de Lond' Judeo.† Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de predictis x. marcis ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est constabulario de Bruges quod habere faciat S. de Sedgrave et Radulfo filio Nicholai, quos rex mittit ad partes Wallie, unum dolium vini de vinis regis que sunt in custodia sua, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in baillium.—Lucas Paiard, quem Robertus le Clerc appellat de morte Walteri de Hatherl', habet literas directas vicecomiti Devonie quod tradatur in baillium xij. etc. Teste ut supra.

De robis emendis ad opus regis et suorum.—Mandatum est Willelmo de Haverhell' et Willelmo scissori, quod emant in nundinis Norhamt' vij^{xx}. et x. robas ad opus militum de familia regis, et ad opus clericorum et servientum c. robas, et ad opus garcionum lvij. robas, et ad elemosinas faciendas ccc. tunicas. Teste ut supra.

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod loquelam que est in comitatu suo, per breve de recto, inter Elyam la Was' petentem et Ricardum archidiaconum Baiocensem tenentem, de medietate unius mesuagii in Chenlewell, ponat in respectum usque in unum mensem ad (*sic*) die Pasche anno etc. xvj. Teste rege apud Merleberg', ij. die Novembris.

De capreolis datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod in brullio regis de Bedewinde faciat habere Petro filio Herberti tres capreolos de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Monemu' quod habere faciat Pagano de Chaurces vj. damas in la Bogholte, de dono regis. Teste ut supra.

* Corrected from "xv. marcarum."

† The words "de lucro pro xl. marcis quas mutuo cepit ab eo" are cancelled here.

1231.
m. 19.]

Pro Petro filio Hereberti.—Mandatum est Hasculfo de Nevill' quod non inpediat quominus homines Petri filii Hereberti colligere possint singulis annis per unum diem nuces in foresta regis de Rotel' ad opus ipsius Petri, sicut eas colligere debent et solent. Teste ut supra.

De nave deliberanda.—Mandatum est ballivis portus de Winchel' quod navem Willelmi Wigun' de Barbefle, que vocatur *la Dameisel'*, arestatam in portu suo cum vinis quibus carcata est, sine inpedimento a portu suo recedere permittant, accepta prius a magistris ejusdem navis sufficienti securitate quod ad vina illa vendenda non divertent ad partes transmarinas, set ea in terra Anglie vendent. Teste rege apud Merleberge, iij. die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat W. comiti de Ferrariis x. damas in foresta de Salceto vivas, ad parcum suum de Perye instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est B. de Insula quod habere faciat magistro R. de Lacoc iiij. damas in foresta de Rokingham, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Gileberto Basset pro eodem magistro Rogero, de tribus damis in foresta de Chipeham, de dono regis. Teste ut supra.

De venatoribus.—Mandatum est Johanni Follo et sociis suis venatoribus quod ulterius in foresta de Pikering' non currant, set cum festinatione cum canibus regis veniant ad regem, et venationem quam ceperunt saliri et custodiri faciant, sicut rex alias precepit, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat priori Sancte Margarete extra Merleberg' quatuor fusta ad postes faciendos, in foresta de Savernak', ubi commodius capi poterunt ad minus nocumentum foreste, ad operationem clocherii sui, de dono regis. Teste rege apud Merleberg', iiij. die Novembris.

De cignis datis.—Mandatum est constabulario de Merleberg' quod habere faciat Rannulfo Britoni duos cignos aerrarios, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Alexandro de Bassingburn' quatuor damas in foresta de Cliva, de dono regis. Teste rege, apud Merleberg', v. die Novembris.

De maeremio ad gurgites[a] *regis per aquam Sabrine.*—Mandatum est Gileberto Basset quod habere faciat vicecomiti Glouc' maeremium in foresta Den' ad reparandum et sustinendum gurgites regis per aquam Sabrine, sicut vicecomites Glouc' temporibus predecessorum regis et tempore ipsius regis hactenus habere consueverunt. Teste ut supra.

[a] 'Gurgite' in MS.

1231.

[m. 19.] *De vinis capiendis apud Bristoll' in Bristoll'* (*sic*).—Mandatum est ballivis Bristoll' quod per visum Petri le Peitevin, quem rex illuc mittit, capiant c. dolia vini de melioribus vinis inventis in villa sua ad opus regis. Teste rege ut supra.

De respectu loquele.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, quod loquelam que est coram eis inter Isaac de Norwico, Judeum, et Simonem filium Simonis le Cunte et alios burgenses Norwici, de quodam debito quod ipse Isaac ab eis exigit, ponant in respectum usque ad primum adventum regis usque Lond'. Teste ut supra.

Pro comitissa Penbr'.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod faciat habere A. comitisse Pembr' rationabile estoverium suum de busca, ad focum suum et ad sustentationem manerii sui de Westycumb', in foresta de Savernak', exceptis boscis de Heppingcumb' et de la Ferme, ubi competencius capi possit et ad minus nocumentum predicte foreste. Teste rege apud Merleberg', vij. die Novembris.

De roboribus datis.—Mandatum est J. de Monem' quod habere faciat monialibus de Ambresbir' xv. robora ad focum suum de dono regis, videlicet, sex in bosco de Bocholte et sex in bosco de Cett', et tria in bosco de Gravenel. Teste rege apud Clarend', x. die Novembris.

De nucibus datis.—Mandatum est ballivis de Clarend' quod habere faciant monialibus de Ambresbir' sex quarteria nucium de dono regis, de nucibus regis que sunt in custodia sua. Teste ut supra.

Pro priore de Monasterio Ederoso.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod id quod restat reddendum priori de Monasterio Ederoso de tempore quo fuit vicecomes Wilt' de elemosina regis constituta, quam singulis annis percipit de precepto regis per manum vicecomitis Wilt', ei sine dilatione et difficultate reddat. Teste rege apud Clarend', xij. die Novembris.

Eodem modo scribitur E. comitisse Sarr' pro eodem de tempore quo habuit custodiam comitatus Wiltes'.

De electione prioris de Merton'.—Rex electioni et confirmationi facte de fratre Henrico de Basing', canonico de Merton', in priorem ejusdem loci, regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est fratribus J. sacriste et R. precentori de Merton', custodibus ejusdem prioratus, quod de prioratu illo cum omnibus pertinentiis suis sine dilatione plenam saisinam habere faciant. Teste rege apud Clarend', xij. die Novembris.

Et mandatum est militibus, liberis hominibus et aliis tenentibus de predicto prioratu quod ei tanquam domino suo intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

1231.

[m. 19.] *De maeremio ad fenestras de Clarend'.*—Mandatum est ballivis Johannis de Monem' de foresta de Clarendon', quod habere faciant magistro Johanni, carpentario regis, per visum viridariorum maeremium in balliva sua ad fenestras et alias operationes aule Regis de Clarend' faciendas. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est ballivis ejusdem Johannis de Nova Foresta quod habere faciant Waltero de Lascy duas damas in Nova Foresta, de dono regis. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat H. comiti Hereford' xx. fusta in foresta de Savernac, ad cheverones faciendos ad se hospitandum apud manerium suum de Vivelesford'. Teste ut supra.

De capreolis et damis datis.—Mandatum est J. de Monem' quod in bosco abbatisse Wilton' infra ballivam suam, faciat habere Luce de Drumare ij. capreolos et duas damas, de dono regis. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est ballivis ejusdem Johannis de foresta de Clarend', quod habere faciat Waltero de Lascy v fusta in foresta Clarend', de dono regis. Teste ut supra.

Pro uxore Ricardi de Rugheden.'—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod de omnibus terris que fuerunt Ricardi de Grunested' in balliva sua, et que sunt in manu regis ratione heredum ipsius Ricardi infra etatem et in custodia sua existentium, Alesie que fuit uxor ipsius Ricardi racionabilem dotem habere faciat secundum consuetudinem terre. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Dors'.

De fustis datis.—Mandatum est ballivis foreste de Clarendon' quod habere faciant de dono regis priori de Monasterio Ederoso tria fusta in foresta de Clarend' ad faciendum maeremium, sparsim per loca ubi poterit ad minus nocumentum, etc.

De facienda extenta terre cujusdam.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, quod terram Ricardi Baum in Hertleg,' que est vadium Elye filii Chere Judei Wintoniensis, et in manu ejusdem Judei pro debito quod ei debet, extendi faciant et juxta extentam ejusdem terre et quantitatem predicti debiti predicto Ricardo rationabiles terminos habere faciant ad solutionem predicti debiti, ita quod compellatur mendicare. Teste ut supra.

De robis emendis ad opus regis et Isabelle uxoris (sic) *ejus.*—Mandatum est Willelmo scissori regis quod in propria persona sua accedat ad nundinas Sancti Edmundi et ad opus regis emat unam robam de scarleto integram, furratam de bissis, et aliam robam integram de nigra burnetta, similiter furratam de bissis; et unam jupam de scarletto furratam de rubeo griso; et ad opus Isabelle sororis regis

1231.
[m. 19.] tunicam, supertunicam et pallium de blevio de Ipra, furrata de minuto ver; et tunicam, supertunicam et pallium de viridi de Gant, furrata similiter de minuto ver; et unam capam de More furratam de bissis. Fieri etiam faciat ad opus regis unum lectum integrum, et custum ad hoc appositum faciet rex acquietari. Teste rege apud Ambresbir', xiij. die Novembris.

Pro Amaurico de Sancto Amando.—Mandatum est vicecomiti Leic' quod demandam, quam facit Amaurico de Sancto Amando, qui est in servicio regis in partibus Wallie, de sectis comitatus et hundredorum, ponat in respectum usque ad festum Sancti Hillarii, anno etc. xvj. Teste ut supra.

Pro abbatissa Wilton'.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod per visum forestariorum et viridariorum faciat habere abbatisse Wilton' in bosco suo, qui est in foresta de Savernak', sexties xx. quercus ad cheverones faciendos cum escaetis earundem quercuum. Teste rege apud Merleberge, xv. die Novembris.

Pro Judeis Neubir'.—Rex concessit ad instantiam A. comitisse Penbroc,' sororis sue, quod Deusaye filius Isaac de Wintonia, Bonevie de Bristoll' et Lyun de Bristoll', Judei, manentes apud Neubir,' remanere possint ibidem usque ad Purificationem Beate Marie anno etc. xvj. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, quod predictos Judeos ibidem remanere permittant usque ad predictum terminum. Teste ut supra.

Pro uxore Johannis Belet.—Mandatum est Henrico filio Nicholai quod, postquam Amabilla, que fuit uxor Johannis Belet, ei reddiderit filios et heredes ipsius Johannis, de omnibus terris que fuerunt ipsius Johannis et que sunt in custodia sua per preceptum regis, rationabilem dotem ei assignari faciat. Teste rege apud Merleberg', xvij die Novembris.

Et mandatum est vicecomitibus Dors' et Surr' quod, si idem Henricus id non fecerit sicut predictum est, ipsi hoc faciant. Teste ut supra.

De bissis et damis datis.—Mandatum est Thome de Sampford' quod in foresta de Savernak' faciat habere Isabelle sorori regis v bissas et vij. damas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Ranulfo Britoni.—Rex concessit Ranulfo Britoni quod boscus pertinens ad manerium de Apethorp', quod idem Ranulfus habet de dono ipsius regis in perpetuum, sit quietus de vasto, regardo, visu forestariorum, viridariorum, regardatorum et omnium ministrorum suorum, sicut plenius continetur in carta predicta. Teste ut supra.

Et mandatum est Hugoni de Nevill' et B. de Insula quod ita observari faciant. Teste ut supra.

1231.
[m. 19.]

Pro Simone de Norwico.—Rex concessit Symoni de Norwico quod terra Humfridi Visdelu in Abinton', quam ei commisit ad terminum quatuor annorum, pro quodam equo quem ab eo emit, et que prius fuit vadium Benedicti et Bonefant de Bedef' et Aaron filii Abraham et Jacoby Crespin de Lond' Judeorum, super debito quod eis debet, non distringatur pro debito illo quamdiu alie terre ejusdem Humfridi, que similiter sunt vadium eorundem Judeorum, sufficiunt ad solutionem prefati debiti. Teste ut supra.

Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod quamdiu alie terre ipsius Humfridi sufficiunt ad solutionem predicti debiti, sicut predictum est, predictam terram de Abinton' non distringant. Teste apud Farend', xviij. die Novembris.

De fustis datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat fratribus leprosis de Merleberg' viij. fusta et xvj. branchias, ad cheverones faciendos in foresta de Savernac, de dono regis. Teste rege apud Farend', xvij. die Novembris.

De currendo ad bissas.—Rex mittit usque ad forestam de Bernewod' Johannem et Philippum venatores suos ad capiendum in ea xx bissas ad opus regis. Et mandatum est Hugoni de Nevill' vel Willelmo de Horton' quod ipsos ad hoc admittant et ad hoc eis sint auxiliantes. Teste ut supra.

Pro Willelmo Paifore.—Quia constat regi per inquisitionem factam per preceptum regis quod Willelmus Peifore obligavit se per cartam suam Vivardo et Bonamy Judeis Cant' pro debito quod Thomas de Bavelingham eis debuit, de quo idem Thomas ipsis Judeis satisfecit, et non de proprio debito; mandatum est justiciariis Judeorum etc. quod ipsum Willelmum de debito quod predicti Judei a predicto Willelmo exigunt sicut predictum est, quietum esse faciant, et cartam suam, quam inde habent Judei predicti, ei deliberari. Teste ut supra.

Pro Agnete uxore Simonis Monekin.—Quia constat regi quod Simon Monekin nullum jus habuit in terra que fuit Thome le Esquier in Tideswell' et Whestan', nisi ratione custodie quam Agnes uxor ejus inde habuit, eo quod predictus Thomas primus vir ipsius Agnetis terram illam tenuit in socagio, et quod ipsa propinquior est heredi ipsius Thome; quam quidem terram Brianus de Insula cepit in manum regis ut dicitur occasione mortis predicti Simonis; mandatum est vicecomiti Dereb' quod de predicta terra prefate Agneti talem saisinam habere faciat qualem predictus Simon vir ejus et ipsa inde habuerunt ante mortem ipsius Simonis, et si de rebus vel catallis in terra illa inventis per ipsum Brianum vel ballivos suos aliquid amotum fuerit, id sine dilatione ipsi Agneti plene restitui faciat. Teste rege apud Abbendon', xix. die Novembris.

Hibernia. Pro Adam de Alno.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod si, facta inquisitione si comes W. Marescallus junior, cum esset justiciarius Hibernie, quandam terram de escaeta

1231.

[m 19.] regis, que fuit Johannis le Latimer, in Thirchein per finem xx.li. dimisisset Theobaldo Pincerne, et idem Theobaldus eandem terram cum maritagio heredis dederit Ade de Alno, qui per quinquennium vel amplius eam tenuit, et quam idem R. justiciarius cepit in manum regis, ut idem Adam dicit, de hac veritate ei constiterit, predicto Ade saisinam predicte terre reddi faciat. Teste rege apud Rading', xxj. die Novembris.

De dama et robore datis.—Mandatum est constabulario Windles' quod habere faciat Reginaldo de Albo Monasterio unam damam in foresta Windes', et Matildi que fuit uxor Ricardi de Cakillun unum vetus robur ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Windles', xxij. die Novembris.

Pro Johanne filio Philippi.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod habere faciat Johanni filio Philippi unum dolium vini novi de vinis regis que sunt in custodia sua, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Novembris.

De coronatore.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod loco Ricardi de Burleg' coronatoris Regis qui languidus est, ut dicitur, in pleno comitatu suo per assensum totius comitatus, de discretioribus et legalibus militibus ejusdem comitatus alium eligi faciat coronatorem, qui prestito sacramento sicut fieri debet et solet, ex tunc faciat et conservet una cum aliis coronatoribus regis de comitatu suo ea que ad coronam regis pertinent in eodem comitatu. Et talem eum eligat qui fideliter et diligenter ad hoc intendat. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Novembris.

[m 18.] *Pro Rannulfo de Flury.*—Quia justius et magis pium est quod catalla que fuerunt Thome de Flury, qui interfectus fuit in Wallia in servicio regis, cedant in usus Rannulfi de Flury fratris sui, quam in usus alicujus alterius; mandatum est vicecomiti Sumers' quod predicta catalla, in cujuscumque manu inventa fuerint, ipsi Rannulfo habere faciat. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Waltero de Lascy.—Quia Walterus de Lascy est in servicio regis in Anglia per preceptum regis, mandatum est justiciariis Hibernie quod omnes loquelas, preter assisas nove disseisine, que mote sunt versus eundem Walterum in Curia regis in Hibernia, ponant in respectum usque ad Pascha, anno etc. xvj. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Novembris.

De bremis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod in vivario regis de Havering', faciat habere Ricardo filio Hugonis c. bremas ad quoddam vivarium suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De datis damis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat Rannulfo Britoni duas damas in balliva sua extra parcum de Havering', de dono regis. Teste ut supra.

1231.
[m. 18.]

Pro Rogero la Veille.—Rex concessit Rogero la Vieile per cartam suam quod ipse et heredes sui habeant inperpetuum liberam warennam in dominicis suis de Hainges et Tunstedehundred', ita quod nullus in ea leporem vel vulpem fuget vel capiat sine licencia et voluntate ipsius Rogeri vel heredum suorum. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod cartam suam legi in comitatu et warrennam illam clamari et observari faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod in foresta regis de la Saucee vel alibi in balliva sua, ubi melius viderit expedire, faciat habere J. comiti Hunt' tres damos et quatuor damas ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Erlham.—Rex commisit Johanni de Erlham, vadleto suo, xxx.s. redditus cum pertinentiis in Clipseby, quas Petrus de Linc' prius tenuit de ballio regis, ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod de predictis xxx. solidatis redditus cum pertinentiis, eidem Johanni sine dilatione plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, j. die Decembris.

Pro Templo. Pro terra extra Eboracum.—Rex dedit magistro et fratribus Milicie Templi in Anglia in puram et perpetuam elemosinam illam petiam terre quam rex habuit juxta molendina eorundem fratrum extra Eboracum, que jacet inter predicta molendina et aquam que vocatur Use, et extenditur de la Barre subtus castellum usque ad viam que vocatur Fiskergat'. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod de predicta petia terre predictis magistro et fratribus sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, primo die Decembris.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat W. comiti Warenn' v. damas in foresta de Cliva, de dono regis. Teste ut supra.

De bresnis datis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod habere faciat Rogero de Turkilleby, clerico Willelmi de Ral', x. bresnas in vivario regis de Ros, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingham quod habere faciat Roberto de Lexinton' iiij. damas in foresta de Shirewod', de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem pro Willelmo de Eboraco de iiij. damis in Shirewod'. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Hugoni de Nevill' pro Willelmo de Raleg' de ij. damis in foresta de Roking', de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Thome de Langel'* pro eodem, de ij damis in foresta de Wichewod', de dono regis. Teste ut supra.

* Altered from 'Mulcton'.

1231.

[m. 18.] *De tradendo in baillium.*—Hubertus de Hadfeld', qui est in prisona in castro Waling' pro morte Helisant de Mara, unde appellatus est, habet literas directas vicecomiti Berk' quod tradat eum in ballium xij. etc. qui eum habeant apud Westmonasterium coram justiciariis in Banco a die Sancti Hillarii in xv. dies. Teste ut supra.

De perdonatione pro Willelmo de Lond'.—Rex perdonavit executoribus testamenti Willelmi de Lond' xxiiij. marcas que ab eis exigebantur per summonicionem Scaccarii de debitis ipsius Willelmi. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Alienore comitisse Penbr' v. damas de dono regis in foresta de Selveston'. Teste rege apud Croinden', iij. die Decembris.

De vinis retinendis ad opus regis.—Mandatum est ballivis Suhamt' quod de melioribus vinis que venerint vel ventura sunt in portum suum, retineant ad opus regis xxx. dolia. Teste ut supra.

° Rex clausum costere de Warnel, quod abbas de Holcoltram de licencia regis clausit et tenuit in manu sua quamdiu regi placuerit, reddendo regi per annum dimidiam marcam ad Scaccarium, concessit Johanni Francigene, clerico W. Carleolensis episcopi, tenendum ad totam vitam suam, reddendo inde similiter ad Scaccarium per annum dimidiam marcam. Et mandatum est Thome de Muleton' quod de predicto clauso per easdem metas et divisas per quas dictus abbas illud tenuit, et sicut idem abbas illud tenuit, prefato Johanni plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Eva de Tracy.—Rex perdonavit Eve de Tracy xx.s. qui ab ea exiguntur per summonicionem Scaccarii pro exercitu de Elevein, de feodo j. militis quod de rege tenet in capite. Et mandatum est baronibus de Scaccario etc. Teste ut supra.

° Mandatum est venerabili patri W. Karleolensi episcopo, thesaurario domini regis, quod capellas domini regis, scilicet Sancti Stephani et Sancti Johannis Westmonasterii, celare faciat ultra altaria, et quatuor tabulas fieri, videlicet, duas ponendas ante eadem altaria et duas strictiores ponendas super eadem altaria, in quibus tabulis depingi faciat quod melius et competencius viderit depingendum; dum tamen in tabulis strictioribus depingantur imagines Sanctorum Stephani et Johannis, videlicet una imago in una et alia imago in alia, ita quod pro posse suo ea parata inveniat rex in adventu suo Lond'. Teste ipso rege apud Otteford', iiij. die Decembris.

De scutellis et salariis faciendis.—Mandatum est W. thesaurario et camerariis quod ad opus Isabelle, sororis regis, fieri faciant iij. scutellas et tria salaria argenti, videlicet, quamlibet scutellam ponderis

° Cancelled

1231.
[m 18.] duarum marcarum, et quodlibet salsarium ponderis dimidie marce; ita quod illa habeant parata ante instans Natale Domini. Teste ut supra.

De capellis Sancti Stephani et Sancti Johannis Westmonasterii.—Mandatum est W. Karleolensi episcopo quod capellas regis Sancti Stephani et Sancti Johannis Westmonasterii celare faciat ultra altaria, et quatuor tabulas fieri, videlicet, duas ponendas ante eadem altaria et duas strictiores ponendas super eadem altaria, in quibus tabulis depingi faciat quod melius et competentius viderit depingendum; dum tamen in tabulis strictioribus depingantur Sanctorum Stephani et Johannis, videlicet, una imago in una et alia imago in alia, ita quod pro posse suo ea parata inveniat rex in adventu suo Lond'. Teste ut supra.

De districtione pro scutagio.—Mandatum est vicecomiti Cornubie quod, occasione precepti regis, quod ei fecit de districcione facienda pro scutagio exercitus de Elvein, nullum distringat nisi pro tot feodis quot regi tenetur respondere ad Scaccarium, et pro eodem scutagio non distringat, nisi tantum eos qui de rege tenent in capite. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Novembris.

Eodem modo scribitur aliis vicecomitibus.

Pro priore de Merton'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod amerciamenta prioris de Merton' et hominum suorum eidem priori allocari faciant, sicut ei allocare debent et solent per cartas predecessorum regis et suam, quas inde habet. Teste rege apud Maidenestan', v. die Decembris.

De capa facienda ad capellam regis.—Mandatum est W. Carleolensi episcopo etc. quod ad capellam regis fieri faciat quandam bonam capam de bono samito rubeo, magnam et bene paratam bonis aurifragiis; ita quod rex eam habeat promptam in proximo adventu suo Lond.' Teste rege apud Tenham, vij. die Decembris.

Pro Isabella sorore ejus.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod in parco regis de Wudestok' faciat habere Isabelle sorori regis v. damas contra instans Natale Domini, et in forinseco vivario regis ibidem unum tractum ad piscem capiendum, de dono regis. Teste rege apud Cantuariam, viij. die Decembris.

Mandatum est W. Carleolensi episcopo quod tres scutellas et tria salsaria argenti, que fieri fecit ad mandatum regis ad opus Isabelle sororis sue, liberet ad opus suum Johanni de Wigornia latori presentium. Teste ut supra.

Pro priore Hospitalis Jerusalem.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod, si Ricardus de Chilham habeat tenementum aliquod sive possessiones alibi quam in Chingeford', per que possit distringi pro debitis regis que ab eo exiguntur, tunc ipsum per ea distringi faciant, et priorem Hospitalis Jerusalem in Anglia blada sua, que habet apud Chingeford' et emit a predicto Ricardo, in pace habere permittant. Teste ut supra.

1231.

[m. 18.] *De damis datis.*—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod in foresta Essex' extra parcum de Haveringes, faciat habere Waltero de Clifford' x. damas et tres damos ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Wengham, ix die Decembris.

Pro Nicholao de Quatuor Maris.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod demandam quam facit Nicholao de Quatuor Maris* de sectis comitatus et hundredorum et de visu franci plegii et de auxilio vicecomitis et de hujusmodi aliis que ad vicecomitem pertinent de terra sua de Barewe, ponat in respectum donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Dour', xj. die Decembris.

De bresnis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod in vivario regis de Havering' faciat habere W. de Kirkeham, decano Sancti Martini Lond', mille brennas de dono regis. Teste rege apud Cantuariam, xiiij. die Decembris.

Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum quod ,† qui utlagatus fuit pro morte hominis, unde rettatus fuit, tenuit unum mesuagium cum pertinentiis in Noting' de † aurifabro de Noting', et quod mesuagium illud extitit in manum regis per unum annum et unum diem, mandatum est vicecomiti Noting' quod eidem † de mesuagio illo plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro monachis Sancte Trinitatis Kantuarie.—Rex dedit et carta sua confirmavit priori et monachis Sancte Trinitatis Kantuarie in augmentum elemosinarie sue, placiam illam inter murum civitatis Cantuarie et murum qui claudit curiam ipsorum prioris et monachorum, que jacet inter Nortgat' et Quenigat'; que quidem placia continet in fine suo versus orientem xlj. pedem in latitudine et versus occidentem xxiiij. pedes similiter in latitudine, et in sui medio xvij. pedes, et in longitudine lxxj. perticatas, habendam et tenendam in puram et perpetuam elemosinam, non obstante eo quod placia predicta chiminum esse consuevit. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod de predicta placia ipsis priori et monachis plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Tenham, xiiij. die Decembris.

Pro Ricardo filio Hugonis.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis regis que sunt in custodia sua, faciat habere Ricardo filio Hugonis unum dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Cantuariam, xiiij. die Decembris.

De fustis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Radulfo Tirol sex fusta ad maeremium in foresta de Waubberge, de dono regis. Teste rege apud Bixle, xvj. die Decembris.

---

* Altered from Nicholaus de Barewe. † Blank in MS.

1231.
[m. 18.]

De capiendo Judeo.—Mandatum est Hugoni de Shardelawe, ballivo de Shitingburn', quod Isaac Judeum apud Shitingburn' manentem capiat, et catalla sua arestari, ipsumque Judeum cum catallis suis sigillo ipsius ballivi liberari faciat certo nuncio Ricardi capellani H. de Burgo etc. custodienda donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Lamh', xviij. die Decembris.

De vino dato.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis regis que sunt in custodia sua apud Lond,' faciat habere Henrico de Capella ad opus uxoris sue unum bonum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomitibus Sussex' et Surr' quod capiant in manum domini regis totam terram, que fuit Gilberti de Aquila in ballivis suis, et eam salvo custodiant donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Keniton,* xix. die Decembris.†

De vinis retinendis ad opus regis.—Mandatum est camerario regis Lond' quod de melioribus vinis que venerunt apud Lond,' retineri faciat ad opus regis quadraginta dolia vini, et ea salvo reponi faciat in celario regis apud Westmonasterium. Teste ut supra.

Mandatum est ballivis Bristolli quod de melioribus vinis que inventa fuerint in villa Bristolli de vinis Wasconie, cujuscunque fuerint, retineri faciant ad opus domini regis sexaginta dolia vini per visum Rogeri Alard', Willelmi clerici de Wigornia, Ricardi Curteis, et Henrici Lambuard', et ea in aliquo celario salvo reponi faciant donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Guldef', xxj. die Decembris.

Pro uxore Willelmi de Serlande.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod de terra, quam Willelmus de Serlande tenuit de ballio regis in balliva sua, plenam saisinam habere faciat Juliane que fuit uxor ipsius Willelmi, quam rex ei commisit ad se sustentandam quamdiu regi placuerit.

De respectu loquele.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam, que est coram eis per breve regis inter Simonem Barlibret et Walterum de Everm' de quadam lege inter eos vadiata, ponant in respectum usque in xv. dies a die Pasche, anno etc. xvj. Teste rege apud Wintoniam, xxv. die Decembris.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Venuz quod habere faciat Johanni de Burgo tres damas in balliva sua, de dono regis. Teste rege apud Merdon', xxv. die Decembris.

Pro Cecilia Mignot.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod de primis denariis, qui exciderint de elemosina regis constituta, faciant habere Cecilie Mignot duos denarios de dono regis. Teste ut supra.

---

* Altered from Lameth. † Cancelled, *quia in rotulo finium.*

1231.

[m. 18.] *De mercandisis arestandis.*—Mandatum est ballivis Suhamt' quod omnes mercandisas, que invente fuerint in villa sua de mercandisis mercatorum Flandrensium, arestari et per visum eorundem mercatorum qui eas duxerint, salvo custodiri faciant; ita quod ipsi nichil inde sint perdentes nec aliquid inde amoveatur, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. Basset quod in foresta regis de Dene faciat habere H. de Burgo etc. quatuor quercus in foresta de Den', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario Divisarum quod habere faciat Egidio de Cancell' iiij. quercus in foresta de Chipeham, de dono regis, ad se hospitandum apud Haselbery. Teste rege apud Haselbery, xxvij. die Decembris.

Pro Ricardo Suward'.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod habere faciat Ricardo Suward' omnia blada sua, que seminari fecit in terra quam habuit de ballio W. quondam comitis Marescalli in Bere, et que capta fuit in manum regis occasione mortis ipsius comitis. Teste* ut supra.

[m. 17.] *De damis datis.*—Mandatum est constabulario Windesor' quod faciat habere Galfrido de Lucy tres damas in foresta Wyndesor,' de dono regis. Teste rege apud Esseleg', xxviij. die Decembris.

De quercubus.—Mandatum est Briano de Insula quod faciat habere Willelmo Blanegernun tres quercus in foresta de Wauberge de dono regis. Teste ut supra.

Pro Drogone de Barentin et sociis ejus.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod faciat habere Drogoni de Barentin, Johanni de Plesseto et Willelmo de Huntercumbe, totum implementum quod est in manu hominum regis de Berewic' et de Ganguluesden', et omnia dominica que pertinent ad manerium de Chaugrave, quod tenent de ballio regis, ad se sustentandos in servicio regis; ita quod nichil eis desit, quod in manerio predicto habere debeant. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Gray.—Mandatum est B. de Insula quod permittat Ricardum de Gray prosternere et abstrahere maeremium quod abbatissa de Cadamo ei dedit in bosco suo de Felested', qui est in foresta Essex.' Teste ut supra.

Pro Radulfo de Ewelm' canonico Suwell'.—Rex concessit Radulfo de Ewelm', canonico de Suwell', quod essartum illud quod venerabilis pater W. Karleolensis episcopus fecit tempore quo fuit canonicus de Suwell' et habuit prebendam de Wudeburgh', libere et sine impedimento claudere possit fossato et haya, et essartum illud excolere; ita quod inde de cetero non occasionetur. Et mandatum est Briano de Insula quod essartum illud excoli et claudi permittat fossato et haia libere et sine impedimento, sicut predictum est. Teste ut supra.

* "Teste" repeated in MS.

1231.
[m. 17.]

Pro priore de Thurgarton'.—Rex concessit et carta sua confirmavit priori et canonicis de Turgarton' quasdam libertates et quietantias in predicta carta regis, quam inde habent, plenius contentas. Et mandatum est vicecomiti Notingham quod cartam illam in pleno comitatu suo legi, et libertates et quietancias predictas eisdem priori et canonicis teneri faciat. Teste ut supra.

De navibus et mercandisis arestandis.—Mandatum est ballivis de Suhamt' quod una cum rebus mercandisis mercatorum Flandrensium, quas rex nuper precepit arestari in portu suo, arestent naves illas in quibus res et mercandise predicte fuerint invente: ita quod a portu suo non recedant donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Clarend', xxx. die Decembris.

Eodem modo scribitur ballivis de Portesmue, hoc adjecto, quod per visum mercatorum, qui mercandisas illas ducunt, eas faciant custodiri; ita quod mercatores illi nichil inde sint perdentes.

De quercubus datis.—Mandatum est J. de Monem' quod habere faciat Johanni de Nevill' ij. quercus in foresta de Pancet ad domos suas de Harham reparandas. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Thomas Frend, Robertus de Calemundesden', Robertus Pipart et Hugo filius Edmundi, appellati de morte Henrici de Parco odio et athia, ut constat per inquisitionem, habent literas directas vicecomiti Glouc' quod singuli eorum tradantur sex hominibus in ballium.

Hibernia. Pro mercatoribus comitis Cestrie.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod, accepta securitate a mercatoribus R. comitis Cestrie, quos cum mercandisis suis arestari fecit in partibus Hibernie, quod non divertent cum rebus suis et mercandisis usque in potestatem Lewelini, ipsos mercatores, cum mercandisis predictis ad partes suas proprias abire permittat. Teste ut supra.

De maeremio ad fenestras de Clarend.'—Mandatum est ballivis Johannis de Monem' de foresta de Clarend', quod per visum et testimonium viridariorum et forestariorum de balliva sua, habere faciant Johanni carpentario regis maeremium ad quatuor fenestras stantivas faciendas in aula regis de Clarend', et ad quoddam appenticium faciendum ultra furnum quem rex fieri fecit in curia de Clarend.' Teste rege apud Clarend,' xxix. die Decembris.

De bissis captis ad opus regis.—Mandatum est Johanni de Munem' quod Johannes Fatuus et Philippus, venatores regis, ceperunt xv. bissas in foresta de Gravel' per preceptum Regis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est J. de Monem' quod in foresta de Pauncet faciat habere custodi operationis capelle Sancti Thome, Novo Sarrisburie, v. robora ad quendam rogum faciendum ad eandem operationem. Teste ut supra.

1231.
[m. 17.] *De cheveronibus datis.*—Mandatum est ballivo de Graveling' quod habere faciat custodi hospitalis Sancti Nicholai Sarrisburie, xx. cheverones ad edificationem ejusdem hospitalis. Teste ut supra.

1232. Mandatum est camerario Lond' quod de melioribus vinis que per preceptum regis arestavit ad opus regis apud Lond', mitti faciat usque Windles' vj. dolia vini, et usque Keniton duo dolia vini. Et custum, quod in cariagio illo posuerit, faciet rex reddi cum custo eorundem vinorum. Teste rege apud Merleberg', ij. die Januarii.

De roboribus datis.—Mandatum est Michaeli de Columbar' quod habere faciat priori de Aundevr' vij. robora in foresta de Cet' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De roboribus et damis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat Nicholao de Molis tres damas et tria robora ad focum suum, in Nova Foresta regis, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Robertus filius Philippi et Willelmus de Bughed,' quos Petrus Aurifaber et Michael frater ejus appellant de morte Sibille matris predictorum Petri et Michaelis odio et athia, ut constat per inquisitionem inde factam, habent literas directas vicecomiti Wigornie quod tradantur in ballium uterque xij. usque ad adventum justiciariorum.

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Cornubie quod loquelam, que est in comitatu suo per breve domini regis de recto, inter Odonem de Herechescot' petentem, et Willelmum de Wydewurth' tenentem, de vj. ferlingatis terre cum pertinentiis in Herechescot,' poni faciat in respectum usque in xv. dies post Pascha anno regni regis xvj°. Teste rege apud Merleberg', ij. die Januarii, anno eodem.

De capreolis datis.—Mandatum est Johanni de Monemuth' quod habere faciat Godefrido de Craucumb' sex capreolos in foresta domini regis de Porstok', et sex capreolos in parco domini regis de Newenton', ad parcum suum de Bere instaurandum, de dono domini regis. Teste ut supra.

Pro G. de Craucumbe.—Rex vicecomiti Sumers' salutem. Scias quod concessimus et carta nostra confirmavimus dilecto et fideli nostro Godefrido de Craucumb', quod ipse et heredes sui habeant inperpetuum singulis septimanis per diem Lune unum mercatum apud manerium suum de Bere, et singulis annis unam feriam ibidem per tres dies duraturam, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Nativitatis Beate Marie,* nisi mercatum illud et feria sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Et ideo tibi precipimus quod per totam bailliyam tuam mercatum illud et feriam clamari et firmiter teneri facias. Teste ut supra.

* Corrected from "Sancti Michaelis."

1232.
[m. 17.] Rex Ricardo de Wrotham salutem. Scias quod concessimus et carta nostra confirmavimus dilecto et fideli nostro Godefrido de Craucumb' quod ipse et heredes sui habeant inperpetuum liberam warennam in dominicis suis manerii sui de Bere; ita quod nullus in ea currere possit ad leporem aut vulpem in ea fugandum vel capiendum sine licencia et voluntate ipsius Godefridi vel heredum suorum super forisfacturam nostram x. librarum. Et ideo tibi precipimus quod predictam warennam clamari et firmiter teneri facias. Teste ut supra.

Pro canonicis de Mikelham.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod, occasione custodie quam habet de terris que fuerunt Gileberti de Aquila per preceptum regis, manum non mittat ad terram quam prior et canonici de Mikelham habent de dono predicti Gileberti, et de qua saisiti fuerunt ante obitum predicti Gileberti, sine speciali precepto regis. Teste rege apud Merleberg', ij. die Januarii.

De roboribus datis.—Mandatum est ballivis Willelmi Briwer' de foresta de Bera quod in foresta de Bera faciant habere Henrico de Bernevall', capellano regis, tria vetera robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De porticu camere de Wudestok'.—Mandatum est G. de Craucumbe quod habere faciat Roberto de Haya vicecomiti Oxonie iij. quercus in parco de Wudestok', ad porticum magne camere regis de Wudestok' faciendum. Teste ut supra.

Et mandatum est Thome de Langel' quod habere faciat G. de Craucumbe per visum viridariorum et forestariorum macremium, ut in cheveronibus, gistis et alio minuto macremio, ad porticum magne camere regis faciendum et ad gradus ejusdem porticus cooperiendos, in boscis forinsecis maneriorum regis extra parcum regis de Wudestok'. Faciat etiam habere decetero in singulis adventibus regis usque Wudestok' eidem Godefrido buscam et carbonem ad focum suum, in foresta de Wichewud' et in aliis boscis regis extra parcum de Wudestok'; ita quod nichil ulterius capiatur in parco de Wudestok' ad buscam et carbonem ad opus regis. Teste ut supra.

Pro hominibus de Kalne.—Mandatum est ballivis de Merleberg' quod de cetero non distringant nec in villa sua distringi permittant homines de Kalne tenentes de ecclesia de Kaln' pro debito aliquo, quod ceteri homines ejusdem ville tenentes de rege vel de alio debeant alicui de villa sua, quamdiu debitores ipsi et alii de rege tenentes sufficiant ad debitum predictum reddendum, nec occasione hujusmodi debiti predictos homines de predicte ecclesie feodo tenentes vexent aut gravent. Teste ut supra.

De macremio dato.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod in foresta de Savernak' faciat habere priori et canonicis Sancte Margarete extra Merleberg' quatuor postes, quatuor sullivas, quatuor pannas et xx. cheverones ad latias faciendas ad quoddam clocherium ibidem erigendum, de dono nostro. Teste ut supra.

1232.
[m. 17.]

De libertatibus Sarrisburiensis ecclesie.—Mandatum est constabulario Divisarum quod, inspecta carta confecta episcopo Sarrisburiensi et decano et canonicis Sarrisburiensibus de libertatibus quas eis et hominibus suis et hominibus de feodis suis concessimus, eis in villa nostra libertates in ipsa carta contentas firmiter observari faciat. Teste ut supra.

De furchis datis.—Mandatum est Galfrido Sturmy quod habere faciat Gilberto Basset octo furcas in bosco de Iwude ad quandam grangiam faciendam apud Uphaven', de dono nostro. Teste rege apud Merleberge, iiij. die Januarii.

Pro ecclesia Beati Petri de Merleberg'.—Rex dedit ecclesie Beati Petri in Merleberge l. pedes terre in magno vico ejusdem ville ex parte orientali ejusdem ecclesie, et l. pedes terre ex occidentali parte ejusdem ecclesie, ad ampliandum cimiterium illius ecclesie. Et mandatum est constabulario de Merleberge quod predictos l. pedes terre versus orientem et l. pedes terre versus occidentem ad latitudinem cimiterii predicti, eidem ecclesie ad cimiterium illud ampliandum mensurari et assignari faciat. Teste ut supra.

Pro canonicis Sancte Margarete extra Merleberg'.—Rex per cartam suam concessit priori et canonicis Sancte Margarete extra Merleberg', quod singulis diebus inperpetuum habeant unum equum itinerantem in foresta de Savernak' ad siccum et mortuum boscum ad focum suum. Et mandatum est Galfrido Esturmy quod predictos priorem et canonicos predictum equum itinerantem ad siccum et mortuum boscum in predicta foresta, sine impedimento habere permittat. Teste ut supra.

Pro abbate et canonicis de Cyrencestr'.—Rex confirmavit abbati et canonicis de Cyrencestr' quasdam donationes et concessiones eis factas ab R. rege, avunculo, et J. rege, patre domini regis, sicut plenius continetur in confirmationibus regis quas inde habent. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod predictas confirmationes in pleno comitatu suo legi et eas teneri faciat, secundum tenorem earundem confirmationum. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Dors', Sumers', Wiltes' et Berk'.

Pro Willelmo Britone.—Rex concessit et licenciam dedit Willelmo Britoni per cartam suam, quod ipse et heredes sui per omnes comitatus in quibus terras habent vel habituri sunt, libere et sine impedimento habeant canes suos currentes inperpetuum ad leporem, vulpem et catum, et eos capi faciant tam infra forestam regis quam extra: ita quod occasione foreste regis de canibus suis quos in ea ad hoc habuerint, a forestariis vel eorum ministris in nullo graventur, occasionentur vel impediantur. Et mandatum est Hugoni de Nevill' quod hanc libertatem in balliva sua clamari et eidem

1232.
[m. 17.] Willelmo firmiter faciat teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Rading', vij. die Januarii.

Eodem modo scribitur Ricardo de Muntfichet et B. de Insula.*

Pro Olivero de Sancto Georgio.—Rex concessit Olivero de Sancto Georgio et Amabili uxori ejus quod terra illorum de Bructon', que estracta fuit de dominico comitis Britannie, et ipsi et homines sui terram illam tenentes et heredes illorum sint inperpetuum quieti de sectis comitatus et wapentakii et de auxilio vicecomitis. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod predictam cartam legi et in balliva sua teneri faciat, sicut predictum est.

De navibus deliberandis.—Mandatum est ballivis Suhamt' quod naves mercatorum de terra comitis Flandrie, quas nuper arestaverunt per preceptum regis in portu suo pro rebus civium Wintonie in partibus Flandrie arestatis, deliberent et abire permittant quo voluerint, retentis rebus et mercandisis in eisdem navibus inventis et salvo custoditis, sicut rex alias fieri precepit. Teste ut supra.

Pro canonicis de Mikelham.—Rex concessit per cartam suam priori et canonicis de Michelham, quod ipsi prior et canonici et successores eorum habeant et teneant manerium de Chinkinges cum omnibus pertinentiis suis, quod habent de donatione Gilleberti de Aquila, in liberam et perpetuam elemosinam sicut carta predicti Gilleberti, quam predicti prior et canonici inde habent, rationabiliter testatur. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod predictos priorem et canonicos manerium illud habere permittat, sicut predictum est; et si quid a manerio predicto vel ab hominibus tenentibus de eodem manerio, postquam ipsi prior et canonici seisinam inde habuerunt, ceperit, id eis sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Windesor', ix. die Januarii.

Pro Ada de Chaurces.—Rex concessit, ad petitionem Pagani, de Chaurces, Ade de Chaurces, filio suo, terram illam in Altinton', de terris Normannorum, quam idem Paganus tenuit de ballio regis ad se sustentandum in servicio regis quamdiu etc., habendam eidem Ade eodem modo quo predictus Paganus eam tenuit ad se sustentandum in servicio regis quamdiu ei placuerit. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod eidem Ade de terra predicta cum pertinentiis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodi vinorum regis Oxonie quod de vinis regis que sunt in custodia sua, faciat habere Pontio de Pontibus unum dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Keneton, x. die Januarii.

Pro comitissa Wintonie.—Mandatum est vicecomiti Leic' quod occasione precepti domini regis, quod est (*sic*) fecit de facienda

---

* Altered from "Johanni de Monem'."

1232.

[m. 17.] Symoni de Monte Forti tali seisina de omnibus terris, que fuerunt Symonis de Monte Forti quondam comitis Leyc', patris sui, et que ipsum hereditarie contingunt in balliva sua, qualem idem Symon comes pater ejus inde habuit die quo egressus est terram Anglie tempore domini J. regis patris nostri, non disseisies Margeriam comitissam Wyntonie de suburbio Leic' versus orientem, vel de furnis Leyc', vel de maneriis de Belegrave et de Glenesfeld', vel de redditibus centum et xix. solidorum in Weston', et xl. solidorum in Deresford', de quibus, ut dicitur, postquam primo facta fuit partitio honoris Leyc' inter Saherum de Quency comitem Wyntonie et ipsam comitissam Wyntonie uxorem ejus et predictum comitem Symonem tempore predicti J. regis patris nostri, ipsi Saerus et comitissa uxor ejus recuperaverunt seisinam coram justiciariis postea assignatis per preceptum predicti patris nostri ad particionem inde secundo faciendam de voluntate ipsius comitis Symonis, et ad instanciam predictorum Sahery et comitisse uxoris sue conquerentium injustam prius eis factam fuisse particionem, et pro qua particione facienda per predictos justiciarios idem comes Symon ante recessum suum de Anglia attornavit quendam militem suam (*sic*) ad particionem suam ad opus suum recipiendam per extentam factam de predicto honore Leyc' per predictos justiciarios post recessum suum ab Anglia. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wilt' de xx. libratis terre in Winterburnestok'.

De bissis datis.—Mandatum est ballivis foreste de Dertemor' quod habere faciant Henrico fratri regis duas bissas in foresta regis de Dertemor', de dono regis. Teste rege apud Lamh', xiiij. die Januarii.

Pro fratribus Milicie Templi de terra pertinente ad manerium de Rodle.—Quia constat regi per inquisitionem etc. quod terra illa quam Willelmus de Serland' tenuit de ballio regis in villa de Barneby et Gaddesl' et in Croxton, est membrum manerii de Roele tanquam pertinens ad idem manerium, quod fratres milicie Templi in Anglia tenent de dono regis; mandatum est vicecomiti Leic' quod de tota predicta terra cum pertinentiis eisdem fratribus sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

[m. 16.] *De respectu loquele.*—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis inter Walterum de Parco petentem et Robertum de Raitheb' de iiij. bovatis terre in Halinton', ponant in respectum usque a die Pasche anno etc. xvj. in xv. dies. Teste rege apud Lamh', xij. die Januarii.

Pro abbate de Bernay.—Rex eleccioni facte de fratre Gileberto quondam priore Preaux' in abbatem de Bernay, regium adhibuit assensum et favorem, et de terris quas de rege tenere debet, fidelitatem ejus cepit. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod de terris et tenementis quas predictus abbas de rege tenere debet in

1232
[m. 16.] balliva sua, et de quibus proximus predecessor suus saisitus fuit die quo obiit, ei plenam sine dilatione saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norf' et Suff'.

Pro episcopo Johanne de perdonatione x. marcarum.—Rex baronibus suis[a] de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus venerabili patri episcopo Johanni decem marcas quas debet Ursello filio Hamonis Judeo de Heref' de prestito quod predictus Hamo pater ejus ei fecit; quas quidem decem marcas eidem volumus allocari in fine quinque milium marcarum quem nobiscum fecit pro habendis terris, domibus, debitis et catallis que fuerunt predicti Hamonis. Et ideo vobis mandamus quod predictas x. marcas eidem Ursello in predicto fine allocari, et hoc inrotulari faciatis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Faukeham.—Rex vicecomiti Kancie salutem. Scias quod concessimus et carta nostra confirmavimus Willelmo de Faukeham et heredibus suis omnes terras quas habet in villa de Esse de feodo et dono Mabilie de Thorpel, quas quidem terras ipsa Mabilia eis per cartas suas concessit, sicut plenius continetur in eisdem cartis quas ipsa Mabilia eis fieri fecit. Et ideo tibi precipimus quod predictas cartas ipsius Mabilie simul cum confirmatione nostra, quam ipsi Willelmo inde fieri fecimus, in pleno comitatu tuo legi et ea contenta, tam in eisdem cartis quam in ipsa confirmatione, sicut predictum est, ei observari facias. Teste ut supra.

Pro priore de Merton'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod priorem et canonicos de Merton permittant habere amerciamenta sua et hominum suorum ad Scaccarium regis, sicut per cartas predecessorum regis, regum Anglie, ea habere consueverunt temporibus H. avi, R. avunculi et domini J. regis, patris domini regis, usque ad guerram motam etc., et postea tempore regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Putot.—Rex commisit Willelmo de Putot custodiam terre et heredis Henrici de Maworthin' quamdiu regi placuerit, qui de rege tenuit in capite. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod de tota terra que fuit ipsius Henrici et quam de rege tenuit in capite in balliva sua, simul cum predicto herede, eidem Willelmo plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Cumbrie quod in pleno comitatu suo per assensum ejusdem comitatus eligi faciat de fidelioribus et discretioribus militibus ejusdem comitatus loco Eudonis de Carleol', coronatoris regis in comitatu illo, alium coronatorem eligi faciat qui, prestito sacramento, sicut fieri debet et solet, etc. Teste ut supra.

[a] suo, MS.

1232.
[m. 16.] *Pro Sigaro Laner.*—Rex concessit Sigaro le Laner quod viij. libras quas debet filio Episcopi Judei Lond', et quas tenebatur reddere ipsi Judeo infra duos annos, reddat eidem Judeo infra viij. annos; videlicet, singulis annis xx. solidos, ita quod inde non currat usura. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

Pro civibus Wintonie.—Rex perdonavit civibus Wintonie lxiiij. libras xvij. solidos et unum denarium, quos regi debent de firma civitatis Wintonie de dimidio anno regni J. regis etc. xvij., et xlix. libras et tres denarios quos regi debent de remanenti ejusdem firme de anno regni ejusdem xv. et xvj., et ducentas marcas quas regi debent de veteri tallagio tempore ejusdem, et x. dolia vini que regi debent pro defalta foreste de eodem tempore. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod hoc ita inrotulari, et ipsos cives inde quietos esse faciant. Teste rege apud Lamh', xx. die Januarii.

De libertatibus concessis ecclesie Sancti Swithuni Wintonie.—Rex episcopo Wintoniensi et priori et monachis Sancti Swithuni Wintonie et eorum successoribus dedit et per cartam suam concessit quasdam libertates et quietantias, sicut plenius in predicta carta regis eis confecta continetur. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod predictam cartam regis in pleno comitatu suo legi, et predictas libertates et quietancias eis faciat observari. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Januarii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Sumers', Buk', Surr', Dors', Berk', Wilt', Oxon'.

De decano et canonicis Sarrisburiensibus.—Mandatum est constabulario de Merleberg' quod habere faciat decano et canonicis Sarrisburiensibus decimam de foresta regis de Savernak' debitam et consuetam, sicut eam habere consueverunt temporibus H. regis avi, R. regis avunculi et domini J. regis patris etc. usque ad guerram motam etc. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur constabulario Divisarum pro eisdem de foresta de Chipeham.

De loquela ponenda coram justiciariis apud Westmonasterium.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Kancie quod loquelam que fuit coram justiciariis apud Westmonasterium inter Stephanum Heringot petentem et Aliciam comitissam Augi tenentem, de maneriis de Elham et Belminton' cum pertinentiis, et que postea posita est coram eis per preceptum regis, ponant coram justiciariis regis apud Westmonasterium in crastino Ascensionis Domini; ita quod loquela illa tunc sit in eodem statu in quo fuit posita coram eis per preceptum regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Januarii. Per S. de Segrave.

De dampnis per [illegible].—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod habere faciat Murieli, Agneti, Johanne, Lucie, Sibille,

1232.
[m. 16.]

Agneti et Olimpie, filiabus Nicholai de Wika x. libras que eis adjudicate fuerunt pro dampnis suis per assisam nove dissaisine, quam ipse aramiaverunt versus Aliciam de Esseham de tenementis in Bedingh', et que capta fuit inter eas coram Simone de Echingh', W. de Muncell', Willelmo Bernehus et Amfrido de Fering', justiciariis ad hoc assignatis. Teste ut supra.

Pro abbate de Barden'.—Rex concessit per cartam suam pro se et heredibus suis abbati de Barden' et successoribus suis, quod mercatum suum quod teneri solebat singulis septimanis apud Barden' per diem Dominicam, decetero teneatur ibidem per diem Jovis, nisi etc. Concessit etiam per eandem cartam quod habeant liberam warrennam in terris suis dominicis de Barden', Osgoteb', Buteiate et de Suthereie, sicut plenius in predicta carta continetur. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod mercatum illud et warennam clamari faciat et teneri. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Willelmo Briwer' quod habere faciat H. de Burgo etc. xx. quercus in foresta de Bera de dono regis, ad domos suas de Laperrok, Wintonie, quas Rex ei dedit, reparandas. Teste ut supra.

De libertatibus archiepiscopatus Kantuariensis.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Kancie, quod omnes libertates archiepiscopatus Cantuariensis vacantis et in manu regis existentis observent illesas in itinero suo; ita quod eo quod extat in manu regis, nichil depereat libertatibus archiepiscopi qui proximo futurus est in eodem archiepiscopatu, salvis regi in omnibus hiis que ad regem pertinent in predicto itinere suo ratione vacationis predicti archiepiscopatus, et hiis etiam que ad coronam regis pertinent. Teste ut supra.

Pro Londoniensi episcopo.—Rex concessit R. Londoniensi episcopo quod habeat unum mercatum singulis septimanis per diem Lune apud manerium suum de Acton', nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Midd' quod mercatum illud clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Lamh', xxiij. die Januarii.

De testamento Gileberti de Aquila.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod habere faciat abbati de Ponte Roberti et Simoni de Echingham et sociis suis, executoribus testamenti Gileberti de Aquila, blada et alia catalla que fuerunt ipsius Gileberti in balliva sua, ad executionem ejusdem testamenti faciendam. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Johanni de Venuyz quod habere faciat Petro de Orivall' decem fusta in Axiholt, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Radulfo Tyrel.—Rex concessit et carta sua confirmavit Radulfo Tirel feodum dimidii militis cum pertinentiis in Willed' et Boleherst, quod fuit Roberti de Sancto Remigio Normanni, quod idem Radulfus prius tenuit de ballio regis, habendum et tenendum

1232.
[m. 16.] de rege et heredibus ipsi Radulfo et heredibus suis inperpetuum, donec feodum illud reddiderit rectis heredibus ipsius Roberti per pacem vel voluntatem suam. Et mandatum est vicecomiti Bedef' quod de predicto feodo dimidii militis in Wilden' et Bolcherst plenam seisinam eidem Radulfo secundum tenorem carte regis, quam ei inde fieri fecit, habere faciat sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Pro comitissa Penbr'.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod mercatum quod teneri solet singulis septimanis per diem Jovis apud manerium de Tuddingetun', antequam W. Marescallus quondam comes Penbr' transfretaret cum rege in Britanniam, adhuc teneri faciat in eodem manerio per eundem diem Jovis singulis septimanis, et per totam ballivam suam clamari, sicut tempore predicti comitis, ante primam transfretationem regis, ibidem teneri consuevit. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Januarii.

Pro Petro Pictavensi.—Mandatum est vicecomiti vicecomiti* Glouc' quod, de vinis que sunt in custodia sua apud Glouc', habere faciat Petro Pictavensi unum dolium vini de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Gilleberto Basset quod habere faciat eidem Petro duas damas in foresta de Chippeham de dono regis ad nuptias suas. Teste ut supra.

Hibernia. Pro executoribus testamenti Nicholai de Verdun.—Executores testamenti Nicholai de Verdun satisfecerunt regi de debitis, que idem Nicholaus regi debuit ad Scaccarium Lond'. Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Anglie,† quod de omnibus catallis, que fuerunt ipsius Nicholai in Hibernia, executoribus testamenti ipsius Nicholai plenam saisinam habere faciat ad executionem illam faciendam, et, si quid inde amotum fuerit, id eis sine dilatione faciat reddi; salvis regi debitis suis, si ipse Nicholaus aliqua ei debuit ad Scaccarium Dublin'. Teste ut supra.

Pro abbate de Rupe.—Rex concessit et carta sua confirmavit abbati de Rupe donationes et concessiones, libertates et quietantias ei concessas per cartam R. regis, avunculi domini regis. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod confirmationes illas in pleno comitatu suo legi et observari faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Eboraci, ballivis de Pecco, vicecomiti Linc'.

Pro Huberto de Hadfeld'.—Rex licenciam dedit Huberto de Hadfeld', qui appellatur de morte Helmant' de Mara, quod ipse pacem faciat cum amicis predicti Helmant', qui de morte sua eum appellant. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Hubertum pacem cum eis facere, si pacem cum eis possit invenire. Teste ut supra.

* Sic in MS. † Sic.

1232.
[m. 16.] *De coronatore eligendo.*—Mandatum est vicecomiti Hertf' quod loco Ade filii filii Willelmi,* quem rex constituit unum justiciariorum suorum in Banco, unum coronatorem eligi faciat de melioribus et discretioribus militibus comitatus sui etc. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Januarii.

Pro Waltero de Everm'.—Dominus rex commisit Waltero de Evermuth' terram quam Willelmus de la Bezoch' tenuit et postea Willelmus de Serland' in comitatu Linc', ad se sustentandum, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est etc.

Pro monachis Sancte Trinitatis Kantuarie.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Kancie quod executionem justicie de omnibus placitis et querelis que contingunt priorem et monachos Sancte Trinitatis Kantuarie et homines suos in itinere suo, quam posuerunt in respectum usque ad hunc* diem Martis proximam post Conversionem Sancti Pauli, ponant adhuc in respectum usque ad diem Jovis proximo sequentem, ut rex interim tractatum habeat qualiter de predictis placitis et querelis sit procedendum. Teste rege apud Havering', xxvj. die Januarii.

Pro episcopo Roffensi.—Mandatum est eisdem justiciariis quod contentiones ortas coram eis inter H. Roffensem episcopum et custodem archiepiscopatus Cantuariensis super libertatibus et aliis, ponant in respectum usque ad diem Jovis proximam post Purificationem Beate Marie; quia rex prefixit eidem episcopo diem coram se et consilio suo die Martis precedenti apud Lond' ad dictas contentiones proponendas; quibus auditis et habita cum consilio suo deliberatione super eisdem, quid in hac parte rex decreverit faciendum eisdem justiciariis sine dilatione significabit. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est R. de Muntfichet quod habere faciat monialibus de Strafford' v. robora in forinseco bosco de Havering' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Alano Lolle et uxore ejus.—Alanus Lolle et Agnes uxor ejus, quos Lesquena, que fuit uxor Thome Buc, appellat de morte Willelmi Lesqueni odio et athia et non, etc., sicut constat per inquisitionem, etc. habent literas directas vicecomiti Norf' quod tradantur in ballium xij. etc.

Pro Roberto de Ros.—Mandatum est Briano de Insula quod purpresturam quam Robertus de Ros fecit in Soureby in foresta regis de Ingelwod', in pace esse permittat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Havering', xxvij. die Januarii.

[m. 15.] *De roboribus datis.*—Mandatum est constabulario de Windles' quod habere faciat Nicholao le Chandeler servienti regis de garderoba sua, duo robora in foresta de Windles' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Havering, xxvij. die Januarii.

* *Sic in MS.*

1232.
[m. 15.]

De capa alba et dalmatica datis.—Mandatum est Willelmo Scissori quod capam de choro et albam et dalmaticam, que rex precepit parari ponenda in abbatia sua Sancte Marie de Pratis in Norf' de dono regis, statim cum parate fuerint, liberari faciat Ricardo de Sancto Johanne capellano. Teste ut supra.

*Pro Johanne de Erlham.**—Rex commisit Johanni de Erlham vadleto suo xxx. solidatas redditus cum pertinentiis in Clipseby, quas Petrus de Linc' prius tenuit de ballio regis, ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod eidem Johanni de predictis xxx. solidatis redditus cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De damis et quercubus datis.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod in foresta, que fuit Gileberti de Aquila in balliva sua, et que est in custodia sua per preceptum regis, faciat habere Rannulfo Britoni iiij. damas et x. quercus de dono regis. Teste rege apud Havering', xxvij. die Januarii.

Pro Godefrido de Craucumbe.—Rex concessit et carta sua confirmavit Godefrido de Craucumbe manerium de Corsleg', quod fuit Thome de Bisleg' et quod ipse Godefridus prius habuit in custodia cum ipso Thoma, habendum et tenendum de nobis et heredibus nostris sibi et heredibus suis per servicium feodi unius militis pro omni servicio. Concessit etiam rex eidem Godefrido quod ipse et heredes sui habeant in eodem manerio unam warennam et unum mercatum singulis septimanis per diem Veneris, et unam feriam ibidem duraturam singulis annis per tres dies; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancte Margarete, nisi predicta mercatum et feria etc. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod eidem Godefrido de predicto manerio cum pertinentiis plenam saisinam habere, et predictam warennam, mercatum et feriam secundum tenorem predicte carte clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Havering', xxviij. die Januarii.

De roboribus datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat Willelmo Dun et Elene uxori ejus, nutrici regis, duo robora in foresta Essex' extra parcum de Havering' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Pichefort'.—Rex per cartam suam concessit Radulfo de Pichefort' quod ipse et heredes sui habeant imperpetuum unum mercatum apud manerium de Albricton singulis septimanis per diem Martis, et unam feriam ibidem singulis annis per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Translationis Beati Thome martiris, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Salopie quod mercatum illud et feriam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

* Cancelled, [illegible]

1232.
[m. 15.]

Mandatum est custodi gaiole de Neugat' quod Ricardum Gunter probatorem regis et Willelmum Sego, quem idem Ricardus appellat de latrocinio, et socios, recipiat et salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Havering', xxix. die Januarii.[a]

Hibernia. Pro Nicholao Parvo.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod reddi faciat Nicholao Parvo annuum redditum v. marcarum, quem consuevit et debet percipere ad Scaccarium Dublin' de firma Dunecani de Carebrach' de Corkenebasky Kanetrach, ut dicitur; et de arreragiis ejusdem firme ei debitis, ei satisfaciat, ne clamor iteratus ad regem debeat pervenire. Teste ut supra.

Rex perdonavit Nicholao Parvo amerciamentum, si forte amerciatus sit vel in misericordiam inciderit, pro assisa de morte antecessoris quam idem Nicholaus aramiavit versus Walterum de Lascy de terra in Tirbegan et Faghelet.

Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod de predicto amerciamento, sicut predictum est, ipsum quietum esse faciat. Teste ut supra.

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod loquelam, que est in comitatu suo, per breve regis de recto, inter Thomam de Stok' petentem et Rannulfum de Hurnle tenentem, de duabus partibus unius hide terre cum pertinentiis in Ingelescumb', ponat in respectum usque in unum mensem a die Pasche anno etc. xvj. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Februarii, anno eodem.

Pro Margareta Biset.—Mandatum est W. Carleolensi episcopo, thesaurario regis, quod fieri faciat ad opus Margarete Byset quandam culcitram de nigro cendalo, et quoddam coopertorium cum russo grisio. Teste rege apud Lamh', xxiij. die Januarii, anno ut supra.

Pro Andrea Bukerel.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod de terra, quam Robertus de Cyriton' dimisit ad firmam Andree Bukerel in Delce, et quam idem vicecomes cepit in manum domini regis per preceptum suum, talem saisinam eidem Andree habere faciat, qualem inde habuit antequam capta fuit in manu domini regis per preceptum domini regis; et si quid inde amotum fuerit, id ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

Mandatum est Vincentio de Hasting' et probis hominibus de Wincheles' quod liberari faciant presentium latori deferenti literas H. de Burgo etc. magnam galiam regis ad opus ipsius H. etc. cum remis ejusdem galie et aliis armamentis ad ejusdem galie gubernationem necessariis. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Februarii.

De vinis liberandis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhamt' quod de vinis regis, que sunt in custodia sua, liberent baillivis Suhamt' duo dolia vini de prisa regis, et quatuor dolia de empto, carianda usque Merleberg'.

[a] Cancelled, *quia suspensus fuit apud Havering*.

1232.
[m. 15.] *Pro abbatissa de Wherewell'.*—Mandatum est justiciariis qui proximo itineraturi sunt in comitatu Suhamt', quod assisam nove dissaisine, quam abbatissa de Wherewell' aramiavit versus homines regis de Andevr' de tenemento in Middelton', et que remansit per preceptum regis in ultimo itinere justiciariorum itinerantium in comitatu predicto, eo quod assisa illa tetigit dominicum regis de Andevr', ut dicebatur, capiant in itinere suo, non obstante predicto precepto regis prefatis justiciariis alias facto de assisa illa non capienda. Teste ut supra.

Pro Rogero pincerna justiciarii.—Mandatum est Johanni de Monem' quod illas xl. marcas, per quas Nicholaus le Seculer finem fecit cum eo pro maritagio filii et heredis Ricardi de Maworthin, et quas ipse Nicholaus ei liberavit, sine omni dilatione reddat, de dono regis, Rogero pincerne H. de Burgo etc., cui rex prius concesserat custodiam et maritagium predicti heredis. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Februarii.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat Hugoni de Nevill' viij. damas et duos damos in bosco de Hadfeld' extra parcum, ad parcum suum de Halingebir' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Kancie quod nullam occasionem[a]

Pro priore de Cumwell'.—Rex per cartam suam concessit priori et canonicis de Cumwell' quod ipsi et eorum successores habeant inperpetuum unum mercatum apud Cumwell' singulis septimanis per diem Veneris. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod predictum mercatum per totam ballivam suam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Februarii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sussex', hoc verbo 'teneri' excepto.

Pro Rannulfo de Hurle.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod habere faciat Rannulfo de Hurle talem saisinam de terra illa cum pertinentiis in Norton', de qua rex ipsum per voluntatem suam disseisivit, et quam rex postea commisit Roberto de Turvill', qualem idem Rannulfus inde habuit antequam per preceptum regis inde fuisset disseisitus. Teste ut supra.

Pro priore de Cumwell'.—Mandatum est Thome de Muleton' et Willelmo de Ralegh et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Kancie, quod nullam occasionem querant erga priorem de Cumwell' occasione furcharum quarundam, quas levari fecit in terra quam habet de dono Stephani de Thurneham in Cumwell'; qui quidem prior habet infangenethef et utfangenethef secundum libertates contentas in carta R. regis avunculi regis, quam idem Stephano fieri fecit, occasione cujus libertatis idem prior predictas furchas habere debet in predicta terra. Teste ut supra.

[a] Cancelled 'quia inferius.'

1232.
[m. 15.

De vino arestando.—Rex ballivis suis Suthant' salutem. Precipimus vobis quod de melioribus vinis, que nuper venerunt in villam vestram, sine dilatione faciatis arestari ad opus nostrum triginta dolia vini Wasconiensis, cujuscunque fuerint vina illa, sive de terra nostra Anglie sive aliunde. Et si bona inveneritis vina Andegavensia, ibidem arestetis ad opus nostrum decem dolia; nec alicui parcatis, quin vina predicta obligatis ad opus nostrum, sicut inde indempnes esse volueritis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Willelmo comiti Albemarl' duos damos et sex damas in foresta de Rokingham ponendas in parco suo de Stratton', de dono regis. Teste ut supra.

De magna navi liberanda Johanni Blancboilly.—Rex commisit Johanni Blancboilly magnam navem suam que extitit in custodia Vincentii de Hasting', custodiendam ad totam vitam suam. Et mandatum est eidem Vincentio de Hasting' quod vocatis ad se ballivis et probis hominibus de Portesm', coram ipsis navem predictam eidem Johanni liberet, et per visum ipsorum distincte et aperte inbreviari faciat quot cordas, quot anchoras et cujusmodi alia armamenta per singula ad hujusmodi naves pertinentia cum predicta nave eidem Johanni liberaverit; et super omnibus predictis aperte et distincte in scriptum redactis sub sigillo suo et sigillis ballivorum et proborum hominum de Portesm' regem certificet. Teste ut supra.

Et mandatum est predictis ballivis et probis hominibus de Portesm' quod ad mandatum ejusdem Vincentii conveniant coram eo, et una cum eo videri faciant et distincte inbreviari quot cordas etc, ut supra, idem Johannes receperit cum predicta nave, et regem inde per singula distincte et aperte certificent. Teste ut supra.

De maeremio ad domos regis Westmonasterii.—Mandatum est ballivis foreste de Windles' quod permittant carpentarios regis, quos rex ad eos mittit, c. quercus in foresta regis de Windles' sparsim per loca ubi possint prosterni ad minus nocumentum foreste illius, ad reparationem domorum regis de Westmonasterio; retentis ad opus regis cooperonibus ad buscam faciendam ad opus regis.

Pro uxore Radulfi le Flecher.—Quia non pertinet ad regem custodia habenda de terris quas Radulfus le Flecher de rege tenuit ad firmam in Bradele, sed potius ad Hugelinam, que fuit uxor ipsius Radulfi, que est propinquior heres[°] ejusdem Radulfi: mandatum est vicecomiti Linc' quod de custodia predictarum terrarum ipsi Hugeline plenam saisinam habere faciat, retenta in manu Ade Esturmy, cui rex prius concesserat custodiam predictarum terrarum, custodia illarum terrarum, quas ipse Radulfus de rege tenuit per serjantiam reddendi regi flechias per annum. Teste ut supra.

[°] Hered' in MS.

1232.
[m. 15.] *Pro Simone Hurtaud.*—Rex concessit Simoni Hurtaud, servienti suo, quod ducat in uxorem Dulciam filiam et heredem Willelmi de la Bollenland', cujus donatio ad regem pertinet. Et mandatum est ballivis de Havering' quod predictam Dulciam eidem Simoni habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Februarii.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Ioldani de Doe iij. damas in foresta de Broehull', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, ix. die Februarii.

Pro Rogero pincerna justiciarii.—Rex, quadraginta marcas, per quas Nicholaus le Seculer finem fecit cum Johanne de Monem' pro custodia terre et heredis Radulfi de Maworthin, qui de rege tenuit, et quam Rex concesserat Rogero pincerne H. de Burgo etc., et quas ipse Johannes cognovit coram predicto justiciario se recepisse, dedit eidem Rogero ; et mandavit rex ipsi quod predictas xl. marcas ipsi Rogero sine dilatione liberet. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod, nisi ipse Johannes ad mandatum regis incontinenti prefato Rogero dictam pecuniam habere faciat, ipse de catallis predicti Johannis in balliva sua eidem Rogero dictos denarios sine dilatione habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Februarii.

Pro hominibus Salopie.—Rex perdonavit probis Salopie l. marcas de tallagio suo assiso in villa Salopie ad opus regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de illis l. marcis ipsos quietos esse faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Venuz quod habere faciat W. Exoniensi episcopo v. quercus in foresta de Axiholt ad parcum suum de Farendon' claudendum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Henrico de Aldithel'.—Rex perdonavit Henrico de Aldithelег' xl. marcas de debitis que idem Henricus regi debet ad Scaccarium suum. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predictis xl. marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Bertram de Crioil.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod Bertramo de Crioil talem saisinam habere faciat de manerio de Moleford' cum pertinentiis, quod Nicholaus de Carribo de rege tenuit in capite, et quod rex eidem Bertram commisit habendum usque ad etatem heredum predicti Nicholai, qualem idem Bertram inde habuit die, quo rex eum inde dissaisiri precepit pro voluntate regis. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro canonicis de Mikelham.—Rex per cartam suam concessit pro se et heredibus suis priori et canonicis de Mikelham, quod ipsi et successores sui et homines sui de maneriis sui (*sic*) de Mikelham et de Chilting' quieti sint imperpetuum de shiris et hundredis, et sectis shire et hundredi, et de auxilio vicecomitis. Et mandatum est vicecomiti Surr' quod in pleno comitatu suo predictam cartam legi et firmiter teneri faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

1232. [m. 15.] Schedule.

CAPITULA REGARDI.

Videnda sunt omnia essarta facta in foresta domini regis post principium secundi anni prime coronacionis domini H. regis, filii Johannis regis, et estimanda per numerum acrarum, et inquirendum quis ea fecerit et quis modo ea teneat, et quo blado inbladata fuerint: et, si modo inbladata non fuerint, inquirendum quo blado inbladata fuerint post principium secundi anni prime coronacionis predicti regis, sive post ultimum regardum post predictum tempus factum; et inbladacio ivernagii scribatur per se, et inbladacio tremisii per se; et inquirendum de cujus feodo fuerint et ad quam villam pertineant; et essarta que facta fuerunt ante ultimum regardum factum post principium secundi anni prime coronacionis dicti regis Henrici, scribantur per se: et illa que postea facta fuerunt, scribantur per se.

Item, vidende sunt omnes purpresture veteres et nove facte post principium secundi anni prime coronacionis predicti regis Henrici, ubicunque facte fuerint, sive in bosco sive extra boscum, in landis, brueris, mariscis, turbariis et glebis, qualicunque modo occupati fuerint, nisi sit molendinum, vivarium, stangnum, marlera vel fossatum extra coopertum foreste, que facta fuerunt post confectionem carte domini regis H. de libertatibus foreste: et veteres scribantur per se et nove per se.

Item, vidende sunt omnes purpresture de terra arabili extra coopertum foreste in terra arabili, facte post confectionem carte domini regis de libertatibus foreste, et estimande per numerum acrarum, et videndum quo blado modo inbladate fuerint; et si modo inbladate non fuerint, inquirendum quo blado inbladate fuerint post tempus predictum, et quis ea teneat, et ad quam villam pertineant; et scribantur per se.

Item, videnda sunt omnia vasta boscorum, tam nova quam vetera, facta post principium secundi anni prime coronacionis dicti regis H.; et inquirendum quis ea fecerit, et quis ea modo teneat, et de cujus feodo sint, et quorum bosci fuerint, et ad quam villam pertineant; et vetera scribantur per se et nova per se.

Item, videndi sunt dominici bosci domini regis; et quilibet ceppus de quercu et de fago factus post principium secundi anni prime coronacionis dicti regis H. sive post ultimum regardum factum, si quod postea factum fuerit, debet diligenter numerari et per se scribi: et inquirendum utrum bosci deteriorati fuerint de subbosco et de exbrancatura; et deterioracio subbosci et exbrancature scribatur per se.

Item, simili modo vidende sunt dominice haye et chacie domini regis ubi nemo communicat, utrum fuerint custodite de herbargio et aliis, sicut debent custodiri: et scribatur per se.

Item, omnes purpresture et omnia essarta et omnia vasta facta in dominicis domini regis, videantur et inbrevientur eodem modo quo solebat fieri ante confectionem carte domini regis de libertatibus foreste concessis probis hominibus suis Anglie.

1232.

[m. 15.] Schedule.

Item, vidende sunt aerie esturorum, espervariorum et falconum, in quibus boscis fuerint, et quis eas habuerit et de jure habere debuerit et consueverit, et ex quo tempore incepte fuerint. Et scribantur per se.

Item, vidende sunt forgie et minerie, in cujus feodo fuerint, in foresta sive in dominico domini regis, sive extra dominicum. Et inquirendum quales consuetudines et redditus reddant; et quis eas habuerit et de jure habere debuerit et consueverit; et ex quo tempore incepte fuerint. Et scribantur per se.

Item, vidende sunt portus maris, in quibus applicant naves vel batelli ad exportandum maeremium vel buscam de forestis, si quis fuerit de novo qui non fuerit tempore regis H. primi; et quis eum fecerit, vel maeremium vel buscam asportaverit; et per quem et in cujus feodo fuerit. Et scribantur per se.

Item, videndum est de melle si fuerit in foresta, quis illud habuerit et de jure habere debuerit, an dominus rex, an alius.

Item, milites debent attente inquirere in itinere suo, quis habuerit arcus vel sagittas, vel canes vel leporarios, vel aliquod aliud ingenium ad maleficiendum domino regi de feris suis.

Capitula sigillentur cum scripto regardi, et reserventur usque ad placita foreste.

[m. 15.] Dorse of Schedule.

H. Dei gracia rex Anglie etc. vicecomiti Lancastr' salutem. Precipimus tibi quod sine dilatione convenire facias omnes forestarios et regardores loco et die nominato, ad regardum faciendum de balliva tua ante adventum justiciariorum nostrorum de foresta, et loco regardorum, qui mortui sunt, aut infirmi, alios eligi facias, ita quod xij. sint in quolibet regardo; et nomina illorum inbrevientur. Et forestarii debent jurare quod ducent xij. milites electos per totam ballivam suam ad videndum omnes transgressiones, que exprimuntur in scripto capitulorum, que tibi mittimus: et quod non dimittent pro aliqua rei. Debent etiam milites jurare quod facient regardum sicut solet et debet fieri, et quod ibunt sicut forestarii illos ducent ad predicta videnda; et si forestarii noluerint vel nescierint eos ducere, vel aliquod forisfactum concelare voluerint, ipsi milites non dimittent pro illo quin forisfactum illud videant et inbreviari faciant, et quod hoc pro nulla re dimittent. Et hoc breve et capitula predicta contrascribantur et mittantur in quolibet regardo, ita quod regardores secundum formam capitulorum predictorum possint operari: et quod regardum fiat infra quindenam Pasce anno regni nostri xvj. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxij. die Januarii, anno eodem.

In comitatibus subscriptis mittitur breve prescriptum, et comitatu predicto, cum capitulis ex altera parte; scilicet, Norhumberl', Cumberl', Eboraci, Notingh', Dereb', Leyc', Roteland', Oxonie, Buk', Norhanton', Hunted', Essex'.

Johannes de Monem' habet consimiles literas de regardo faciendo a die Pasche in xv. dies in comitatibus Glouc', Devonie, Dors', Wigornie, Sumerset', Berk'.

1232.

[m. 14.] *Pro quibusdam hominibus de comitatu Kancie.*—Rex concessit per cartam suam pro se et heredibus suis hominibus de comitatu Kancie quod de tenementis que tenentur in gavelikind' in eodem comitatu, decetero non teneantur magne assise per xij. milites sicut alibi capiuntur in regno nostro, sed loco magnarum assisarum illarum capiantur jurate per xij. homines tenentes in gavelikynd' in forma et eisdem locis, secundum quod magne assise prius inde capiebantur; ita quod quatuor tenentes in gavelikinde eligant xij. tenentes in gavelikunde juratores, sicut quatuor milites eligere consueverunt xij. milites in magna assisa. Et si forte contingat quod predicti xij. juratores convinci debeant, convincantur per viginti quatuor milites de eodem comitatu et infra eundem comitatum, coram justiciariis nostris itinerantibus in adventu eorum. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod predictam cartam in comitatu suo legi et firmiter teneri faciat, secundum quod carta illa continet. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat fratribus minoribus de Stamford' v. robora in foresta de Clive ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Windles', xvj. die Februarii.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex concessit Radulfo filio Nicholai quod terram suam de Wilkenefeld', que est infra forestam regis, excolere possit et claudere fossato et bassa haia, ita quod fere bestie intrare possint et exire. Et mandatum est B. de Insula quod hoc libere et sine inpedimento fieri permittat, sicut predictum est.

De quercubus datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat G. Spigurnel x. quercus in foresta de Shirewod' de dono regis, ad quoddam molendinum faciendum. Teste ut supra.

Pro forestariis de foresta de Windles'.—Mandatum est ballivis foreste de Windles' quod non obstante precepto regis, quod habere facerent carpentariis regis, quos ad eos mitteret, c. quercus in foresta de Windles' ad reparationem domorum regis Westmonasterii cum coperonibus earundem quercuum, habere faciant forestariis regis de feodo ejusdem foreste coperones predictos, ad quos pertinent ratione ballive sue. Teste ut supra.

De terris que fuerunt Gilberti de Aquila.—Rex antequam providisset quod duo milites assignarentur in singulis comitatibus Anglie ad escaetas regis decetero custodiendas, et quod eis fieret saisina de escaetis predictis, cum acciderint, ad respondendum inde ad Scaccarium regis, commisit Johanni de Gatesden', vicecomiti Sussex', totam terram, que fuit Gileberti de Aquila, custodiendam ad opus regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Surr' quod de tota terra que fuit ipsius Gileberti in balliva sua, non obstante provisione predicta, predicto Johanni vicecomiti Sussex' plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Non omittat etiam quin

1232.
[m. 14.] ad* diem et locum quos predictus vicecomes ei scire faciet, ei et sociis suis occurrat, ad extensionem predicte terre faciendam simul cum ipsis, sicut rex alias ei precepit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Suhamt'.

Et mandatum est eidem vicecomiti Sussex' et sociis suis extensoribus quod, licet vicecomites Surr' et Suhamt' non occurrant eis in balliva sua ad terras que fuerunt predicti Gileberti de Aquila extendendas, sicut rex precepit, nihilominus sine ipsis in forma quam eis prius signavit rex, extentam predictam fieri faciant. Teste ut supra.

De allece emendo ad elemosinam regis.—Rex preter vij. lestas allecis, quas precepit dari pauperibus hospitalibus circa London', providit et vult quod alie vij. leste allecis dentur certis domibus religionis prope Lond', sicut injunxit fratri Galfrido elemosinario suo. Et mandatum est W. Carleolensi episcopo quod septem lestas emi faciat et predicto Galfrido elemosinario liberari dictis domibus distribuendas. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Ricardus atte Dene, Symon et Gillebertus filii ejus, quos Robertus Maresc' appellat de combustione domorum suarum odio et atia, ut constat per inquisitionem etc. et non eo etc. habent litteras regis vicecomiti Buk' quod tradantur in ballia xij. etc.

De viridariis.—Rex Johanni de Monem' salutem. Monstravit nobis Thomas de Langel' forestarius noster de feodo in comitatu Oxonie, quod pro defectu viridariorum in baillia sua non fiunt ibidem attachiamenta de viridi et venacione sicut debet et consuevit fieri. Et ideo vobis mandamus quod in propria persona vestra accedatis ad partes illas et, secundum quod fieri debet et consuevit, eligi faciatis viridarios in baillia predicta, qui prestito sacramento extunc faciant et conservent ea que ad officium illud pertinent in eadem baillia. Et tales eligi faciatis qui ad hoc velint et sciant fideliter et diligenter intendere. Teste rege apud Windles', xvij. die Februarii, anno ut supra.

Pro Willelmo de Beure.—Mandatum est W. Carleolensi episcopo quod omni occasione et dilatione postpositis, persolvi faciat Willelmo de Beure omnes denarios qui ei debentur, et de quibus ei liberandis literas regis prius recepit. Teste ut supra.

De liberatione providenda.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod primam liberationem trium obolorum vel duorum denariorum in die, quamcito vacare contigerit, de elemosina regis constituta, faciat habere Waltero de Brackel' ad opus Elie de Bedef', non obstante aliqua concessione quam rex alii fecerit de hujusmodi liberatione. Teste ut supra.

* *ad* repeated in MS.

1232.
m. 14]

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario de Windles' quod habere faciat uxori Walerandi Teutonici iiij. robora vetera ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis. Mandatum est vicecomiti Sussex' quod in foresta, que fuit Gileberti de Aquila, faciat habere R. Cycestrensi episcopo, cancellario regis, de dono suo lx. quercus bonas ad maeremium, cindulas et latas° inde faciendas ad reparationem domorum suarum episcopatus sui. Teste rege apud Geldeford, xx. die Februarii.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Datum est regi intelligi ex parte heredis Hugonis Poinz quod occasione tenementi quod Philippus de Sarmunvill' tenuit de rege in capite per serjantiam, vicecomes Sumerset' et Dors' cepit in manum regis terram quam idem Philippus tenere debet de predicto herede in Langeton', Everwaie et Radeslou per servicium militare. Quia vero ratione tenementi quod de nobis tenetur per hujusmodi serjantiam, non pertinet ad regem custodia tenementi quod de alio tenetur per servicium militare, mandatum est eidem vicecomiti quod, si ita est, tunc de predicta terra Radulfo filio Nicholai, custodi heredis predicti, plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Alicia que fuit uxor Henrici le Alderman appellat Willelmum le Alderman et Willelmum Thurstan' de morte ejusdem Henrici odio et athia et non etc. ut constat per inquisitionem. Mandatum est vicecomiti Suff' quod, si ipsi Willelmus et Willelmus invenerint xij. etc. tunc tradat eos in ballium etc. Teste ut supra.

De maeremio ad porticum camere regis de Wudestok'.—Mandatum est Thome de Langel' quod habere faciat vicecomiti Oxonie l. quercus in foresta de Wichewod', ubi commodius capi poterunt et ad minus nocumentum foreste regis, ad porchium magne camere regis de Wudestok' et ad alia edificia que rex ei injunxit facienda. Teste rege apud Keneton, xxj. die Februarii.

De perdonatione dimidie marce.—Rex perdonavit Ainulfo filio Willelmi de Kingeston' pro paupertate sua dimidiam marcam, que ab eo exigitur per summonitionem Scaccarii de amerciamento primi itineris justiciariorum tempore regis post guerram. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predicta dimidia marca quietum esse faciant. Teste ut supra.

De capreolis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Ricardo de Muntfichet tres capreolos in bosco de Sapele ponendos in parco suo de Stansted', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Simone Hurtaud.—Rex concessit Simoni Hurtaud servienti suo, quod ducat in uxorem Dulciam filiam et heredem Willelmi de la Bolleland', cujus donatio ad regem pertinet. Et mandatum est

° Altered from "*ad cindulas et aliud maeremium.*"

1232.

[m. 14.] ballivo de Haveringes quod de predicta Dulcia simul cum terra, que eam hereditarie contingit et de qua predictus Willelmus fuit saisitus die qua obiit, eidem Simoni sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro G. de Craucumbe.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod non inpediat G. de Craucumbe quin libere et sine inpedimento cariari faciat per bailliam suam maremium quod ei dederint, qui boscos habent in foresta regis, ad quandam domum apud Horsleg' erigendam. Teste rege apud Keneton', xxiiij. die Februarii.

Eodem modo scribitur Jacobo de Lye, forestario in comitatu Wilt'.

De quercubus datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod in foresta de Brehull° faciat habere fratribus hospitalis Sancti Johannis extra Oxoniam v. quercus, et alias quinque quercus in foresta de Shotovr', ad edificationem ejusdem hospitalis, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Thome de Langel' de iij. quercubus in balliva sua ad opus eorundem fratrum. Teste ut supra.

De piscando ad opus Isabelle sororis regis.—Mandatum est constabulario de Merleberg' quod permittat quod Isabella soror regis piscari faciat ad opus suum ad rochias in vivario et alibi apud Merleberg', quamdiu instans Quadragesima duraverit.

Pro mercatoribus Burdegale contra monachos Sancte Trinitatis Canuarie.—Monstraverunt regi Willelmus Gerald' et socii sui mercatores Burdegalenses quod, cum applicuissent apud Sandwic' cum vinis suis, prior et monachi Sancte Trinitatis Kantuarie exigunt ab eis pro quolibet dolio vini iiij. denarios, ubi dare non debent nec solent nisi duos. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod si dicti mercatores dictos duos denarios dare voluerint pro quolibet dolio vini, de residuo pacem eis habere faciat usque ad diem Dominicam proximam ante festum Sancti Gregorii proximo instantis; et tunc apud Lond' rex de consilio fidelium suorum qui ei tunc aderunt, faciat inde quod fuerit faciendum. Et scire faciat dictis priori et monachis quod rex tam eis quam dictis mercatoribus de contentione illa discutienda dictum diem prefixit. Teste ut supra.

Pro domino Carleolensi episcopi. Rex per cartam suam dedit et concessit W. Carleolensi episcopo homagium et totum servicium Willelmi de Huntercumbe, quod regi fecit et facere debuit de terra sua in Huntercumbe et Bensint', habendum et tenendum inperpetuum eidem episcopo et successoribus suis de rege et heredibus suis in liberam, puram¹ et perpetuam elemosinam; ita quod predictus Willelmus et heredes sui decetero subsint et respondeant predicto episcopo et successoribus suis, sicut regi subfuerunt et responderunt

° Corrected from *Brewode*. ¹ "*puram*" repeated in MS.

1232.
[m. 14.] ante hanc collationem regis. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod predictam cartam regis in pleno comitatu suo legi et teneri faciat. Teste ut supra.

De custodia parcy de Guldeford'.—Mandatum est custodi parci de Guldeford' quod de custodia parci de Guldeford' sit intendens et respondens magistro R. de Shardelawe vicecomiti Surr', quousque rex aliud inde preceperit; quia rex ad nullum alium decetero se capiet de aliqua transgressione que facta fuerit in eodem parco, nisi ad ipsum vicecomitem. Teste rege apud Keniton, ij. die Marcii.

Et mandatum est vicecomiti eidem quod diligenter se inde intromittat, ita quod parcus ille bene custodiatur, ne rex ad eum se capere debeat. Teste ut supra.

Pro Ada Esturmy.—Quia custodia terre, quam Radulfus de Bradel' tenuit de rege ad firmam in Bradel', quam rex commiserat Ade Esturmy habendam usque ad etatem heredis predicti Radulfi per finem triginta marcarum, quem idem Adam inde fecit cum rege, non pertinet ad regem set potius ad Hugelinam que fuit uxor ipsius Radulfi, que est propinquior heredi (*sic*) ipsius Radulfi, et que per preceptum regis recuperavit saisinam ejusdem terre; mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Adam de predictis xxx. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Keniton', v. die Marcii.

De perdonatione transgressionis facte in foresta regis.—Rex perdonavit Waltero de Blokesham, Roberto de Dichele, Ricardo de Dichel', Willelmo de Radeford', Willelmo de Cumbe et Roberto Fot, qui inventi fuerunt in foresta regis de Wichewud' cum venatione, transgressionem quam in ea fecerunt. Et ideo mandatum est vicecomiti Oxonie quod si singuli eorum invenerint ei bonos et salvos plegios quod decetero* non forisfacient in predicta foresta, tunc ipsos per visum Thome de Langel,' qui ipsos ei liberavit et cum predicta venatione eos intercepit, ipsos a prisona regis deliberet, nullam eis† occasione predicte transgressionis molestiam inferens, quin bene et in pace sicut consueverunt in partibus suis morentur et eant quo voluerint et revertantur. Teste ut supra.

De vino dato Galfrido de Lucy.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis, que sunt in custodia sua apud Lond', faciat habere Gaufrido de Lucy unum dolium vini Wasconiensis de dono regis. Teste rege apud Lamh', vj. die Marcii, anno etc.

Pro uxore Willelmi de Serlande.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod, non obstante commissione quam rex fecit Waltero de Everm' de terra quam Willelmus de Serland' tenuit de ballio regis in Wellingour', Juliane que fuit uxor ipsius Willelmi de eadem terra plenam saisinam habere faciat, cui rex eam commisit ad se sustentandum, quamdiu eidem regi placuerit. Teste ut supra.

---

* *decercetero* in MS. † *ei*, MS.

1232.
[m. 14.] *Pro abbate de Waltham.*—Mandatum est regardatoribus foreste de Essex', quod occasione regardi quod dominus rex fieri precepit in foresta Essex', non faciant regardum in boscis abbatis de Waltham contra libertates quas idem abbas habet per cartas predecessorum suorum regum Anglie et per confirmationem domini regis. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Marcii. Per justiciarium.

De tradendo in ballio.—Matildis de Camera, quam Basilia que fuit uxor Walteri de Branteston' appellat de morte predicti Walteri odio et athia et non eo quod inde culpabilis sit, ut rex accepit per inquisitionem quam rex inde fieri fecit. Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod si predicta Matildis invenerit ei xij. etc., ad habendum eam coram justiciariis ad primam assisam, etc., tunc tradat eam in ballium etc. Teste rege apud Westmonasterium, ix. die Marcii.

Pro duobus capellanis conversorum.—Mandatum est W. Carleolensi episcopo, thesaurario regis, quod de septingentis marcis quas rex assignavit per annum ad sustentationem fratrum conversorum, sustentari faciat duos capellanos in victu, vestitu et aliis necessariis divina celebrantes in capella, quam rex erigi fecit ad opus predictorum conversorum. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est J. de Monem' quod habere faciat Eve de Gray quatuor damas et unum damum in foresta de Wichewod' de dono regis, ponendas in parco suo de Stanlak'. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Marcii.

De coronatoribus eligendis.—Mandatum est vicecomiti Cumbrie quod in pleno comitatu suo et per assensum totius comitatus eligi faciat de fidelioribus et discretioribus militibus ejusdem comitatus loco Simonis de Orton' et Roberti filii Willelmi, quondam coronatorum ejusdem comitatus, duos coronatores qui, prestito sacramento sicut fieri solet, extunc faciant et conservent ea, que ad coronam regis pertinent, in eodem comitatu; et tales eos eligi faciat qui ad hoc melius sciant et velint intendere, et nomina eorum regi scire faciat. Teste ut supra.

Pro abbate de Becco de respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod loquelam que est in comitatu suo per breve de recto inter Walterum de Cotes petentem et abbatem de Becco tenentem, de una virgata terre cum pertinentiis in Cotesford', ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post Pentecosten, anno etc. xvj., ita quod loquela illa tunc sit ibi in eodem statu in quo nunc est. Teste ut supra.

Pro abbate de Burgo.—Mandatum est B. de Insula quod abbatem et monachos Sancti Petri de Burgo libertatibus quas habent per cartas predecessorum regis regum Anglie et confirmationem regis, quibus libertatibus usi sunt temporibus H. regis avi, R. regis avunculi et domini J. regis patris domini regis, sine impedimento uti permittat;

1232.
[m. 14.] et preterea libertates quas rex eisdem abbati et monachis de novo concessit, sicut plenius continetur in carta regis eis inde facta, eis observari faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Marcii.

De fustis datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat abbati de Tame xx. fusta in foresta de Pauncehal' ad stalla in choro ecclesie sue facienda, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Thurevill'.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod, non obstante precepto regis ei facto de saisina facienda Randulfo de Hurl' de manerio de Norton', quod rex prius commisit Roberto de Turevill', faciat habere eidem Roberto blada sua que seminari fecit in terris ejusdem manerii, et blada sua similiter et alia catalla sua inventa in manerio predicto; et si quid inde amotum fuerit et distractum, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

De fustis ad turrim Roffe gistandam.—Mandatum est constabulario de Colecestr' quod habere faciat constabulario Roffe l. fusta in bosco de Kingeswod' ad turrim castri Roffe gistandam. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Lascy.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod non permittat quod aliqui Judei manum mittant ad manerium de Bretford', quod est in manu Willelmi de Lascy, occasione alicujus precepti regis quod prius receperit de aliquibus terris Walteri de Lascy tradendis predictis Judeis tanquam vadiis suis pro debitis que idem Walterus eis debet; set si forte predictos Judeos de ipso manerio saisieris, predictum Willelmum inde resaisire facias; ita quod alie terre ipsius Walteri, quas predicti Judei habent, eis remaneant tamquam vadium suum, et si quid de catallis suis amotum fuerit, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

Pro magistro Hospitalis Sancti Johannis Norhampt'.—Rex concessit magistro hospitalis Sancti Johannis Norhamt' quod claudat boscum suum de Wulfeye fossato et haya, ita tamen quod fere regis libere possint intrare et exire. Et mandatum est B. de Insula quod eum predictum boscum claudere permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De loquela ponenda coram justiciariis apud Westmonasterium.—Mandatum est vicecomiti Midd' quod assisam quam Willelmus de Arraz aramiavit coram justiciariis itinerantibus etc. versus Ricardum Besant de diversione cursus aque in Stubeh' ad nocumentum etc. in Hamme, venire faciat coram justiciariis apud Westmonasterium a die Pasche in xv. dies. Teste ut supra.

Pro quodam muto homicida ponendo in abbatia de Shireburn'.—Rex concessit abbati Syreburn' quod Ricardum* mutum, qui jam se tenuit in ecclesia de Carsewell' per viij. annos et dimidium, ad quam fugit pro morte Johannis Baldewin',† educat de ecclesia predicta et ipsum

* Altered from *Nicholaum*. † Altered from *Willelmi de Melendino*.

1232.

[m. 14.] retineat quamdiu vixerit in domo sua Syreburn' et ibidem necessaria ei inveniat; ita quod ex quo mutus ille domum suam ingressus fuerit, deinceps septa ejusdem domus non exeat. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod predictum abbatem predictum mutum ab ecclesia predicta extrahere et ad domum suam Syreburn' ducere et eum in eadem retinere et exhibere sine occasione permittat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Marcii. Idem abbas inde habet litteras patentes.

De parco de Wassingburg' claudendo.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod distringat milites, liberos homines et alios in baillia sua qui parcum de Wassingburn' claudere debent, quod parcum illum claudant, sicut prius illum claudere consueverunt antequam prostratus esset per preceptum predecessorum regis regum Anglie. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est B. de Insula quod capiat et habere faciat W. Carleolensi episcopo v. damos et xx. damas in foresta de Shirewod' ad parcum suum de Meleburn' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 13.] *Pro comite Hunted'.*—Rex reddidit J. comiti Hunted' maneria de Budiford' et de Suckeleye, que rex nuper in manum suam capi precepit, pro guerra mota inter regem et L. principem de Abbefrau, eo quod rex audivit quod maneria illa sunt de maritagio Helene uxoris predicti comitis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum comitem maneria ipsa in pace tenere permitta[n]t. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Marcii.

Et mandatum est vicecomiti Wigornie quod eidem comiti de manerio de Suckel', et vicecomiti War' quod de manerio de Budiford' plenam saisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro Hospitalariis Wasconie.—Mandatum est H. de Trublevill', senescallo Wasconie, quod satisfaciat Hospitalariis Wasconie de pecunia quam ab eis mutuo recepit, similiter et de toltis et dampnis que eis fecit, de quibus rex graves audivit querimonias, et de cetero ab injuriis eorum abstineat, ne debeat ad regem inde clamor iteratus pervenire. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Lettres.—Mandatum est B. de Insula quod permittat Nicholaum de Lettres capere x. fusta in bosco suo proprio de Heywod' ad edificia sua facienda apud Bingeham. Teste ut supra.

Pro uxore Philippi de Sarmunnevill'.—Quia per inquisitionem factam per preceptum regis constat ipsi regi quod Philippus de Sarmunvill' die qua desponsavit Beatricem uxorem suam eam dotavit de una hida terre cum pertinentiis, quam de rege tenuit in capite in Newton', mandatum est vicecomiti Sumerset' quod eidem Beatrici sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Marcii.

1232.
[m. 13.]

Contra Rogerum de Dantes'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod non permittat quod Rogerus de Dantesye amoveat de terris, quas tenet in baillia sua de hereditate Matildis comitisse Essex' uxoris ejus, catalla in eis inventa, quominus debita que regi debent ei persolvantur. Teste ut supra.

Pro episcopo Londoniensi.—Mandatum est constabulario de Windles' quod demandam quam facit hominibus R. Londoniensis episcopi de Stok' de expeditatione canum et de secta facienda ad swainmot', ponat in respectum usque in unum mensem a die Pasche anno etc. xvj., ut rex tunc possit certiorari per inspectionem carte J. regis etc. quam idem episcopus habet, ut dicit, utrum predicti homines sui de predicta expeditatione et predicta secta quieti esse debeant nec ne. Teste ut supra.

Pro priore de Hadfeld'.—Mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod talem saisinam habere faciat priori de Hadfeld' de terra et bosco de Nosterfeld', qualem inde habuit die quo inde dissaisitus fuit occasione precepti regis quod ei fecit de saisina facienda H. de Ver de omnibus terris de quibus R. de Ver pater ejus, cujus heres ipse est, saisitus fuit die quo obiit. Teste ut supra.

Pro uxore que fuit Willelmi de Escotyny.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod de terris, que fuerunt Willelmi de Escotiny in balliva sua, assignari faciat Matildi, que fuit uxor ipsius Willelmi, quandam rationabilem portionem ad sustentationem suam donec dos sua ei fuerit assignata, accepta ab ea securitate quod erit apud London' a die Pasche in xv. dies ad securitatem regi faciendam quod se non maritabit sine licencia regis.

Eodem modo scribitur vicecomiti Eboraci; excepta securitate.

Pro uxore que fuit Roberti de Crec.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod de terris, que fuerunt Roberti de Crec in balliva sua, faciat assignari Richemaie, que fuit uxor ipsius Roberti, x. libratas terre ad sustentationem suam donec Bartholomeus de Crec, filius et heres ipsius Roberti, qui est in Hibernia, in Angliam redierit et dotem suam ei assignaverit. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod in bosco regis de Mereden' faciat habere Willelmo scissori regis quinque quercus ad maeremium faciendum, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Marcii. Per literas G. de Crauc'.

Pro priorissa de Clerkenewell'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod permittat priorissam et moniales de Clerkenewell' pacifice tenere dimidiam acram terre et quintam partem[a] dimidie acre terre cum pertinentiis in Fugheleston', quas habent de dono Ade filii Johannis in Fugheleston', non obstante eo quod idem Adam terram suam tenet de rege in capite. Teste ut supra.

[a] Repeated in MS.

1232.
[m. 13.]

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod loquelam, que est in comitatu suo per breve de recto inter Willelmum de Gosfeld' petentem et Ricardum filium Hugonis tenentem, de una carucata terre in Gosfeld' et in Bocking', ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post Pascha, anno etc. xvj. Teste ut supra. Per literas G. de Craucumbe.

De tradendo in ballium.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod si Robertus filius Johannis quem Amabilis, que fuit uxor Alexandri Tote, appellat de morte ipsius Alexandri odio et athia et non etc., ut rex accepit per inquisitionem, invenerit ei xij. etc. ad standum inde recto, tunc tradat etc. in ballium. Teste ut supra.

Pro Drogone de Barentin et Johanne de Plesset'.—Rex commisit Drogoni de Barentin et Johanni de Plesset' terram quam Willelmus de la Basoch' tenuit in Gersich', ad se sustentandos in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod eisdem Drogoni et Johanni de predicta terra cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Marcii.

De pannis cariandis.—Mandatum est W. de Haverhull' et W. scissori quod russetum Oxonie et burellum Lond', quos rex precepit eis liberari ad opus suum, cariari faciant usque Rading' ad faciendum inde preceptum regis. Teste rege apud Rading', xvij die Marcii.

De vinis faciendis venire usque Rading'.—Mandatum est Johanni de Colemere quod vina que contra instans Pascha ventura sunt usque Guldeford' per preceptum regis, simul cum tot doliis vini quot sunt apud Guldef' de vinis regis, sine dilatione venire faciat usque Rading', ubi rex solempnitati Pascali celebrande proposuit interesse. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est J. de Monem' quod in Nova Foresta regis faciat habere P. Wintoniensi episcopo xviij. damas et vj. damos ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De maeremio ad opus regis.—Mandatum est constabulario Windles' quod, cum rex ad operationes suas Westmonasterii maeremium indigeat, quod in foresta de Windles' difficile est invenire, et quidam infra eandem forestam gravas habeant, in quibus creditur hujusmodi maeremium esse, permittat eos qui hujusmodi gravas habent ibidem ad opus regis vendere de maeremio suo ad predictas operationes per visum carpentariorum regis, qui maeremium illud eligent et prosternent ad opus regis. Teste ut supra.

De thesauro Hibernie recipiendo.—Mandatum est constabulario castri Bristoll' quod ex quo R. de Burgo, justiciarius Hibernie, miserit ad eum thesaurum regis, pro quo rex misit ad ipsum in Hiberniam,

1232.

[m. 13.] thesaurum illum recipiat ab hiis qui thesaurum illum ei liberabunt ex parte sua et salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Rading', xviij. die Marcii.

De quercubus datis. Mandatum est constabulario* Windles' quod habere faciat Reginaldo scissori regis ij. quercus in foresta de Windles', de dono regis. Teste ut supra.

De venatione capienda, salienda et carianda.—Rex mittit ad Michaelem de Columbariis, Willelmum de Luvel et Rogerum de Stopham, venatores suos, ad capiendum xv. damas et sex cheverellos in balliva sua. Et mandatum est eidem Michaeli quod eis ad hoc sit auxilians et consulens, et sal ad venationem illam saliendam et cariagium usque Rading' inveniat. Teste rege apud Hamsted, xx. die Marcii.

Eodem modo scribitur Johanni de Venuz.

De terra quam Philippus de Sharmunvill tenuit de Alvredo de Linc'.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod de terra quam Philippus de Sarminvill tenuit de Alvredo de Linc' salvo custodienda cum catallis in ea inventis, se intromittat, donec rex aliud inde preceperit.

De decanatu Sancte Marie Saloppie.—Rex dedit capellano suo Willelmo de Houcton' decanatum Sancte Marie Salopie vacantem et ad donum regis spectantem. Et mandatum est constabulario Salopie quod ipsum in possessionem ejusdem decanatus inducat. Teste rege apud Merleberg', xxj. die Marcii.

Idem Willelmus habet litteras directas canonicis ejusdem ecclesie quod ei tanquam decano suo sint intendentes et respondentes.

Pro comitissa Penbr'.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod occasione alicujus debiti quod W. Marescallus quondam comes Penbroc' regi debuit in vita sua, sive de firma de Wexcumb' sive alia de causa, non distringat A. comitissam Penbr' per terras suas, quas tenet in dotem, ad debitum predictum reddendum, quia rex vult quod districtio fiat in aliis terris, que remanent R. Marescallo comiti Penbr', fratri et heredi predicti comitis, cujus est respondere de debitis predictis. Teste rege, apud Merleberg', xxj. die Marcii.

Pro Anketillo Mallore et sociis suis.—Mandatum est comiti Albe Marlie quod districtionem quam facit Anketillo Mallore, Henrico de Heliun, Johanni de Walkingham et Willelmo de Geueldal pro homagio suo, quod ab eis exigit ratione manerii de Pokelinton', quod rex ei commisit ad feodi firmam, ponat in respectum usque in tres septimanas post Pascha anno etc. xvj., ut tunc provideatur coram rege utrum homagia eorum regi vel ei debeant remanere. Teste rege apud Merleb', xxij. die Marcii.

* Repeated in MS.

1232.
[m. 13.]

De pluribus necessariis emendis, tam ad opus regis quam ad opus Isabelle sororis sue.—Mandatum est W. de Haverhull' et W. scissori quod ad opus Isabelle sororis regis dua tuallia ad altare, et unam albam et paruras, et unum calicem argenteum deauratum ponderis duarum marcarum, et unum par corporalium, et ad opus regis et quorundam suorum tres sellas cum pulcris loereniis, et duos capellos de pavone cum pulcris laciniis et cum cristallis, et unum capellum de feutro linatum cendallo, et stolam et manipulum de aurifrigio, ad opus regis emi faciant, et una cum omnibus aliis que in vigilia Pasche proximo instantis de mandato regis habituri fuerunt apud Guldeford', ubi rex fuisse proposuit, habeant eadem vigilia apud Rading'. Teste ut supra.

De perdonatione pro hominibus Bristoll'.—Rex propter paupertatem hominum de Bristoll', perdonavit eis l. marcas de tallagio ducentarum et l. marcarum ultimo super homines predictos. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis l. marcis ipsos quietos esse faciant. Teste ut supra.

De copulis datis.—Mandatum est G. Esturmy quod fratribus minoribus Sarrisburie in foresta de Savernak' faciat habere xx. copulas ad fabricam ecclesie sue Sarrisburie, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Thoma de Albo Monasterio.—Thomas de Albo Monasterio de voluntate et licentia regis executus est inquisitionem quamdam, quam rex fieri precepit pro negocio suo, ita quod oportuit eum de necessitate aliquandiu abesse de Castro Matildis. Et mandatum est W. de Godarvill' quod idem Thomas propter absentiam suam de stipendiis suis medio tempore in nullo tempore in nullo sit perdens. Teste ut supra.

De exhibendo episcopo Roffensi die Cene.—Mandatum est W. de Kirkeham quod si episcopus Roffensis in sollempnitate instantis Cene Domini fuerit apud Cantuariam ad conficiendum crisma, eum honorifice sicut decet exhibeat. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod si Thomas Cruste et Adam frater ejus invenerint ei xij. probos et legales homines de comitatu suo qui eos manucapiant habere coram rege apud Lond' a die Pasche in xv. dies, ad standum recto de medlea nuper facta inter scolares Oxonie et burgenses ejusdem ville, tunc eos tradat in ballium, sicut predictum est. Teste ut supra. Per warantum capellani regis.

De maeremio dato.—Mandatum est constabulario Divisarum quod habere faciat fratribus hospitalis Divisarum v. trabes et xv. copulas in foresta de Melkesham ad operationem capelle ejusdem hospitalis. Teste ut supra.

1232.
[m. 13.]

Pro Adam Esturmy.—Rex perdonavit Ade Esturmy xv. marcas de xxxv. marcis per quas finem fecit cum rege pro habenda custodia terre et heredis Roberti le Foher, qui de rege tenuit in capite, cum maritagio ejusdem heredis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Adam de predictis xv. marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat leprosis hospitalis extra Merleberg' xv. quercus in foresta de Savernak' ad reedificationem capelle sue, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendis in baillium.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum quod Alicia, que fuit uxor Johannis de Leonibus, appellat Willelmum del Muster, Adam Cut, Ricardum filium Reginaldi et Ricardum Cut de morte predicti Johannis quondam viri sui odio et athia et non etc., mandatur vicecomiti Norf' quod si quilibet eorum invenerit ei xij. etc., qui eos manucapiant etc. coram justiciariis ad primam assisam etc., tunc tradat etc. in baillium etc. Teste ut supra.

De diversione chimini.—Rex de consensu R. Sarrisburiensis episcopi ad honorem Dei et pro emendatione ecclesie de Prachet concessit, quantum ad eum pertinet, quod via publica que jacet per medium cimiterii ejusdem ecclesie ad magnum et evidens nocumentum ejusdem ecclesie, divertatur extra cimiterium predictum super terram persone ejusdem ecclesie, ita quod eadem via sit extra cimiterium ejusdem latitudinis et mensure quam habet modo jacens per medium cimiterii. Et mandatum est constabulario de Merleberg' quod personaliter ad viam predictam accedat et per visum suum ipsam diverti faciat extra cimiterium predictum super terram predicte persone, sicut predictum est. Teste rege apud Merleberg', xxvj. die Marcii.

De leporibus capiendis ad opus regis.—Mandatum est constabulario de Merleberg' quod in warenna de Merleberg' capi faciat et mitti usque Rading' xx. lepores ad opus regis contra instans Pascha. Teste ut supra.

De blado erogando pauperibus.—Mandatum est constabulario de Merleberg' quod de blado regis, quod est in custodia sua, faciat habere elemosinariis regis xxvij. quarteria, scilicet unam medietatem de frumento et aliam medietatem de ordeo, distribuenda fratribus Sancte Margarete et hospitalis Sancti Johannis de Merleberg' et aliis hospitalibus ubi rex precepit. Teste ut supra.

De capreolis capiendis et ponendis in Sugrave.—Mandatum est Michaeli de Columbariis quod sit in auxilium Galfridi Esturmy

1232.
[m. 13.] ad capiendum in balliva tres capreolas et unum capreolum vivos, ponendo[s] in bruillio regis de Suhgrave ad illum instaurandum. Teste rege apud Luteg', xxvij. die Marcii.

Pro Nicholao de Aundely.—Rex liberationem ij. denariorum, quam Hugo de Barentin qui mortuus est, percipere consuevit in die de elemosina regis, videlicet, unum denarium per manum vicecomitis Cantebrigie et alium denarium per manum ballivorum regis de Walingford', dedit Nicholao de Aundely, carpentario suo. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictam liberationem ij. denariorum ei, sicut predictum est, habere faciant. Teste rege apud Clarend', xxx. die Marcii.

Pro Emerico de Sacy.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis regis que sunt apud Suhamt' faciat habere Emerico de Sacy unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Godefrido de Graucumb'.—Mandatum est B. de Insula quod cartam regis, quam rex fieri fecit Godefrido de Craucumbe de warenna habenda apud manerium suum de Midelton in dominicis suis, coram eo legi et warennam illam firmiter faciat teneri secundum tenorem predicte carte. Teste ut supra.

Pro Huberto Hoesc.—Mandatum est J. de Monem' quod in bosco regis de Graveling' faciat habere Huberto Hoese, de dono regis, x. carectatas busce, ad focum suum, et x. carectatas virge, et x. carectatas clausture. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Wike, ballivo foreste de Pauncet, quod in baillia sua faciat fratribus minoribus conversantibus apud Sarrisburiam ij. vetera robora ad scindulas faciendas ad ecclesiam suam Sarrisburie cooperiendam, de dono regis. Teste ut supra.

De copulis datis.—Mandatum est Michaeli de Columbariis quod in balliva sua faciat habere fratribus minoribus conversantibus apud Sarrisburiam xxx. copulas ad operationem ecclesie sue Sarrisburie, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Waltero de Evermue.—Mandatum est custodibus vinorum regis Linc' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Waltero de Evermue duo dolia vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro matre Godefridi de Craucumbe.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat Matildi matri G. de Craucumbe tres capreolos in balliva sua, de dono regis. Teste ut supra.

1232.
Mar. 13.

De spinis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat custodi hospitalis Sancti Johannis extra portam occidentalem de Wilton', xxx. carectatas spinarum in foresta de Gravele ad focum fratrum et pauperum ejusdem hospitalis, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbatissa de Wilton'.—Mandatum est G. Esturmy quod omnes contentiones ortas inter ipsum et abbatissam de Wilton' de hiis que pertinent ad ballivam suam de Savernak', ponat in respectum usque ad clausum Pasche anno etc. xvj.; et interim averia ejusdem abbatisse ea occasione capta ei deliberet. Teste rege apud Clarend', xxxj. die Marcii.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat Thome Mauduit duas damas in foresta de Selewod', de dono regis. Teste ut supra.

De cheveronibus datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat Roberto de Muscegros xx. cheverones in foresta de Savernak' ad quandam capellam erigendam, de dono regis. Teste ut supra.

De pannis sericis mittendis ad regem.—Mandatum est W. de Haverhull et W. scissori quod mittant ad regem usque Rading' contra instans Pascha v. pannos sericos et unum baldekinum, omnes de levi precio. Teste ut supra.

Pro Hamone de Bachamton'.—Mandatum est vicecomiti Suthant' quod, quamdiu Hamo de Bachampton' fuerit unus de coronatoribus de Wyltesir', sicut est ad presens per preceptum regis, non ponat ipsum in assisis et juratis vel aliquibus recognicionibus in comitatu suo; quia vult eum rex esse quietum in predicto comitatu, quamdiu coronator ejus fuerit in comitatu Wyltesir'. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat priorisse de Ambresbir' vij. vetera robora folia non ferentia in foresta de Graveling' de dono regis, ad unum rogum faciendum, de dono regis. Teste rege apud Clarendon', ij. die Aprilis.

De maeremio ad cameram de Clarendon' depingendam.—Mandatum est eidem Johanni quod in foresta de Panncet faciat habere vicecomiti Wilt' maeremium et virgas necessarias ad cameram regis de Clarend' depingendam, et cheverones et auntres ad capellam regis ibidem lambruscandam. Teste rege apud Clarend', ij. die Aprilis.

Pro magistro Ada de Esseby.—Mandatum est Thome de Langel' quod habere faciat magistro Ade de Esseby, canonico Sarrisburiensi, rationabile estoverium suum ad husbot' et heibot' in balliva sua, sicut predecessores sui de prebenda de Shipton' illud habere consueverunt. Teste ut supra.

1232.

[m. 13.] *Pro Alicia de Grunestede.*—Rex concessit Alicie de Grunested' quod quamdiu Johannes de Grunested', filius et heres Ricardi de Grunested', fuerit infra etatem et in custodia sua, decetero non currant usure in debito quod idem heres debet Abrahe Pinche Judeo Wintoniensi, de debito quod predictus pater ejus mutuo recepit ab eodem Judeo. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum etc., quod usuras predicti debiti usque ad etatem predicti heredis cessare faciant. Teste rege apud Ashel', iij. die Aprilis.

De copulis datis.—Mandatum est Michaeli de Columbar' quod in foresta regis de Cett' faciat habere abbati de Hyda xx. copulas ad emendationem ecclesie sue de Hyda, de dono regis. Teste rege apud Basingstok', vj. die Aprilis.

De fagis datis.—Eodem modo scribitur Johanni de Venuz pro abbatissa Sancte Marie Wintonie, de v. fagis in Axiholt ad capitulum suum lambruscandum. Teste ut supra.

De venatione capienda.—Mandatum est constabulario de Odiham quod Willelmum Lungespee, quem rex ad eum mittit ad capiendum* ad opus regis in parco de Odiham duas bissas et ij. damas crassas contra instans Pascha, ad hoc admittat et auxilium inpendat. Teste rege apud Basingestok', vj. die Aprilis.

[m. 12.] *De roboribus datis.*—Mandatum est ballivis foreste Windles' quod habere faciant abbati de Medmeham xxv. robora, tam quercus quam fagos, in predicta foresta ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Rading', vij. die Aprilis.

Pro abbatissa de Wylton'.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod contentiones ortas inter regem et abbatissam de Wilton' super expeditatione canum et aliis, occasione quorum eam distringit per averia sua, que per preceptum regis deliberavit, ponat in respectum usque ad primum adventum regis usque Merleberg', ut eo et ceteris forestariis regis et viridariis foreste de Savernak' in presentia regis constitutis, tunc cum aliis discretis hominibus partium illarum super contentionibus predictis per eos certificatus, rex statuat quod duxerit inde statuendum; et interim ipsi abbatisse pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

De tradendo in baillium.—Mandatum est ballivis Oxonie quod si Adam †, captus et detentus in prisona nostra Oxonie occasione vulneracionis de Brackel', invenerit ei xij. liberos et legales homines de villa Oxonie qui eum manucapiant habere coram justiciariis etc. ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc ipsum tradat predictis xij. liberis in ballio usque adventum predictorum justiciariorum; et habeat ibi etc.

Pro episcopo et priore Sancti Swithuni Wintonie.—Mandatum est regardatoribus foreste in comitatu Berk' quod occasione reguardi

* *ad capendum ad capiendum*, MS. † Blank in MS.

1232.
[m. 12] predicte foreste predicte (*sic*) in comitatu Berk' quod rex ab eo fieri precepit, nullum reguardum faciant in boscis vel terris P. Wintoniensis episcopi vel hominum suorum, nec in boscis vel terris prioris Sancti Swithuni Wintoniensis vel hominum suorum, contra libertates quas ipsi episcopus et prior habent per cartam J. regis etc., et per cartam et confirmacionem regis istius. Teste rege apud Rading', x. die Aprilis. Per regem et justiciarium.

Consimiles literas habent in comitatibus Suhamt' et Oxonie.

De quercubus datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Houeton', capellano domini regis, v. quercus in forinseco bosco regis de Gatesl', et alias v. quercus in aliquo vicino bosco regis ubi poterit competentius et ad minus nocumentum foreste regis, ad cancellum ecclesie sue de Oxendon' reparandum, de dono regis. Teste rege apud Rading', xij. die Aprilis.

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario de Windles' quod habere faciat Alicie nutrici Maggote filie H. de Burgo, etc. duo robora in foresta de Windles' ad focum suum de dono regis. Teste ut supra.

Pro archidiaconis Norhamt' et Linc'.—Mandatum est B. de Insula quod occasione captionis duorum damorum, quos rex dedit archidiaconis Linc' et Norhamt', et quos, ut H. de Nevill' eis habere faceret in foresta de Wauberg', nec ipsum Hugonem nec eos, qui ad eosdem damos capiendos interfuerunt, in aliquo vexet vel gravet. Teste ut supra.

Pro B. de Insula.—Mandatum est B. de Insula quod, non obstante eo quod placita warenne de Cantebrigia coram eo summonita sunt in crastino clausi Pasche, accedat usque Blaneford' ad jus suum tuendum contra eos qui assisam nove dissaisine contra eum aramiaverunt a die Pasche in xv. dies. Dicta autem placita dicte warenne usque ad terminum competentem ponat in respectum. Teste ut supra.

De prisonibus custodiendis.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod quatuor prisones, quos abbatissa de Rumes' ei liberabit, recipiat et salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Thome de Langel' quod habere faciat Roberto de Harecurt vj damas vivas in foresta de Wichewod ad parcum suum de Bosewort' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro monachis Sancte Trinitatis Kantuarie.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod permittat monachos Sancte Trinitatis Cantuarie capere in bosco suo proprio, quod vocatur Danegrise, qui est infra forestam nostram Essex', ducentas et xiij. quercus sparsim per loca etc. ad refectorium suum reparandum. Teste ut supra.

1232.
[m. 12.]

Pro Radulfo filio Nicholai.—Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod non distringat Radulfum filium Nicholai in comitatu suo pro fine quem fecit pro custodia terre et heredum Roberti filii Willelmi de Esseby, quia respondet de fine illo in comitatu Noting'. Teste ut supra.

Pro Alicia de Bendenges.—Mandatum est ballivo de Odiham quod terram Alicie de Bendenges, tam eam quam tenuit in dotem de dono Ade de Bendenges, quondam viri sui, quam illam quam habuit in maritagium, quam quidem cepit in manum regis occasione mortis Walteri de Bendenges filii sui, ei sine dilatione restituat; de terris autem, que fuerunt ipsius Walteri, faciat loco dotis assignari Agneti, que fuit uxor ejus, quandam rationabilem portionem ad se sustentandam, donec dos sua ei plenius fuerit assignata. Teste ut supra.

De tradendis in baillium.—Johannes Cul, Caperun de Wudestok' et Johannes Scot, detenti in prisona regis apud Oxoniam pro meslea inter scolares Oxonienses et burgenses ejusdem ville, habent literas directas vicecomiti Oxonie quod tradantur in ballium, quilibet xij. usque ad primam assisam etc.

Pro uxore Hugonis medici de Leic'.—Monstravit regi Aldusia que fuit uxor Hugonis medici quod, occasione terre, que fuit Simonis filii Hugonis utlagati pro morte cujusdam hominis unde rettatus fuit, quam cepit in manum regis, vicecomes Leic' totam terram ipsius Aldusie matris ipsius, quam tenuit in suburbio Leic' nomine dotis, simul cum terra que fuit ipsius Simonis, capi fecit in manum regis. Et mandatum est eidem vicecomiti quod, si ita est, tunc terram ipsius Aldusie ei sine dilatione restitui faciat. Teste ut supra.

Pro quodam Judeo de Neubir'.—Rex ad instanciam A. comitisse Penbr' concessit Bonevie, Judeo de Neubir', quod moram faciat apud Neubir' usque ad instantem Pentecosten anno etc. xvj. Et mandatum est justiciariis ad custodiam etc. quod ita fieri permittant. Teste ut supra.

Pro Alexandro de Ho.—Mandatum est justiciariis de Banco quod appellum quod Matheus de Danemed' facit versus Alexandrum de Ho, qui est in servicio regis apud Kaermerdin, de pace regis fracta, ponat coram justiciariis ad primam assisam, cum in partes Subamt' venerint.

Pro Hugone de Sampford'.—Rex perdonavit Hugoni de Samford' unam marcam, que ab eo exigitur de amerciamento, unde amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Kancie, eo quod non venit coram eis ad communem summonitionem. Et mandatum est custodi archiepiscopatus Cantuariensis quod de predicta marca ipsum Hugonem quietum esse faciat. Teste ut supra.

De vinis arestandis ad opus regis.—Mandatum est Gervasio camerario London' quod de melioribus vinis rechis, que venerunt de novo apud

1232.

[m. 12.] London', retineat ad opus regis xx. dolia vini, et ea statim liberari faciat vicecomitibus Lond' carianda quo rex eis precepit. Teste rege apud Windles', xiiij. die Aprilis.

De viridariis eligendis.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod convocato toto comitatu suo per eundem comitatum, sine dilatione eligi faciat loco Willelmi Albin et Thome de Erlegh', qui fuerunt viridarii nostri de foresta de Windles', de legalioribus et discretioribus militibus ejusdem comitatus alios duos, qui melius possint esse viridarii regis in eadem foresta et qui melius velint perhibere fidele testimonium forestariis regis ejusdem foreste de hiis, que ad forestam illam pertinent, accepto prius ab eis sacramento quod fidele perhibebunt testimonium predictis forestariis regis, et quod jura regis fideliter observabunt in hiis, que ad forestam regis pertinent; et ex parte regis firmiter eis precipiat quod officio viridarie fideliter et diligenter intendant; et nomina illorum militum regi scire faciat. Teste rege apud Windles', xiiij. die Aprilis.

Pro Alicia de Bendenges.—Mandatum est ballivo regis de Odiham quod, non obstante alio mandato regis ei facto, terram Alicie de Bendenges, tam illam, quam tenuit de maritagio suo, quam illam, quam tenuit in dotem de libero tenemento, quod fuit Ade de Bendenges quondam viri sui, de qua quidem eam disseisivit, ut dicit, occasione mortis Walteri de Bendenges filii sui, ei sine dilatione plene restituat, assignans insuper, sicut alias rex precepit, Agneti, que fuit uxor predicti Walteri, quandam rationabilem portionem de terris, que fuerunt ipsius Walteri, ad se sustentandam, donec rex dotem suam ei plenius fecerit assignari. Teste ut supra.

De tradendo per plevinam.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod si Rogerus le Perchimener, quem cepit per appellum cujusdam latronis et tenet in prisona, invenerit ei plegios ad standum inde recto coram justiciariis etc. ad primam assisam vel quando rex preceperit, tunc ipsum per plevinam dimittat; et habeat ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste ut supra.

Pro Thoma de Muleton'.—Rex concessit Thome de Muleton' quod claudat boscum suum de Kelwedon' situm super ripariam que vocatur Riparia Taillee, et inde parcum faciat, et quod parcus° ille sit deafforestatus tam de venatione quam de omnibus aliis que ad forestam et ad forestarios et viridarios et eorum ministros pertinent. Et mandatum est B. de Insula quod ipsum Thomam predictum boscum suum sine impedimento claudere et parcum inde facere cum predictis libertatibus et quietantiis, sicut predictum est. Teste rege apud Windles', xvj. die Aprilis, anno regni nostri xvj.

De querculus et copulis datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat Simoni capellano H. de Burgo etc. x. quercus et xxx. copulas in foresta de Shurewud', de dono regis ad se hospitandum. Teste ut supra.

° *parcum*, MS.

1232.
[m. 12.]

Pro priorissa de Bromhal'.—Rex perdonavit priorisse et sanctimonialibus de Bromhal' ij. solidos et septem denarios, que ab eis exiguntur pro pannagio porcorum suorum de anno etc. xv. Et mandatum est ballivis et agistatoribus foreste de Windles' quod eis pacem inde habere permittant.* Teste ut supra.

Pro villanis de Hegworth.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod occasione debitorum, que per Scaccarium regis exiguntur in comitatu suo a Galfrido de Maundevill', non distringat villanos suos de Hegworth' donec a rege aliud habuerit mandatum, set ipsum Galfridum per averia et catalla sua in baillia sua inventa distringat pro debitis predictis. Teste rege apud Kenyton', xvj. die Aprilis.

De tradendo in baillium.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod si Cecilia filia Petri capta et detenta in prisona regis apud Linc' pro morte Idonee que fuit Roberti filii Ricardi, invenerit ei xij. liberos et legales homines, etc., tunc tradat, etc. in ballium. Teste rege apud Kenyton', xxj. die Aprilis.

De quercubus datis.—Mandatum est B. de Insula† quod habere faciat Theobaldo de Bellehus x. quercus in foresta de Rotel'‡ de dono regis, ad se hospitandum apud manerium suum de Wikingeston', ubi capi possint commodius sine dampno foreste, et expeditius ad dictum manerium duci. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Gatesden' quod in foresta que fuit Gileberti de Aquila faciat habere magistro W. de Nevill', thesaurario Cycestrensi, iij. robora vetera ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Kenyton', xxij. die Aprilis.

Pro magistro W. de Nevill'.—Rex per cartam suam concessit magistro W. de Nevill', thesaurario Cycestrensi, quod habeat unam feriam apud Burn' imperpetuum singulis annis duraturam per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Michaelis, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Sussex' etc.

De quercubus datis.—Mandatum est ballivis foreste de Windles' quod habere faciant priorisse de Ankerwic' x. quercus in eadem foresta de dono regis, ad maeremium faciendum. Teste rege apud Keninton', xxiij. die Aprilis.

Pro Ernaldo de Muntigny.—Rex perdonavit Ernaldo de Muntigny usuram que cepit currere in debito xx. marcarum, quas idem Ernaldus mutuo recepit de Samuele filio Isaac et Aaron parvo, Judeis de Norwico, a xv. diebus ante festum Omnium Sanctorum anno etc. xvj. usque ad diem Sancti Marci Ewangeliste anno eodem, et similiter usuram que curret in eodem debito ab eodem festo Sancti Marci usque ad festum Omnium Sanctorum anno etc. xvij. Et mandatum est justiciariis Judeorum etc. quod de usura predicta ipsum Ernaldum quietum esse faciant; ita quod predicti Judei de

* *permittit*, MS. † Altered from 'H. de Nevill.' ‡ Altered from 'Rokingh.'

1232.

m. 12.] predictis xx. marcis contenti sint, nec occasione earum aliquid loco usure vel sortis ab eodem Ernaldo exigant. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Aprilis. Per regem. Pro R. de Sancto Johanne capellano.

Pro Petro Grimbald'.—Rex perdonavit Petro Grimbald' x. libras que ab eo exiguntur ad Scaccarium regis de tempore quo terras, que fuerunt Gileberti de Aquila, habuit in custodia per preceptum regis, ad respondendum de exitibus earundem terrarum ad Scaccarium regis. Perdonavit etiam eidem Petro x. marcas quas regi debet de prestito ei facto ad Scaccarium regis. Perdonavit etiam rex eidem Petro xxxv. solidos quos regi debet pro uno dolio vini de vinis regis venditis per preceptum suum per Henricum filium Aucheri et Henricum de Waltham. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Petrum de predictis x. li. x. m̃. et xxxv. s. quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro hospitali Sancte Marie Dovr'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus magistro hospitalis Sancte Marie Dovor' decem solidos, qui exiguntur de hominibus suis de Hamelewold' per summonitionem Scaccarii nostri pro defalta; et dimidiam marcam, que exigitur a Philippo de Pesinge homine ipsius magistri per eandem summonitionem, quia retraxit se; et dimidiam marcam, que exigitur a Ricardo de Hoke et Alano de Pinham, hominibus ipsius magistri, per eandem summonitionem pro plegiagio ejusdem Philippi. Et ideo vobis mandamus quod predictos homines ipsius magistri quietos inde esse faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij die Aprilis, anno etc. xvj.

Pro Roberto de Wulfrinton'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant omnes terras Roberti de Wlfrinton' et Willelmi de Windles', quantum valeant per annum in dominicis redditibus, serviciis et omnibus aliis et, postquam certi fuerint de valore predictarum terrarum secundum extensionem inde factam, faciant eisdem Roberto et Willelmo habere terminos rationabiles de debitis que debent Aaron de Eboraco et Leoni de Linc', Judeis, Bonefey de Oxonia, Aaron filio Abrahe de Lond' et Josceo presbytero; ita quod secundum quantitatem debitorum possint de eisdem terris per annum de aliqua certa summa eisdem Judeis respondere et de residuo sustentari. Teste ut supra.

Wiltes'.—Rex perdonavit Luce de Drumare scutagia regis debita de feodo unius militis quod de rege tenet in capite in ballia vicecomitis Wiltes', videlicet, duas marcas pro exercitu de Kery, et xl. solidos pro exercitu ad primam transfretationem, et xl. solidos pro exercitu Pictavie. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod de predictis scutagiis ipsum Lucam pacem habere permittat. Teste ut superius.

Pro Rannulfo Britone.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod, inspectis cartis regis quas fieri fecit Rannulfo Britoni et

1232.
[m. 12.] Willelmo Britoni fratri suo de quadam placia bosci cum pertinentiis, que jacet inter boscum Vitalis Engayne in Bltherwic', et de toto redditu et servicio que rex eidem Rannulfo concessit, et de quinquaginta acris bosci ad perticam regis quas concessit predicto Willelmo in bosco regis de Dodinton', inrotulari faciant servicium quod predicti Rannulfus et Willelmus inde debent domino regi, secundum quod continetur in cartis quas inde habent. Teste ut supra.

Pro ecclesia Cycestrensi de libertatibus.—Rex per cartam suam concessit Deo et ecclesie Sancte Trinitatis Cycestrensi et venerabili patri R. ejusdem ecclesie episcopo etc. et decano et canonicis ejusdem ecclesie, quasdam libertates sicut in carta predicta plenius continentur. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi faciat, et contentas in ea libertates et quietantias eisdem episcopo, decano et canonicis firmiter teneri et observari faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Aprilis, anno regni nostri xvj.

Pro quibusdam mercatoribus de Flandria.—Mandatum est ballivis Suhamt' quod res et mercandisas mercatorum Flandrensium, quas arestaverunt per preceptum regis et penes se habent custodiendas occasione mercandisarum et rerum mercatorum Anglorum detentarum in Flandria, deliberari faciant illis quibus Ricardus Renger, civis regis Lond', eis dicet ex parte regis. Teste rege apud Westmonasterium, j. die Maii.

De roboribus datis.—Mandatum est G. Esturmy quod in foresta de Savernak' faciat habere R. Cycestrensi episcopo etc. xxx. robora ad quemdam rogum faciendum ad operationes domus Sancte Margarete de Merleberg', de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod in parco de Hadfeld' faciat habere priori de Hadf' x. quercus ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est episcopo Cycestrensi, cancellario suo, quod faciat habere priori de Hadfeld' x. quercus in forinseco bosco de Writel', in auxilium reparandi ecclesiam suam et domos suas que incendio combuste fuerunt. Teste ut supra.

Pro hominibus abbatis de La Pole.—Mandatum est Thome Corbet quod permittat dominicos homines abbatis et monachorum de la Pole per dominicos equos suos in partibus suis cariare et ducere sine inpedimento ad domum suam victualia, que emi faciunt ad opus suum proprium; et, si equos eorum per quos victualia sua duci fecerunt vel aliquid de rebus vel victualibus eorum arestari fecit, hoc eis sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Maii.

De quercubus datis.—Mandatum est Briano de Insula quod in foresta de Shirewod' faciat habere priori et monachis de Lenton' xxx. quercus ad maeremium faciendum ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

1232.
[m. 12.]

Pro Willelmo Waselin de perdonatione c. solidorum.—Rex dedit Willelmo Wascelin c. solidos, qui exiguntur per summonitionem Scaccarii a Johanne Wascelin patre suo pro quodam tallagio assesso super terram quam tenet in Carleton' de baillio regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictos c. s. a predicto Johanne non exigant. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Maii.

Pro patre Johannis de Erlham de perdonatione.—Rex ad peticionem Johannis de Erlham perdonavit Radulfo de Erlham patri suo iiij. marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii pro debito Hugonis de Hauvill', cujus heres ipse est. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis iiij. marcis ipsum Radulfum quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Maii.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Colecestr' quod habere faciat Henrico de Tibotot tres quercus de dono regis in bosco suo juxta Colecestr', extra illum locum bosci qui dicitur Laurefen, ad unum molendinum faciendum. Teste ut supra.

De respectu demande.—Mandatum est W. de Kirkeham, custodi archiepiscopatus Cantuariensis, quod demandam, quam facit de feodis prioris et monachorum Sancte Trinitatis Kantuarie et prioris Dovr' de amerciamentis ultimi itineris justiciariorum, ponat in respectum quamdiu ecclesia predicta fuerit sine archiepiscopo. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Kancie.

De copulis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod in foresta regis Essex' faciat habere priori Sancti Sepulcri Lond' maeremium ad x. copulas ad quandam capellam erigendam apud predictum hospitale, ubi predictum maeremium melius et ad minus nocumentum foreste capi possint (*sic*), et propinquius ad illud usque Lond' cariandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro ecclesia Cycestrensi de homagio et servicio Ricardi balistarii.—Rex per cartam suam dedit et concessit Deo et ecclesie Sancte Trinitatis Cycestrensi et venerabili patri R. ejusdem ecclesie episcopo, cancellario, et successoribus suis inperpetuum, homagium et servicium heredum Ricardi balistarii, qui de rege tenuit in capite in villis de Seyton' et Morcot', cum pertinentiis, habendum et tenendum eidem episcopo et successoribus suis cum quibusdam libertatibus et quietanciis, que in predicta carta continentur. Et mandatur vicecomiti Rotel' quod predictam cartam in comitatu suo legi, et predictas libertates eis firmiter faciat observari. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Maii.

De fagis datis.—Mandatum est custodi archiepiscopatus Cantuariensis quod habere faciat Willelmo scissori regis quinque fagos in bosco de Heryet, qui est de predicto archiepiscopatu, ad focum suum de dono regis. Teste ut supra.

1232.

[m. 12.] *De quercubus datis.*—Mandatum est custodi parci regis de Guldeford', quod habere faciat magistro Roberto de Shardelawe, vicecomiti Surr', viij. quercus in eodem parco ad reparationem aule regis de Guldeford'. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Maii.

Pro burgensibus de Appelby.—Rex concessit et carta sua confirmavit burgensibus de Appelby libertates et quietantias eis concessas per cartam J. regis, patris domini regis, tam de theloneo, stallagio quam aliis contentis in eadem carta et confirmatione regis. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod predictam confirmationem in pleno comitatu suo legi, et predictas libertates et quietantias eis observari faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Westmeril', Noting', Linc' et Hunted'.

Pro abbate de Bynedon'.—Abbas de Bynedon' recuperavit saisinam suam versus Robertum de Muscegros de libero tenemento suo in Lulleworth', per assisam nove dissaisine captam inde inter eos apud Dorecestr' coram Jordano Oliveri, Willelmo de Wudeiate, Thoma de Hincton' et Radulfo Belet, quos rex ad hoc justiciarios constituerat. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod eidem abbati de predicto tenemento per visum juratorum illius assise plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

[m. 11.] *Pro Thoma Gresle.*—Thomas Gresle coram Willelmo de Karleton', Ada de Byry, Ada de Conigwra et Ricardo de Coupland', justiciariis apud Mamecestr' constitutis ad assisas ultime presentationis capiendas, recuperavit saisinam advocationis ecclesie de Tydewell' versus priorem Lanc' per predictam assisam ibidem inter eos captam. Et mandatum est A. Coventrensi et Lichefeldensi episcopo quod non obstante reclamatione predicti prioris, ad presentationem predicti Thome ad predictam ecclesiam idoneum personam admittat. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Maii.

De capiendis quibusdam hominibus de Oxonia.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod Johannem Culet, Adam Cruste, Adam Feteplace, Thomas (*sic*) Cruste Escot, Walterum Chaperun, qui capti fuerunt et in prisona nostra positi pro vulneratione et lesione clericorum, et postea dimissi per baillium, iterum capiat et in prisona domini regis salvo custodiat una cum Petro de Elmelegh', qui est in prisona domini regis pro eodem facto, donec dominus rex aliud inde habuerit mandatum. Teste ut supra.

Pro Willelmo Hayward' et sociis ejus.—Mandatum est vicecomiti Wilts' quod, si Willelmus Hayward de Wamberg' et Johannes frater ejus et Milo de Horeput, quos Ela, comitissa Sarrisburie, ejecit de terra sua, quam de ea tenuerunt, pro malo recto ut dicitur, invenerint tibi plegios ad standum inde recto ad primam assisam cum justiciarii in partes illas venerint, tunc eos in ballia sua in pace manere permittat. Teste ut supra.

1232.
[m. 11.]

Hibernia. Pro Costentino filio Galfridi.—Rex cepit homagium Gostentin filii et heredis Galfridi Costentin de tota terra quam tenuit de rege in capite in Hibernia, et que predictum Galfridum hereditarie contingit, et unde idem Galfridus pater suus saisitus fuit die quo obiit. Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod, ab eo securitate accepta de relevio suo regi reddendo, quantum pertinet ad terram illam, dicto Galfrido de predicta terra cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Maii.

De carpentariis missis ad maeremium eligendum.—Rex mittit ad Ricardum de Muntfichet magistrum Petrum de Luton' carpentarium, una cum quibusdam aliis carpentariis, ad maeremium eligendum in forinseco bosco regis extra parcum regis de Havering', ubi convenientius et competentius eligi possit ad operationem, quam rex fieri facit in magna camera regis Westmonasterii. Et mandatum est eidem Ricardo quod predictum Petrum una cum aliis carpentariis quos secum duxerit, maeremium predictum eligere et illud prosternere permittat; et si forte in bosco predicto satis conveniens maeremium non possit inveniri, permittat ipsos parcum regis de Havering' ingredi ad videndum si ibi invenerint hujusmodi maeremium, quod predicte operationi conveniat; ita tamen quod, licet illud inveniant, nichil inde prosternant, antequam aliud regis habuerit mandatum. Teste ut supra.

Pro uxore Rogeri de Thorpel.—Mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod, assumptis secum probis et legalibus hominibus de comitatu suo, accedat ad terras que fuerunt Rogeri de Thorpel' in Orewell' et Henxton', quas L. Dublinensis archiepiscopus tenet de ballio regis, et per visum eorundem hominum assignari faciat Mabilie, que fuit uxor predicti Rogeri, rationabilem dotem suam de terris predictis. Teste me ipso apud Westmonasterium, viij. die Maii.

Pro episcopo Dunholmensi.—Mandatum est B. de Insula quod, occasione regardi foreste quod rex fieri precepit in comitatu Eboraci, nullum regardum fieri permittat ad presens in terris et feodis Dunholmensis episcopi inter Usam et Derewent', set regardum illud et omnia placita foreste de terris et feodis predictis ipsum episcopum et suos tangentia ponat in respectum usque in xv. dies post festum Sancti Michaelis, anno etc. xvj. Teste ut supra.

De vinis regis cariandis usque Bruges.—Mandatum est constabulario Glouc' quod habere faciat Thome Buscel iij. dolia vini de vinis regis que sunt in custodia sua in celariis regis Glouc', carianda usque Brug' ad opus regis, una cum aliis que rex illuc cariari precepit. Teste ut supra.

De mutis regis commodatis H. de Burgo etc.—Rex commodavit H. de Burgo etc. mutas suas de Geitinton' ad aves suas mutandas. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod Johanni de Erlham,

1232.

[m. 11.] custodi avium regis, predictas mutas et columbaria regis, que sunt in custodia sua, habere faciat ad predictas aves mutandas. Teste ut supra. Per R. Briton'.

De quibusdam hominibus de Oxonia dimittendis per plevinam.—Rex ad peticionem Warini capellani concessit quod Thomas Cruste et Adam frater ejus consanguinei predicti capellani, quos rex nuper capi precepit et in prisona poni pro vulneracione et lesione clericorum, ponantur per vadium et salvos plegios usque ad adventum justiciariorum in partes illas, ad standum inde recto. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod, non obstante precepto ei facto de ipsis capiendis, eos per plevinam dimittat si plegios ei invenerint, sicut predictum est.

Pro Rogero de Gisnay.—Rex concessit Rogero de Gisnay quod de toto debito quod* debet pluribus Judeis, videlicet; Isaac le Grant de Norwico, Mosse filio ejus, Isaac parvo, Mosse cum nase, Jornet, Jacobo de Norwico, Marre de Stamford', Cok de Stamford', Samueli filio ejus, Deulesant, Judeis de Stamford', reddat eis per annum viginti libras donec predictum debitum fuerit persolutum. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ita inrotulari et fieri faciant. Teste ut supra.

Pro episcopo Roffensi de quodam mercato.—H. Roffensis episcopus monstravit domino regi quod,cum mercatum quoddam teneri consuevisset apud manerium suum de Bromlegh' singulis septimanis per diem Martis, mercatum illud postea interruptum fuit per destructionem ejusdem manerii, que contigit occasione guerre mote inter J. regem et barones suos Anglie, unde concessit ei rex, quod, si ita est, quod mercatum illud teneatur decetero in eodem manerio singulis septimanis per diem Martis, sicut prius teneri consuevit. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod mercatum illud per totam bailliam suam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

De venatoribus missis ad currendum.—Rex mittit ad forestam de Whitlewod' Johannem Follum et Philippum venatores suos ad capiendum in ea xl. bestias, tam damos quam cervos. Et mandatum est H. de Nevill' quod eos ad hoc admittat et ad hoc eis sit auxilians. Teste ut supra.

Pro Alina de Neuton'.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod si Alina de Neuton', detenta in prisona regis de Noting', eo quod inventa fuit in hospicio cappellani falsonarii, invenerit ei salvos plegios standi recto, si quis versus eam loqui voluerit, coram justiciariis ad primam assisam etc., tunc illam deliberari faciat. Et habeas nomina plegiorum et hoc breve. Teste ut supra.

Pro episcopo et priore Norwicensibus de libertatibus suis.—Rex concessit Thome Norwicensi episcopo quod ipse et successores sui et Willelmus prior Norwicensis et successores sui habeant omnia

* Corrected from "mille et octingentis marcis quas."

1232.
[m. 11.]

amerciamenta de dominicis suis et hominibus eorum propriis, inperpetuum salvis regi et heredibus suis amerciamentis de hominibus de feodis eorum, qui non tenent de aliquo eorum in capite, secundum quod plenius continetur in carta regis quam eis fieri fecit. Concessit etiam rex predictis episcopo et priori quasdam libertates et possessiones prius eis concessas per cartas predecessorum regis, secundum quod plenius continetur in predictis confirmationibus. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod predictas libertates eis de novo concessas et alias per cartam regis eis confirmatas, in pleno comitatu suo legi et teneri faciat.

De catallis arestandis. Pro Thoma aurifabro London'.—Rex ballivis suis de Gernem' salutem. Precipimus vobis quod omnes res et mercandisas Petri de Thuridrith et Clayes de Bar, Dudoni filii Rauenes et sociorum suorum mercatorum de terra comitis de Holand', que in portu vestro invente fuerint, vel que in portum vestrum venerint, arestari faciatis pro catallis Thome aurifabri de Lond', de quibus spoliatus fuit in terra predicti comitis, et pro quibus predicti Petrus et Clayes finem fecerunt cum predicto Thoma quod redderent ei ducentas libras, et nondum reddiderunt nisi viginti marcas tantum, ut dicitur. Et res et mercandisas predictas salvo custodiatis, ita quod nichil inde amoveatur, donec aliud inde preceperimus. Teste me ipso apud Westmonasterium, ix. die Maii, anno regni nostri xvj.

Mandatum est similiter ballivis nundinarum de Sancto Botulfo, quod omnes res et mercandisas predictorum Petri et Clayes et Dodoni et sociorum suorum mercatorum de terra predicti comitis de Holand', que in predictis nundinis invente fuerint, arestari faciant pro catallis predicti Thome aurifabri, de quibus spoliatus fuit in terra predicti comitis; et pro quibus dicti Petrus et Clayes et socii sui finem fecerunt cum predicto Thoma, quod redderent ei ducentas libras et nondum reddiderunt nisi viginti marcas, ut dicitur. Et res et mercandisas predictas salvo custodiant etc. sicut predictum est.

De damis datis.—Mandatum est custodi honoris, qui fuit Gileberti de Aquila, quod habere faciat Willelmo de Kerdeston', constabulario Dovor', quatuor damos in foresta que fuit predicti Gileberti, de dono domini regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

De fustis datis abbati de Bello Loco.—Mandatum est Johanni de Munem' quod faciat habere abbati de Bello Campo (*sic*) decem fusta ad cheverones in Nova Foresta domini regis, ad operacionem ecclesie sue, de dono domini regis. Teste domino rege apud Westmonasterium, ix. die Maii.

Mandatum est constabulario de Porcestr' quod faciat habere eidem abbati quinquaginta fusta ad cheverones in foresta domini regis de la Ber', ad operacionem predicte ecclesie, de dono etc. Teste ut supra.

1232.
[m. 11.]

Pro Willelmo de Ferrariis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod permittat Willelmum de Ferariis claudere blada sua in manerio suo de Pery fossato et haya; ita tantum quod fere domini regis fossatum illud et hayam libere possint intrare et exire. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Maii.

Pro episcopo Londoniensi.—Rex constabulario Windlesor' salutem. Scias quod concessimus et confirmavimus venerabili patri R. Londoniensi episcopo quasdam libertates et quietancias ecclesie sue concessas a domino J. rege, patre nostro, sicut plenius continetur in carta ipsius patris nostri, quam ei inde fieri fecit. Et ideo tibi precipimus quod predictas libertates et quietancias illi teneas* et teneri facias. Teste me ipso apud Westmonasterium, x. die Maii, anno regni nostri xvj.

Eodem modo scribitur Johanni de Munem' pro eodem episcopo.

Pro Radulfo Tyrel.—Rex concessit Radulfo Tyrel custodiam terre que fuit Willelmi Fillol in marisco de Pevenes', simul cum custodia heredum ejusdem Willelmi, ad ipsum Radulfum sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit; que quidem custodia ad regem pertinet ratione terrarum que fuerunt Gileberti de Aquila, de quo predictus Willelmus terram suam tenuit, existentium in manu regis. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod de predicta custodia plenam saisinam ei habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro hominibus de Rya.—Rex perdonavit hominibus de Rya xl. marcas que ab eis exiguntur ad Scaccarium de prestito eis facto tempore guerre mote inter regem J. etc. et barones suos Anglie. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod in foresta de Geitinton' extra parcum de Brikestok', faciat habere Gileberto de Sedgrave vj. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Andrea Luterel.—Quia rex accepit per inquisitionem per preceptum regis factam quod maneria de Cantokesheved et de Hywis cum pertinentiis, que fuerunt Mauricii de Gant, pertinent ad manerium de Irenham in comitatu Linc', quod ad Andream Luterel reversum est cum pertinentiis pro defectu heredis de ipso Mauricio descendentis; dicta maneria de Cantokesheved et de Hywis, sicut pertinentia ad dictum manerium de Irenham, ipsi Andree reddidit rex tanquam jus et hereditatem suam. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod de predictis maneriis ipsi Andree saisinam habere faciat sicut predictum est, salva Margerete de Sumery, que fuit uxor predicti Mauricii, tenura eorundem maneriorum, sicut ea modo tenet per preceptum regis, donec rationabilis dos sua de baronia illa ei fuerit assignata. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur escaetoribus de comitatu Sumers' de manerio de Stocland', excepta clausula, 'salva' etc.

* *teneat*, MS

1232.
[m. 11.]

Pro B. de Insula de quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Everingham quod habere faciat B. de Insula xx. quercus in foresta de Shirewod' ad se hospitandum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est S. de Sedgrave et sociis suis justiciariis itineraturis in comitatibus Noting' et Dereb', quod si aliqua placita summonita vel atachiata fuerint coram eis in itinere suo versus W. Carleolensem episcopum, ponant° ea in respectum usque ad reditum suum ad Bancum Westmonasterii. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Insula.—Rex concessit et carta sua confirmavit etc. Willelmo de Insula quod nec ipse nec heredes sui ponantur in assisis vel juratis vel recognicionibus, et quod ipse et heredes sui inperpetuum sint quieti de sectis comitatuum et hundredorum. Et mandatum est vicecomiti Norhampt' quod predictas libertates secundum tenorem carte eidem Willelmo inde confecte, observari faciat in baillia sua. Teste ut supra.

De respectu assise.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod assisam nove dissaisine, quam Robertus Musard' et plures alii aramiaverunt coram Roberto de Lexint', Hugone de Harint', Willelmo de Well' et Willelmo Benigworth' apud Linc' per preceptum regis versus Johannem Gubaud et plures alios de communa pasture in Reppinghal', et assisam, quam predictus Robertus et alii aramiaverunt versus eosdem de quodam fossato levato in eadem villa ad nocumentum etc. in Pincebec, et assisam nove dissaisine quam Robertus Musard', Gilebertus filius Simonis, et alii aramiaverunt versus Johannem Gubald' et alios de communa pasture in Reppinghal' et quodam fossato levato in eadem villa, ponat in respectum usque ad octavas Apostolorum Petri et Pauli, anno etc. xvj. Teste ut supra.

De avibus arestandis.—Mandatum est ballivis portus de Jernem' quod aves venales venientes in terram regis in portum suum de Norwegia vel de aliis terris, arestari faciant donec Henricus de Hauvill' ceperit inde prisam regis: et xennia avium regi missa que applicabunt in portu suo, eidem Henrico liberari faciant. Teste rege apud Windles', xij. die Maii.

Eodem modo scribitur ballivis portus de Len', Gipeswic', Sancti Botulfi, Linc', Grimesby, Norf' et Suff'.

De facienda stola et manipulo.—Mandatum est W. de Haverhull' et W. scissori quod, visis literis, fieri faciant unam stolam et manipulum de eodem panno, quo parure albe ferialis facte fuerunt, et regi cum festinatione mittant. Teste ut supra.

De provisione armorum.—Mandatum est vicecomiti Noting' et Dereb' quod per totum comitatum suum clamari faciat, quod omnes tenentes de rege in capite et omnes jurati ad arma in ballia sua sibi provideant in armis et aliis necessariis, ita quod sint prompti et parati a sero usque ad mane ad eundum in servicium regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

° *ponat*, MS.

1232.
[m. 11.]

De curando quodam puero de ruptura.—Mandatum est W. Carleolensi episcopo quod inveniri faciat de denariis regis, prout expedire viderit, Matildi, que fuit uxor Reginaldi de Berne, cum puero suo infirmo necessaria sua ad curandum eundem puerum a ruptura inguinis. Teste rege apud Rading', xiij. die Maii.

De terra extendenda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per probos et legales homines extendi faciant terram Willelmi de Levericheston' in Lenham et, facta inde extensione secundum valorem ejusdem terre, faciant* habere eidem Willelmo rationabiles terminos, quibus solvere possit Isaac le Gros, Bonevie et Aaron, Judeis Cantuarie, debitum quod eis debet. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eisdem pro Waltero de Hedfeld' de terra sua in Hedfeld', et de debito quod debet Elye episcopo et Leoni filio Isaac.

Pro priore de Witham.—Rex concessit priori ordinis Chartusiani de Witham quod parcum suum, in quo sita est domus sua, de bosco suo vicino ampliare et de eodem bosco simul cum dicto parco includere possint† una cum terra, quam vivarium suum ibidem occupavit, de terra Ricardi Bigot quam habent de concessione ejusdem Ricardi. Et mandatum est Johanni de Monem' quod eos dictum parcum amplicare et de predicto bosco una cum terra predicta in parco illo includere, sicut predictum est. Teste rege apud Rading', xiij. die Maii.

Hibernia. Pro Willelmo Walensi.—Willelmus Walensis finem fecit cum rege per lx. marcas pro habenda confirmatione regis de uno theodo, quod appellatur Glinother in Dessya cum pertinentiis, quod habet ex dono et concessione Thome filii Antonii per cartam suam. Et mandatum est R. de Burgo, justiciario Hibernie, quod, accepta ab eodem Willelmo securitate de illis lx. marcis, permittat ipsum Willelmum predictum theodum cum pertinentiis in pace tenere, nullam ei inde inferens molestiam aut gravamen. Teste ut supra.

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod loquelam que est in comitatu suo per breve domini regis de recto inter Walterum de Cotes petentem, et abbatem de Becco, qui est in partibus transmarinis, tenentem, de una virgata terre cum pertinentiis in Codeford', ponat in respectum usque in quindecim dies a festo Sancti Michaelis anno regni regis xvj.; ita quod tunc sit in eodem statu in quo nunc remanet per preceptum domini regis. Teste rege apud Walingford', xiiij. die Maii, anno eodem.

De prisone custodiendo.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod Ricardum Burse, quem Thomas de Samford' intercepit malefacientem in foresta regis de Bradene, et quem idem Thomas ei liberabit, recipiat, et in prisona regis salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Oxoniam, xv. die Maii.

* *faciat* MS. † Sic.

1232.

[m. 11.] *De busca data.*—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat monialibus de Stodleg' c. carectatas de subbosco in bosco regis de Pancehal', de dono regis ad focum suum. Teste ut supra.

Pro Johanne de Nevill' et fratre ejus.—Mandatum est B. de Insula quod occasione custodie castri de Pikering' cum foresta, quam Galfridus de Nevill' habuit tempore J. regis etc., Johannem de Nevill' et G. fratrem ejus non occasionet in itinere suo ad placita foreste in comitatu Eboraci de hiis que pertinent ad predictam forestam de tempore predicto, in quo neuter eorum ballivus ibidem fuit; set, si predictus Johannes post mortem patris sui aliquando custodiam illam habuerit de tempore illo, vult rex illum respondere et ad respondendum poterit illum coram se summonere. Teste ut supra.

De tradendis in ballio.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod, si Christoforus filius Henrici et Willelmus et Alanus filii ejus, capti et detenti in prisona abbatis de Becco apud Waneting' per appellum Rogeri carectarii probatoris, qui obiit in prisona regis ut dicitur, invenerint ei plegios de comitatu suo ad standum recto coram justiciariis ad primam assisam etc. tunc eos ita deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro H. de Burgo etc.—Rex concessit H. de Burgo comiti Kancie et Margarete uxori ejus et heredibus suis, quod bosci sui de Arnleg' infra forestam de Kenefar' sint inperpetuum quieti de regardo, sicut plenius continetur in carta regis eis inde confecta. Et mandatum est J. de Monem' quod predictam cartam legi et predictam libertatem in ea contentam eis firmiter teneri faciat. Teste rege apud Oxoniam, xv. die Maii.

[m. 10.] *De piscando ad opus regis.*—Rex mittit usque Feckeham Robertum piscatorem ad capiendum in vivario regis xl. bresnas vel iiij. lucios ad opus regis mittendos ad regem ubi idem Robertus dicet ex parte regis. Et mandatum est ballivis de Feckeham quod ipsum ad hoc admittant et dictum piscem ad regem mittant, sicut predictum est. Teste rege apud Wudestok', xv. die Maii.

Pro monialibus de Litlemor'.—Rex dedit monialibus de Litlemor' l. carectatas de spinis et alio subbosco in bosco de Shotovr' ad focum suum. Et mandatum est Hugoni de Nevill' quod illas l. carectatas habere permittat. Teste ut supra.

Pro fratribus hospitalis Oxonie.—Eodem modo scribitur eidem Hugoni pro fratribus hospitalis extra portam orientalem Oxonie, de totidem carectatis ibidem. Teste ut supra.

De quercu data.—Mandatum est Gileberto Basset quod in foresta de Chipeham faciat habere duabus elemosinariis regis de Kincton' unam bonam quercum ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

1232.
[m. 10.]

Pro Hugone de Verly.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per probos et legales homines extendi faciant totam terram Hugonis de Verly et, facta extenta illa, secundum valorem dicte terre et quantitatem debiti, in quo tenetur Isaac filio Joscei, Judeo Lond', et Mosse Mocke, Isaac parvo et Deulecresse filio Deusaie, Judeis Norwicensibus, faciant ei habere rationabiles terminos, quibus predictum debitum eis reddere possit. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod si Adam Feteplace, Willelmus Colet, Reginaldus le Scot et Walterus Caperun, quos tenet in prisona per preceptum regis pro verberatione et vulneratione clericorum scolarium Oxoniensium, invenerint ei salvos plegios, scilicet, singuli eorum vj. plegios, ad standum inde recto, quando rex preceperit, vel coram justiciariis ad primam assisam etc., et quod decetero clericis universitatis non forisfacient; tunc in presentia cancellarii et aliquorum magistrorum universitatis predicte ipsos ita per plevinam dimittat. Et si Petrus de Elmel', qui appellatur de pace regis fracta occasione predicti facti, invenerit ei xij. liberos et legales homines qui eum manucapiant habere coram rege vel justiciariis suis similiter ad standum inde recto, tunc eum predictis xij. ita tradat in ballium; et habeat ibi nomina plegiorum et ipsorum xij. et hoc breve. Teste rege apud Otinton', xviij. die Maii.

De roboribus datis.—Mandatum est Thome de Langel' quod in foresta de Wichewod' faciat habere fratribus hospitalis de Bureford' v. robora sicca ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De parco de Wudestok'.—Mandatum est custodi parci de Wudestok' quod permittat homines vicinarum villarum circa parcum de Wudestok' petra claudere et reparare breccas predicti parci, ita quod averia sua non intrent in parcum illum et super escapio averiorum suorum, unde gravantur ut rex audivit, eis deferat quantum potest, salva custodia predicti parci. Teste ut supra.

De hominibus permittendis exire de ecclesia.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod si Galifridus filius Hugonis et Thomas Coleman, qui se tenent in ecclesia de Tudemarton', eo quod fregerunt ollas cujusdam figuli, quem credebant se lesisse, invenerint ei bonos et salvos plegios, qui eos manucapiant habere ad standum inde recto, tunc eos ita exire permittat.

Pro hominibus de Stuntesfeld'.—Mandatum est Thome de Langel' quod permittat hominibus de Stuntesfeld', Cumbe et Haneberg' habere capras suas in foresta de Wichewude extra parcum regis de Wudestok', sicut eas habere consueverunt tempore J. regis, donec rex aliud preceperit. Capras etiam hominum illorum quos cepit et adhuc tenet, eis deliberet. Teste rege apud Evesham, xviij. die Maii.

1232.
m. 10.] *De vinis capiendis ad opus regis.*—Mandatum est ballivis Bristoll' quod de primis vinis que venerint in villam suam, capiant ad opus regis l. dolia vini recca et salvo custodiant, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Wigorniam, xx. die Maii.

Pro Pontio de Pontibus.—Mandatum est custodibus vinorum regis Oxonie quod habere faciant Pontio de Pontibus unum dolium vini de vinis regis, que sunt in custodia sua. Teste rege apud Wigorniam, xxj. die Maii.

De viridariis eligendis.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod loco Walteri de Cercheden', Alexandri de la Thurne, Gileberti Taillard' et Otuelis de Esthalle, qui fuerunt viridarii regis in foresta de Whychewude, eligi faciat alios quatuor viridarios. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat Willelmo Hardel duos damos in foresta de Havering', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo Fatin.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod Willelmo Fatin de debito quod debet David de Oxonia, Judeo, rationabiles terminos habere faciat, quibus predictum debitum ei sine suo gravamine immoderato reddere possit. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Thome de Langel' quod in bosco regis de Ermeley habere faciat venerabili patri R. Cycestrensi episcopo et cancellario suo, quadraginta quercus ad domos suas apud Hensinton' perficiendas, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni filio Philippi quod habere faciat venerabili patri W. Wygorniensi episcopo sexaginta quercus in haia de Uverle in foresta de Kenefar', ad novam operationem ecclesie sue Wygornie; scilicet, ad cheverones et ad aliud mairemium faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo Gileberto Basset pro eodem de xl. quercubus in foresta de Den' ad eandem operationem.

Pro abbate de Osen'.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum regis quod iiij. virgate terre cum pertinentiis in Haneberg', scilicet una virgata quam Willelmus de la Forde tenet, dimidia virgata quam Ang[nes] relicta Willelmi Hereward' tenet, dimidia virgata quam Osbertus forestarius tenet, dimidia virgata quam Alexander Strepun tenet, dimidia virgata quam Rogerus le Sleplere tenet, dimidia virgata quam Wyburga relicta Simonis Selet tenet, et dimidia virgata quam Henricus faber tenet; et aqua cum quodam gurgite, que se extendit versus occidentem supra dictum gurgitem, quantum terra abbatis et canonicorum de Osen' se extendit; et quoddam pratum a ponte de Bladen', quod circuit culturam, que vocatur Thurkeldeshide, pertinent ad illam hidam terre, quam predicti abbas et canonici habent in Haneberg' de dono Alicie quondam

1232.
[m. 10.] regine Anglie, et quam rex eis confirmavit; mandatum est vicecomiti Oxonie quod de predictis virgatis terre, aqua cum gurgite, et prato, plenam eis saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De expensis Alienore (sic.)—Mandatum est W. de Putot quod loquatur ex parte regis cum duobus vel tribus probis hominibus de villa Glouc', qui Isabelle sorori regis moranti in castro Glouc' expensas inveniant ad victum suum et familie sue, donec rex redierit de partibus Salopie et venerit ad partes Glouc'. Et rex inde plene eis respondebit. Teste rege apud Kydeministr', xxij. die Maii.

De piscando ad opus regis.—Rex mittit usque Fekeham Robertum piscatorem suum ad capiendum in vivario de Fekeham c. brednas ad opus regis, et ad eas deferendas usque ad regem. Et mandatum est ballivis de Fekeham quod eum ad hoc admittant, et ad hoc sint auxiliantes. Teste rege apud Wenlac, xxiij. die Maii.

De vino dato.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis regis que sunt in custodia sua apud Lond', faciat habere Henrico de Capella unum dolium boni vini, de dono regis. Teste rege apud Wenlac, xxiiij. die Maii.

De damis datis.—Mandatum est constabulario Windles' quod in foresta de Windles' faciat habere Henrico de Capella tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Henrico de Helion.—Mandatum est Briano de Insula et Thoma de Molet' et sociis eorum, justiciariis itinerantibus ad placita foreste in comitatu Eboraci, quod libertates et quietancias contentas in carta, quam dominus rex fieri fecit Henrico de Helyun in villa de Esingwaud' cum trescentis acris et villa de Hoby, quas dominus rex eidem Henrico dedit, ei in itinere suo teneant et teneri faciant. Teste rege apud Wenlac, xxv. die Maii.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod loco Rogeri Pichard, coronatoris in eodem comitatu, eligi faciat alium coronatorem per verba, ut superius in hujusmodi brevibus. Teste rege apud Salopiam, xxvij die Maii. Pro Petro de Cancell'.

De fustis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat fratribus predicatoribus Salopie xxx fusta in balliva sua ad maeremium faciendum ad operationem ecclesie sue, et x. robora ad focum suum, de dono suo, ubi competentius et propinquius ad opus eorum et ad minus nocumentum foreste regis capi possint. Teste rege apud Salopiam, xxviij. die Maii.

De copulis datis.—Mandatum est eidem quod habere faciat W. comiti de Ferrariis xx. copulas in foresta de Savernak', ubi competentius etc. ad se hospitandum apud Stamford', de dono regis. Teste ut supra.

1232.

[m. 10.] *Pro Walensibus, quod emere possint et vendere.*—Rex concessit omnibus de terra L. principis de Abbefrau etc. quod salvo et sine inpedimento venire possint ad mercata et nundinas ubicunque voluerint in balliva sua, ad emendum et vendendum ibidem victualia et alia necessaria usque ad tercium diem post festum Sancti Petri ad vincula anno etc. xvj., et quamdiu colloquium quod tunc erit inter regem et predictum L. duraverit. Et mandatum est vicecomiti Staff' et Salopie quod sic fieri permittat, et per totam ballivam suam clamari faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Heref' et Wigornie.

De fustis datis.—Mandatum est custodi forestarum de Melkesham et de Chipeham quod habere faciat Waltero de Godarvill' de dono regis v. fusta in foresta de Melkesham et v. fusta in foresta de Chipeham, ad se hospitandum. Teste rege apud Wenlac, xxix. die Maii.

°Mandatum est Petro de Rivallis† quod in bosco de Hauekehurst faciat habere priori de Wenlac cheverones ad xxx. copulas, et in haia de la Lye corbellos et alia necessaria ad predictas copulas, et xv. quercus in eadem haya ad bordum faciendum, ad faciendum ad fabricam ecclesie sue de Wenlac, de dono regis. Teste rege apud Wenlac, xxx. die Maii.

Mandatum est eidem quod in foresta de Shirle faciat habere abbati de Bildewas xxx. quercus ad reparationem ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Brug', j. die Junii.

Mandatum est eidem quod in eadem foresta faciat habere Simoni capellano de Estlegh' iiij. fusta ad postes ad operationem clocherii sui de Estleg', de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill'‡ quod in foresta de Wauberg' faciat habere Rogero la Suche vij. quercus, et in bosco de Sappel' viij. quercus, ad se hospitandum apud manerium suum de Swaveseye, de dono regis. Teste rege apud Kydeministr', primo die Junii.

Mandatum est eidem quod in foresta de Lich' faciat habere canonicis de Wainbrug' iiij. quercus ad operationem ecclesie sue combuste, de dono regis. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod, loco Walteri de Hugeford', coronatoris regis in eodem comitatu, et constabularii de Brug', alium coronatorem eligi faciat etc.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Monem', quod in foresta de Fecham faciat habere Philippo de Pyrie v. damas et unum damum ad parcum suum de Uueresleg' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

° Cancelled "quia aliter inferius in mense Augusti."

† Altered from "Johanni de Monem'." ‡ Altered from "B. de Insula."

1232.
[m. 10.]

Pro Thoma de Hemmegrave.—Rex concessit Thome de Hemmegrave medietatem ville de Mudford' cum pertinentiis, que est escaeta regis de terris Normannorum, et quam Stephanus de Longo Campo tenuit, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod de predicta medietate predicte ville cum pertinentiis eidem Thome sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Wigorniam, iij. die Junii.

Pro Ricardo de Sancto Johanne.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis regis de prisa que sunt apud London' in custodia sua, faciat habere Ricardo de Sancto Johanne, capellano regis, sex dolia vini boni ad denarios suos. Teste rege apud Wigorniam, iiij. die Junii.

De petra data predicatoribus.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod petram regis, que jacet in Sabrina subtus ballium castri Salopie, faciat habere fratribus predicatoribus Salopie ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

Pro fratribus predicatoribus Salopie.—Mandatum est J. de Monem' quod, loco xxx. fustorum, que rex dedit fratribus predicatoribus Salopie in balliva ipsius J. ad faciendum maeremium ad operationem ecclesie sue, faciat eis habere xxx. quercus in foresta de la Lye ad eandem operationem; et x. robora, que rex eis dedit ad focum suum, ubi idem J. competentius posset, ad opus eorum capienda, faciat eis habere in foresta de Hageman. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Thome de Moleton' quod habere faciat Rogero de Quency duos cervos in foresta regis de Carlel', de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Philippo de Pirie quod habere faciat Willelmo Lungesp' tres damos in foresta de Blakemor', de dono regis. Teste ut supra.

De coronatoribus eligendis.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod in pleno comitatu suo eligi faciat loco Willelmi de Burleg', qui mortuus est, Willelmi de Furches, qui languidus est, et Rogeri Pichard, qui est de familia justiciarii,[a] coronatorum regis in eodem comitatu, tres alios coronatores, qui prestito sacramento sicut fieri solet etc. ut supra, ut in hujusmodi brevibus superius.

Pro leprosis de Brug'.—Rex, intuitu Dei et pro salute etc. concessit leprosis hospitalis Sancti Jacobi de Brug' quod habeant imperpetuum singulis diebus semel unum equum itinerantem in foresta de Morf' ad siccam buscam ad focum suum. Et mandatum est J. de Monem' quod permittat predictis leprosis habere etc., ut supra. Teste ut supra.

[a] Altered from "Regis."

1232.
[m. 10.]

De quietantia vasti et regardi.—Rex dedit* per cartam suam quod ille viij. acre terre, quas rex assignari fecit in Warlaghay in foresta de Morf' in escambium domorum suarum et terre sue, quas amisit occasione barbecane castri de Bruges, inperpetuum sint quiete de regwardo, vasto et visu forestariorum, viridariorum et omnium ministrorum suorum, reddendo inde per manus ballivorum de Brug' ad Scaccarium xij. denarios per annum pro omni servicio. Et mandatum est J. de Monem' quod sic fieri permittat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat H. Elyensi episcopo iij. damos in foresta de Wauberg', de dono regis. Teste rege apud Theokesbir', v. die Junii.

Pro episcopo Wintoniensi.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod distringat Thomam Testard' ad reddendum P. Wintoniensi episcopo debitum, quod ei debet pro Rogero Testard' fratre suo, et quod recognovit se debere eidem episcopo; et, si forte ipsum Thomam ad ejusdem debiti solutionem distringere non possit, faciat eidem episcopo habere saisinam de terra ipsius Thome, quam habet in balliva sua, donec idem Thomas de debito ipso eidem episcopo satisfecerit. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod faciat habere fratri domini regis, R. comiti Cornubie et Pictavie, decem quercus in foresta de Pauncehal' ad se hospitandum apud Beckel', de dono ejusdem regis. Teste rege apud Glouc', vj. die Junii.

Pro leprosis de Bradeleg'.—Rex Johanni de Monem' salutem. Sciatis quod concessimus mulieribus leprosis de Bradelegh' et priori et fratribus ejusdem loci, quod possint licite fruissire et excolere quinquaginta acras bruere in loco qui vocatur Jernefeld', quietas de reguardo inperpetuum. Et ideo vobis mandamus quod permittatis eis libere et sine inpedimento illas quinquaginta acras fruissire et excolere, allocatis eis in illis l. acris duodecim acris et dimidia, quas jam fruissierunt et excoluerunt. Teste ut supra.

Pro R. de Cokef'.—Rex Briano de Insula salutem. Monstravit nobis dilectus et fidelis noster R. de Cokefeld' quod vos, occasione manerii† quod cepit in foresta nostra de Scardeburc' et de Pikering' per preceptum nostrum ad reparacionem castrorum nostrorum de Scardeburc' et de Pikering' tempore quo fuit constabularius noster eorundem castrorum, ipsum intenditis amerciare in itinere vestro ad placita foreste. Et ideo vobis mandamus quod occasione predicti manerii,† quod forestarii et viridarii predictarum forestarum protestati fuerint ipsum cepisse tempore predicto ad predictam operacionem, ipsum non amercietis nec aliquam erga eum queratis occasionem. Teste me ipso apud Glouc', vij. die Junii.

* The name of the grantee, Alan son of Roger de Bruges, is omitted. See Charter Roll, 16 Hen. III, m. 9.

† Probably an error for "maeremii."

1232.

[m. 10.] *Pro R. Marescallo.*—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Radulfo Marescallo, quem misimus ad partes Hybernie in servicium nostrum, quod triginta et tres marcas, quas debet Aaron de Eboraco Judeo, reddat infra terminum quatuor annorum; ita videlicet quod ad Pasca, anno regni nostri septimodecimo, incipiat reddere centum solidos, et singulis trium annorum proximo sequentium ad Pascha octo marcas et dimidiam, donec debitum predictum persolvatur eidem Judeo. Concessimus etiam eidem Radulfo quod quietus sit de usuris quas idem Judeus exigere posset decetero de debito predicto, et similiter de usura que currebat in eodem debito a termino Pasce anno regni nostri xvj. usque ad tempus predicte concessionis nostre. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste ut supra, apud Glouc'.

Pro abbate Glouc'.—Mandatum est Gileberto Basset quod habere faciat abbati Glouc' centum quercus in foresta domini regis de Den' ad operacionem ecclesie sue, de dono ipsius regis. Teste rege ut supra.*

Mandatum est Gileberto Basset quod habere faciat abbati de Glouc' centum quercus integras sine diminucione aliqua in foresta domini regis de Den' ad copulas faciendas, ubi competentius et propinquius ville Glouc' capi poterunt, ad operacionem ecclesie sue Glouc', de dono ipsius regis. Teste rege apud Glouc', vij. die Junii.

Pro Ada Kimot capto deliberando.—Rex vicecomiti Glouc'† salutem. Si Adam Kimot, captus et detentus in prisona nostra pro venacione nostra, invenerit vobis sex probos et legales homines de baillia vestra, qui eum manucapiant habere coram justiciariis nostris proximo itineraturis ad placita foreste ad standum recto de transgressione facta in predicta foresta nostra, tunc ipsum Adam deliberetis a prisona nostra et tradatis predictis sex in ballio, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro episcopo Wintoniensi.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod absolvimus et quietum clamavimus venerabilem patrem P. Wintoniensem episcopum pro nobis et heredibus nostris de omnibus compotis, ratiociniis et omnimoda amministracione et demandis et amerciamentis, et de omnibus debitis, tam scutagii quam aliis, que ab eodem episcopo exiguntur vel exigi poterunt de tempore domini J. regis etc. et nostro, usque ad diem Pentecostes anno etc. xvj. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste ut supra.

Pro Galfrido filio Bartholomei capto tradendo in ballio.—Rex vicecomiti Bedef' salutem. Si‡ Galfridus filius Bartholomei, captus et in prisona nostra detentus apud Bedef' pro morte Willelmi filii Simonis, unde rettatus est, invenerit tibi xij. probos et legales homines de comitatu tuo, qui eum manucapiant habere coram justiciariis nostris

* Cancelled "quia aliter proximo inferius."

† Altered from "dilecto et fideli Gileberto Basset." ‡ Omitted in MS.

1232.

[m 10.] ad primam assisam, cum in partes illas venerint, ad standum inde recto, tunc ipsum Galfridum tradas in ballio predictis xij. probis et legalibus hominibus, qui eum manuceperint, usque ad adventum predictorum justiciariorum. Et habeas ibi nomina illorum xij. hominum et hoc breve. Teste ut supra.

[m 9.] *De denariis regi mittendis.*—Rex dilecto et fideli suo Waltero de Kircham, decano Sancti Martini Lond', salutem. Cum ad presens nullos nobiscum denarios habeamus, quibus plurimum indigemus, vobis mandamus quatinus omnes denarios, quos promptos habetis de exitibus archiepiscopatus Cantuariensis, ad nos sub festinacione mittatis. Et ut sciatis versus quas partes poterimus inveniri, scire vos volumus quod hac die Veneris proxima post festum Sancte Trinitatis erimus apud Wudestok', profecturi inde versus partes Bromholm' per Brehill' et Dunstapl', et sic per partes Cantebrigie. Teste me ipso apud Glouc', vij. die Junii.

De denariis mittendis ad Castrum Matildis ad liberationes faciendas militibus et servientibus ibidem.—Rex venerabili patri et Karleolensi episcopo et thesaurario suo salutem. Mandamus vobis firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini, quatinus sicut nos et honorem nostrum diligitis, omnem quam poteritis diligenciam apponatis ad perquirendum centum marcas vel centum libras, et eas Thome de Blancmuster, latori presentium, liberetis deferendas usque ad Castrum Matillidis ad liberationem militum et servientum in castro eodem existentium faciendam. Teste rege apud Glouc', viij. die Junii.

Mandatum est Willelmo Briwer' quod per visum forestariorum et viridariorum prosterni et vendi faciat totum subboscum de la Bere, et denarios inde provenientes liberari faciat venerabili patri P. Wintoniensi episcopo ad magnam aulam castri regis Wintonie levandam. Teste rege apud Glouc', ix. die Junii.*

Pro Griffino.—Rex ballivis suis de Pecco salutem. Sciatis quod reddidimus Griffino filio Wenunweni, vadletto nostro, terram que fuit ipsius Wenunweni in Aisford', salvis Margarete que fuit uxor ipsius Wenunweni, mater ipsius Griffini, dote sua de eadem terra et bladis suis que seminari fecit in eadem terra. Et ideo vobis mandamus quod de predicta terra de Aisford' eidem Griffino sine dilatione plenam saisinam habere faciatis, salvis ipsi Margarete inde dote sua et bladis suis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Idem habet litteras patentes directas hominibus suis, quod sint ei intendentes et respondentes. Teste ut supra.

De maeremio dato.—Rex Waltero de Godarvill' salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis Philippo le Bret maeremium in bosco de Cartheruc ad se hospitandum. Teste me ipso apud Glouc', viij. die Junii.

* Cancelled "quia alias in patentibus."

1232.
[m. 9.]

Pro hominibus de Redl'.—Rex Gilberto Basset salutem. Mandamus vobis quod in presentia viridariorum et forestariorum et per sacramentum aliorum proborum et legalium hominum, diligenter inquiratis qualem communam pasture homines nostri de Redl' habere debent et habere consueverunt in foresta nostra de Den', et in landis et infra coopertum et extra coopertum tempore H. regis, avi nostri, R. regis avunculi nostri et domini J. regis patris nostri usque ad guerram motam inter ipsum patrem nostrum et barones suos Anglie; et facta inde inquisicione qualem communam inde habuerunt temporibus predictis, talem eis habere permittatis in predicta foresta, landis et infra coopertum et extra coopertum, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Hugone Tyrel.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hybernie, quod dominus rex concessit Hugoni Tyrel pro se et heredibus suis, quod ipse et heredes sui inperpetuum habeant unam feriam apud manerium suum de Neweton' in Fertelagh', duraturam singulis annis per viij. dies; videlicet, in vigilia et in die Sancti Michaelis et per sex dies proximo sequentes, nisi feria illa sit ad nocumentum vicinarum feriarum. Et mandatum est eidem justiciario quod feriam illam in Hybernia, ubi necesse fuerit, clamari et ei teneri faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Winchecumb', x. die Junii.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Munem' quod habere faciat Osberto Gyffard' iiij. damos in foresta domini regis de Selewud', de dono ipsius regis. Teste rege apud Otinton', x die Junii.

De pluribus emendis ad opus regis.—Mandatum est venerabili patri W. Carleolensi episcopo thesaurario quod emi faciat ad opus domini regis quinque baudekinos cum auro, et septem pannos de Aresta, et quinque uncias auri, et duodecim denariatas auri, sicut Reginaldus Talliator ei dicet ex parte domini regis: et ea ei liberari faciat deferenda ad dominum regem. Et quod emi faciat unum baudekinum sine auro ad quandam casulam ferialem faciendam: et eam cum festinacione fieri faciat, et eam reservet quousque pro ea miserit. Teste rege apud Otinton', xj. die Junii.

Pro Nigello persona de Wythyford'.—Rex vicecomiti Oxonie salutem. Monstravit nobis Nigellus persona de Wythiford' quod, cum recepisset de Radulfo Walensi duas acras terre in Swymbroc et tres acras terre de Rogero filio suo ad terminum sex annorum, de quibus quatuor anni sunt jam elapsi ut dicitur, et contigisset postmodum infra terminum illum ipsum Rogerum suspendi pro latrocinio, tu tam predictas duas acras quam predictas tres acras occasione illius suspensionis in manum nostram cepisti. Quia vero intuitu Dei graciam nostram in hac parte duximus eidem Nigello impendere, volentes quod terram predictam habeat usque ad terminum suum completum, tibi precipimus quod predicto Nigello de predictis quinque acris plenam saisinam habere facias, sicut predictum est. Teste ut supra.

1232.
[m. 9.]

Pro Waltero de Fontibus.—Rex commisit Waltero de Fontibus manerium de Welledon' ad se sustentandum in servicio domini regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Norhampton' quod eidem Waltero de predicto manerio cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat, salvis Henrico de Braybroc', qui manerium illud habuit de baillio domini J. regis patris domini regis, catallis et bladis suis in terra predicta existentibus. Teste rege apud Wudestok', xij. die Junii.

Pro Willelmo Bluet.—Rex concessit Willelmo Bluet quod de octo marcis quas debet Urcello filio Hamonis de Hereford', Judeo, reddat per annum eidem Urcello duas marcas, videlicet, ad Scaccarium Sancti Michaelis unam marcam et ad Scaccarium Pasche unam marcam, donec totum debitum predictum eidem Judeo persolverit. Concessit etiam eidem Willelmo quod quietus sit de usuris quas debet predicto Judeo occasione debiti predicti. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Wudestok', xij. die Junii, anno regni regis xvj.

De vinis capiendis in nundinis Sancti Botulfi ad opus regis.—Mandatum est Johanni de Colemere quod capiat ad opus domini regis in nundinis Sancti Botulfi xl. dolia vini, et ea liberari faciat vicecomiti Linc', cui mandatum est quod vina illa recipiat et cariari faciat usque Jakesle, liberanda ibidem vicecomiti Norhampton', cui preceptum est quod ea recipiat et cariari faciat quo ei rex precepit ad opus ipsius regis.

Pro hominibus Bristoll'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod concessimus probis hominibus nostris Bristoll' quod villam nostram Bristoll', quam habent ad firmam de nobis a festo Sancti Gregorii anno regni nostri xj. usque in viij. annos completos, reddendo inde nobis ad Scaccarium nostrum singulis annis ducentas et quadraginta et quinque libras, teneant usque in duos annos completos ultra predictos octo annos completos per predictam firmam ducentarum et xl. et v. librarum. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis. Teste me ipso apud Wudestok', xiij. die Junii.

Pro Galfrido Talun.—Rex justiciariis proximo itineraturis in comitatu Cumberl' salutem. Sciatis quod bene placet nobis quod Galfridus Talun, quem Alexander Matefelun appellat de pace nostra fracta, cum predicto Alexandro pacem faciat, et super eodem appello de licencia nostra se concordent, si idem Alexander voluerit. Et ideo vobis mandamus quod id fieri permittatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro magistro Nicholao de Farnham.—Mandatum est Thome de Langelegh', quod faciat habere magistro Nicholao de Farenham tria robora in foresta de Wyechewud' ad focum suum, de dono domini regis. Teste rege apud Wudest', xiiij. die Junii.

1232.
[m. 9.] *Pro Gileberto Basset.*—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Gileberto Basset duodecim quercus in foresta de Pauncehal', de dono domini regis. Teste rege apud Wudestok', xiiij. die Junii.

Pro abbate de Brueria.—Mandatum est Thome de Langelegh' quod habere faciat abbati de Brueria decem robora in foresta* de Wuchewud', ad rogum quendam faciendum ad operacionem ecclesie sue de Brueria, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro rege.—Rex dilecto et fideli suo R. de Burgo, justiciario suo Hybernie, salutem. Cum nuper concesserimus venerabili patri L. Dublinensi archiepiscopo custodiam episcopatuum vacantium in provincia sua, et episcopatus Ossoriensis ea racione a tempore vacacionis sue extiterit in manu sua; vobis mandamus quatinus in confirmacione dilecti clerici nostri W. de Brackel', cujus electioni assensum regium prebuimus et favorem, publice protestemini quod custodiam predictorum episcopatuum ita concessimus quod, decedente predicto archiepiscopo, nichil juris accrescat successoribus suis archiepiscopis Dublinensibus in custodia predicta; nec aliquid depereat juri nostro vel heredum nostrorum occasione predicte concessionis nostre. Teste me ipso apud Wudestok', xiiij. die Junii, anno regni nostri xvj.

Pro priore de Brackel'.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod faciat habere priori de Brackel' decem robora folia non ferentia in foresta domini regis de Wytlewud' ad focum suum, de dono ipsius regis. Teste rege apud Wudest', xv. die Junii.

Pro Willelmo de Sancto Albano.—Mandatum est Johanni de Munem' quod habere faciat Willelmo de Sancto Albano, canonico Sancti Cedde Salopie, decem quercus in foresta regis de Lya ad operacionem ecclesie Sancti Cedde Salopie, de dono. Teste ut supra.

Pro Hugone de Viron'.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod demandam, quam facit Hugoni de Vivon' per summonicionem Scaccarii de debitis, que domino regi debet, ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis anno regni regis xvj., ut interim certificari possit regi quantum restat ei reddendum de annuo feodo suo quod percipit ad Scaccarium, et quod rex inde certificatus possit allocare eidem H. in debitis predictis que† regi debet, id quod eidem Hugoni est a retro de feodo suo predicto. Et preceptum est eidem vicecomiti quod interim averia predicti Hugonis, que occasione predictorum debitorum cepit, ei deliberet et ipsum inde pacem habere permittat. Teste rege apud Wudest', xv. die Junii.

Pro Waltero de Lascy.—Mandatum est R. de Burgo, justiciario Hybernie, quod, qui (*sic*) dominus Rex retinuit Walterum de Lascy secum in Anglia in servicio suo, omnes loquelas motas contra eum preter assisas nove disseisine, si que versus eum fuerint araniate, ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis anno regni regis ejusdem xvj. Teste rege apud Wudest', xvj die Junii.

* "in foresta" repeated in MS. † "quod," MS.

1232.
[m. 9.]

Pro abbate de Tavistok'.—Rex concessit pro se et heredibus suis abbati de Tavistok', quod ipse et successores sui inperpetuum habeant unam feriam apud ecclesiam suam Sancti Michaelis de Brentetor' in manerio de Lamerton', duraturam singulis annis per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Michaelis; nisi feria illa sit ad nocumentum vicinarum feriarum. Et preceptum est vicecomiti Devonie quod predictam feriam per totam ballivam suam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro abbate Glouc'.—Mandatum est Gilberto Basset quod, salvis forestariis regis cooperonibus que exciderint de centum quercubus, quas nuper ei rex mandavit quod faceret habere abbati Sancti Petri Glouc' in foresta de Den' ad operacionem ecclesie sue, faciat eidem abbati habere de eisdem centum quercubus quicquid aptum fuerit ad maeremium et ei necessarium fuerit ad operacionem ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

Pro magistro Roberto de Sancto Albano.—Mandatum est Johanni de Munem' quod faciat habere magistro Roberto de Sancto Albano xij. copulas, quatuor postes et duas pannas in foresta nostra de Syrlet ad se hospitandum apud Bruges, et unam bonam quercum ad scindulas faciendas cum omnibus que inde exciderint, de dono regis. Teste ut supra apud Wudest'.

Pro Elya de Middelton'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod liberacionem duorum denariorum quam primo vacare continget ad Scaccarium de elemosina regis constituta, habere faciat Elye de Middelton', homini fratris Johannis de Meth, quam rex ei intuitu Dei concessit. Teste rege apud Wudest', xvj. die Junii.

De damo dato.—Mandatum est Thome de Samford' quod habere faciat Warino de Crikelad', capellano domini regis, unum damum in foresta de Braden', de dono. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat priori de Calde Norton' decem robora sicca in foresta de Wychewud' ad focum suum, de dono. Teste ut supra.

Pro Johanne Sewy.—Johannes Sewy habet respectum usque in unum annum a die Sancti Michaelis anno regni regis xvj. de octo marcis et x. solidis reddendis, quos debet David Judeo Oxonie. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod respectum illum ei inde habere faciant. Teste rege ut supra.

De copulis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod faciat habere magistro hospitalis Sancti Johannis extra portem orientalem Oxonie, decem copulas in Pokeslea et tresdecim copulas alias et trabes et pannas alibi in baillia tua, ubi competencius et ad minus nocumentum foreste regis capi poterunt, ad operacionem nove capelle Sancte Marie, que apud novum hospitale inchoata est, de dono regis. Teste rege apud Brehull', xvij. die Junii, anno regni, etc.

1232.

[m. 9.] Mandatum est Johanni de Munem' quod faciat habere eidem magistro hospitalis Sancti Johannis decem copulas in Cornebir' in baillia Thome de Langel' ad operacionem nove capelle Sancte Marie, que ibidem inchoata est, ut supradictum est. Teste ut supra.

De chereronibus datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat fratribus minoribus Oxonie triginta cheverones in foresta regis de Savernac de dono ad fabricam capelle sue, quam fieri faciunt apud Oxoniam. Et si aliqui de baillia ipsius Galfridi maeremium eis dare voluerint, permittat eos sine inpedimento habere chiminagium usque ad summam triginta quercuum. Teste ut supra.

De quercu data.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod faciat habere magistro hospitalis infirmorum Sancte Marie Magdalene de Craumersse unam quercum in baillia sua ad scindulas faciendas ad ecclesiam ejusdem hospitalis cooperiendam, de dono. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat abbati de Nutle x. quercus in foresta de Pauncehal', de dono, ad fabricam ecclesie sue. Teste ut supra apud Brehull'.

Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat abbati de Bitlesden' viginti quercus de dono in foresta de Whitlewud', scilicet, decem quercus ad postes et decem quercus ad pannas ad reparacionem grangie sue de Gorhal', que combusta fuit. Teste ut supra.

[m. 8.] *Hibernia. Pro hominibus de Waterford'.*—H. Dei gracia rex Anglie etc. dilecto et fideli suo R. de Burgo, justiciario suo Hybernie, salutem. Sciatis quod concessimus probis hominibus nostris de Waterford' civitatem nostram Waterford' habendam ad firmam de nobis et heredibus nostris pro centum marcis singulis annis reddendis ad Scaccarium nostrum Dublin', videlicet, unam medietatem ad Pascha et aliam medietatem ad festum Sancti Michaelis. Concessimus etiam eis quasdam libertates et quietancias, sicut plenius continetur in carta nostra, quam eis inde fieri fecimus. Et ideo vobis mandamus quod predictis hominibus predictam civitatem habere permittatis ad firmam, sicut predictum est, et predictam cartam legi, et libertates et quietancias in eadem carta contentas eis observari faciatis. Teste me ipso apud Brehull', xvij. die Junii.

De quercu data.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod faciat habere Waltero Norensi, custodi pontis de Blakethorn', unam quercum in Pauncet' ad reparacionem ejusdem pontis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Munem' quod habere faciat Johanni constabulario Cestr' duos damos in foresta regis de Clarendon', de dono. Teste rege apud Querendon', xvij. die Junii.

De testamento comitisse Essex'.—Mandatum est vicecomiti Norf'[*] quod non impediat vel impediri permittat executores testamenti

[*] "et Suff" is deleted here.

1232.
[m. 8.]

Christiane quondam comitisse Essex', quin liberam habeant amministracionem de omnibus catallis que fuerunt ipsius comitisse, scilicet, tam de bladis in terra quam de bladis in grangia, et omnibus rebus et catallis aliis ad faciendum execucionem testamenti ipsius comitisse. Teste ut supra.

Consimiles littere diriguntur vicecomitibus Bedef' et Buk', Huntind', Essex', et Middelsex' pro eadem comitissa.

De venatoribus.—Rex dilecto et fideli suo H. de Nevill' salutem. Mittimus ad vos Rogerum de Stopham et Willelmum Luvel et Hamonem filium Philippi venatores nostros, ad capiendum x. damos in foresta nostra de Wauberg' ad opus nostrum. Teste me ipso apud Querendon', xix die Junii.

De reparandis domibus de Brehull'.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod faciat habere vicecomiti Bukingh', cui preceptum est quod reparari faciat domos domini regis de Brehull, maeremium in baillia sua ad scindulas faciendas et ad predictas domos sufficienter reparandas, ita quod pro defectu maeremii non impediatur. Teste ut supra.

De vivario de Havering'.—Rex Ricardo de Munfichet salutem. Datur nobis intelligi quod vivarium nostrum de Havering' deperit et piscis noster ejusdem vivarii moritur, eo quod aqua ex nulla parte ipsius intrat nec egredi potest. Et ideo vobis mandamus quod totam aquam ejusdem vivarii effluere et exire faciatis. Teste ut supra apud Querendon'.

Pro Willelmo Talebot.—Mandatum est S. de Segrave et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatibus Notingh' et Dereb' quod, non obstante eo quod Willelmus Talebot de Geynesburg', qui per multum tempus stetit in obsequio domini J. regis patris H. regis, Normannus est et postea diu moram fecit in partibus transmarinis, non remaneat loquela quam habet in itinere suo coram eis versus W. comitem de Ferariis de custodia terre que fuit Roberti filii Walkelmi,° que ad ipsum Willelmum pertinet, eo quod predictus Robertus terram suam tenuit in socagio, et quod predictus Willelmus propinquior est heredi ipsius Roberti, ut dicit. Teste rege apud Berchamested', xix. die Junii.

Pro Hugone de Vallibus.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod faciat habere Hugoni de Vallibus catalla Willelmi de la Bruer', nativi sui, qui fugit pro latrocinio unde rettatus fuit, que dominus rex ei concessit. Teste ut supra.

De castro de Porcestr' custodiendo.—Mandatum est venerabili patri P. Wintoniensi episcopo quod dominus rex commisit ei castrum suum de Porcestr' custodiendum, quamdiu domino regi placuerit, et quod illud recipiat et salvo custodiat. Teste rege apud Bercham', xx. die Junii.

° corrected from "Waldwim."

1232.
[m. 8.]

De fustis datis.—Mandatum est custodi parci regis de Havering' quod faciat habere constabulario Turris Lond' xl. fusta in predicto parco Havering', sparsim per loca diversa, ubi minus appareant, ad reparacionem aule predicte Turris Lond.' Teste ut supra.

De quodam converso recipiendo.—Mandatum est venerabili patri W. Karleolensi episcopo quod Rogerum de Parten' conversum in domo conversorum Lond' recipiat, et ipsum in necessariis sicut alios conversos ejusdem domus exhibeat. Teste rege ut supra.

Pro comite Pictavie.—Rex dedit R. comiti fratri suo scutagium suum de feodis militum, que de ipso domino rege tenet in capite, tam de wardis quam aliis, scilicet, pro exercitu contra primam transfretacionem ipsius domini regis, et de exercitu Pictavie post primam transfretacionem domini regis, et de exercitu de Elveyn. Et mandatum est baronibus Scaccarii quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Berchamested', xx. die Junii.

De coronatoribus in honore de Berchamst'.—Mandatum est S. de Segrave et sociis suis itinerantibus in comitatu Hertford' quod, cum venerint ad predictas partes Hertford' itineraturi ibidem, provideant qualiter coronatores statuantur in honore Berchamested', ubi nondum sunt aliqui, secundum quod melius viderint expedire. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Michaeli de Columbariis quod habere faciat Isabelle sorori regis quinque damos in baillia sua, de dono. Teste rege apud Weston', xxj. die Junii.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Simoni de Sancto Licio, senescallo venerabilis patris R. Cycestrensis episcopi, cancellarii domini regis, duos damos in foresta de Wauberg', quos permittat ipsum Simonem capere per manum suam ad opus ipsius episcopi, de dono. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Harecurt.—Mandatum est custodi portus Dovor quod, cum Ricardus de Harewecurt de Normannia applicuerit in portu Dovr', permittat ipsum et homines suos et hernesium suum libere inde procedere ad veniendum ad dominum regem ad loquendum cum eo; sed, si aliquem alium militem vel servientem contingat ibidem applicare, ipsum arestari faciat, sicut alias ei preceptum est, nec permittat ipsum alicubi procedere, donec aliud inde habuerit mandatum. Teste rege apud Weston', xxj. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat priori de Cliva duas quercus in parco regis de Neweton' de dono, ad stallos chori sui de Clive faciendos. Teste ut supra.

Pro monachis de Cliva.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod permittat abbatem et monachos de Cliva habere tot animalia in pastura de Camel', quot Joscelinus de Oye ibidem habuit et habere

1232.
[m. 8.] debuit racione terre quam habuit in eadem villa, quam terram ipsi abbas et monachi postea emerunt, ut dicitur, a predicto Joscelino. Teste ut supra.

Pro comitissa Augi.—Rex Willelmo de Chaurces salutem. Quia constat nobis per inquisicionem, quam a vicecomite nostro Notingh' fieri precepimus, quod tu et antecessores tui tenuistis feodum unius militis cum pertinentiis in Marnham in capite de honore de Tykehill', qui est in manu A. comitisse Augi; tibi precipimus quod de cetero eidem comitisse, tanquam domine tue de feodo predicto, intendens sis et respondens. Teste ut supra apud Weston'.

Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod per inquisicionem quandam, quam nuper fieri fecimus a vicecomite Notingh', nobis constat quod Willelmus de Chaurces tenet feodum unius militis cum pertinentiis in Marnham in capite de honore de Tykhill', et antecessores sui feodum illud eodem modo tenuerunt tamquam feodati de predicto honore, ita quod feodum illud ad dominum J. regem patrem nostrum alia de causa non pertinebat, nisi eo quod predictus honor aliquando extitit in manu ipsius, et per consequens omnia feoda ad honorem predictum pertinentia. Et ideo vobis mandamus quod sic inrotulari faciatis, predictum Willelmum decetero non distringentes occasione feodi predicti de aliquo servicio nobis inde faciendo. Precepimus enim eidem Willelmo quod de predicto feodo A. comitisse Augi, in cujus manu honor predictus de Tykhill existit, tamquam domine sue intendens sit et respondens. Teste ut supra.

Mandatum est baronibus regis de Scaccario quod demandam, quam faciunt A. comitisse Augi, de scutagio quorundam feodorum militum de quibus contencio est inter dominum regem et ipsam comitissam, ponant in respectum donec aliud inde preceptum fuerit. Teste ut supra.

Pro Johanne de Bello Campo.—Rex eisdem salutem. Sciatis quod concessimus Johanni de Bello Campo quod habeat respectum usque in xv. dies a die Sancti Michaelis, anno regni regis xvj. de quindecim libris reddendis nobis ad Scaccarium nostrum, que restant de xx. libris de hoc anno regni nostri eodem de fine, quem nobiscum fecit de debitis que nobis debet. Dedimus etiam ei respectum usque ad eundem terminum de scutagio feodorum duorum militum, quod exigitur ab eo ad Scaccarium nostrum, scilicet de scuto xx. solidorum pro exercitu nostro de Elveyn. Et ideo vobis mandamus quod respectum illum ei inde habere permittant (*sic*). Teste ut supra.

Pro Dublinensi archiepiscopo.—Mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod demandam quam facit venerabili patri L. Dublinensi archiepiscopo per summonicionem Scaccarii de debitis que ab eo exiguntur, ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis, anno regni regis xvj. Teste rege apud Trumpiton', xxij. die Junii.

Pro Pagano de Chaurces.—Rex commisit Pagano de Chaurcis terram illam de Offinton' cum pertinentiis, quam prius tenuit de baillio

1232.
[m. 8.] ipsius domini regis, et postea ad peticionem ipsius Pagani commisit Ade de Chaurcis filio suo, qui nuper obiit, ad se sustentandum in servicio suo quamdiu ei placuerit. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod plenam inde saisinam ei habere faciat. Et, siquid inde captum fuerit post obitum ipsius Ade, ei sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Ely, xxij. die Junii.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Everingham quod habere faciat Willelmo Bardulf duos damos in foresta de Shyrewud', de dono domini regis. Teste rege apud Ely, xxiij. die Junii.

Mandatum est Hugoni de Nevill' quod in foresta de Wauberg' faciat habere Margarete comitisse Wintonie duos damos, de dono regis. Teste rege apud Ely, xxiiij. die Junii.

Mandatum est Gileberto Basset quod Isabelle sorori regis moranti in castro Glouc', per preceptum regis faciat habere singulis xv. diebus unum damum in foresta de Den', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Michaeli de Columbariis quod in foresta de Cet' faciat habere A. comitisse Penbr' sex damos, et per vices interpolatas aliquem cheverellum, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Galfrido Esturmy pro eadem comitissa per eadem verba, in foresta de Savernak'. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat fratribus minoribus de Norhamt' x. vetera robora ad focum suum, de dono regis, in balliva sua ubi melius poterit et ad minus nocumentum foreste regis. Teste rege apud Ely, xxv. die Junii.

Pro Ricardo Renger.—Mandatum est ballivis de Sandwic' quod si Andreas Bukerel invenerit eis salvos plegios respondendi quando rex preceperit de precio quater viginti et duorum doliorum vini, que Egidius de Trye ei misit in Angliam, ut dicitur, in parte solucionis sex lestorum coriorum, quos ab eodem Andrea emit; tunc, non obstante calumpnia Petri del Ostel et Johannis de Caillou, qui dicunt se partem habere in dictis vinis, ea faciant* appreciari et ipsi Andree liberari, sicut predictum est, et nomina plegiorum et precium vini regi scire faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat W. de Kirkeham, decano Sancti Martini London', tres damos in forinseco bosco regis de Havering' extra parcum, de dono regis. Teste ut supra.

De respectu loquele.—Mandatum est W. de Raleg' et sociis suis quod loquelam que fuit coram eis per preceptum regis inter Simonem de Monte Forti petentem et M. comitissam Wintonie tenentem, de quibus terris et tenementis in suburbio Leic' et alibi, ponant coram eis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in unum mensem in eo statu quo remansit coram eis in itinere suo apud Leic'. Teste ut supra.

* "faciat," MS.

1232.
[m. 8.]

De inquisicione facienda.—Mandatum est S. de Sedgrave et sociis suis quod in itinere suo Cantebrigie et Hunt' diligenter inquirant etc. utrum mariscus ille, de quo contentio est inter abbatem de Thorn' et priorem de Ely ex una parte et abbatem Rames' ex altera, sit in comitatu Hunt' vel in comitatu Cantebrigie; et diligentiam apponant quod predicte contentioni, salvo jure regis, cum honestate finis imponatur. Teste ut supra.

Pro Johanne filio Galfridi.—Mandatum est vicecomiti Hunted' quod de bosco de Swinesheved vel de prato subtus Wauberg' vel de una carucata terre cum pertinentiis in Kenebauton', que Johannem filium Galfridi hereditarie contingunt, ut perquisita predicti Galfridi patris sui, et que Christiana quondam comitissa Essex', que mortua est, tenuit in dotem, ipsum Johannem non gravet quin inde possit plenam habere saisinam et pro voluntate sua inde disponere. Teste rege apud Chipeham, xxv. die Junii.

Pro Judeis Wintonie.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod omnes Judeos de Wintonia, quos cepit et in prisona regis captos tenet occasione cujusdam pueri qui mortuus et confractus inventus fuit apud Wintoniam, et pro cujus morte habetur de eis suspicio, a prisona regis deliberet; ita quod predicti Judei sint coram nobis quando preceperimus de predicta suspicione responsuri. Matrem autem ejusdem pueri, que similiter capta est occasione predicta, salvo custodiri faciat in prisona regis. Teste rege apud Chipeham, xxvj. die Junii.

Pro Bradenestok'.—Rex concessit priori et canonicis de Bradenestok' quod habeant inperpetuum unam feriam singulis annis duraturam apud Bradenest' per v. dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Nativitatis Beate Marie et per duos dies sequentes, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod feriam illam per totam ballivam suam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Rex concessit et carta sua confirmavit priori et canonicis de Bradenest' quasdam libertates et quietancias contentas in carta regis quam eis inde fieri fecit. Concessit etiam et confirmavit eis rex omnes terras et tenementa que eis racionabiliter collata sunt, sicut plenius continetur in confirmacionibus regis eis factis. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod predictam cartam de libertatibus et quietanciis in ea contentis et predictas confirmaciones regis in pleno comitatu suo legi, et easdem libertates et quietancias eis faciat observari. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus:—

Glouc'.	Oxonie.
Wilt'.	Berk'.
Sumers' et Dors'.	Eboraci.
Norhamt'.	

1232.
[m. 8.]

Et mandatum est:—J. de Monem' quod predictam cartam legi et libertates et quietantias predictas eis firmiter observari faciat.

Thome de Sampford' et G. Esturmy quod predictas libertates et quietantias eis habere permittant, sicut predictum est.

De quercubus datis.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod habere faciat R. Cycestrensi episcopo etc. centum quercus bonas de dono regis, ad fabricam ecclesie sue, in foresta que fuit Gileberti de Aquila in loco competentiori et viciniori ville Cycestr'. Teste rege apud[*] Wudestok', xvj. die Junii.

De conventione inter Rogerum de Dantes' et comitissam uxorem ejus.—Rex vicecomiti Midd' salutem. Scias quod, cum post mortem Christiane quondam comitisse Essex', Rogerus de Antes' peteret saisinam sibi fieri de maneriis que ipsa comitissa tenuerat in dotem de hereditate Matildis comitisse Essex' uxoris sue, videlicet Enefeld', Kinebalton', Querendon' et Agmodesham, tandem coram nobis ita convenit et concessum fuit quod idem Rogerus haberet saisinam de maneriis de Enefeld' et Querendon', et predicta Matildis comitissa uxor sua pendente causa inter ipsum Rogerum et eam de divortio inter eos celebrando, habeat et teneat maneria de Kinebald' et de Agmod' ad sustentationem suam: ita quod ipsa pro expensis vel dampnis, si forte dictus Rogerus a judicibus dicte cause in aliquibus interim condempnatus fuerit, vel pro aliqua alia re a dicto Rogero interim amplius petere non possit. Idem etiam Rogerus recipiet xlv. libras quas predicta comitissa prius recepit ad sustentationem suam, scilicet xlv. marcas de Scotia et xv. marcas de villa de Thorreby et c. solidos de Johanne filio Galfridi. Et ideo tibi precipimus quod de predicto manerio de Enefeld' ipsi Rogero plenam saisinam habere facias. Teste me ipso apud Sanctum Edmundum, xxvij. die Junii.

Et mandatum est vicecomiti:—

Buk', quod ipsi Rogero de predicto manerio de Querendon', et predicte comitisse de manerio predicto de Agmodesham:—

Hunt', quod de predicto manerio de Kenebalt' predicte comitisse:—

Sine dilatione plenam saisinam habere faciant. Teste ut supra.

De vinis emendis.—Mandatum est majori et ballivis de Lenn' quod sine dilatione emi faciant ad opus regis quatuor dolia vini Wasconiensis recca; et de eisdem vinis cum festinatione cariare faciant usque Walsingham unum dolium vini, et usque Swafham unum dolium vini, et usque Theford' unum dolium vini, et usque Chipeham unum dolium vini; et precium eorundem doliorum regi scire faciant apud Walsing' die Veneris proxima post festum apostolorum Petri et Pauli; quod quidem precium rex tunc eis reddet simul cum cariagio eorundem vinorum. Teste rege apud Bukeham, xxvij. die Junii.

De tradendo in ballio.—Galfridus de Burdeleis, quem Matildis que fuit uxor Willelmi filii Gerardi odio et athia, ut constat per inquisitionem, appellat de morte predicti Willelmi viri sui, habet literas vicecomiti Bed' directas quod tradatur in ballium xij. etc.

* "apud" repeated in MS.

1232.

[m. 8.] *De respectu loquele.*—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod loquelam que est in comitatu suo inter Thomam de Stok' petentem et Rannulfum de Hurle tenentem, qui est in servicio H. de Burgo etc. in Glammorgan, de iij. partibus unius hide terre in Inglescumbe et in la Bergh', ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post festum Sancti Michaelis. Teste rege apud Burg', ij. die Julii.

De quercubus datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod in balliva sua, ubi melius et competentius poterit, faciat habere priori de Walsingham xl. quercus ad cheverones faciendos ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Walsingham, iij. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Monem' quod in foresta de Fecham faciat habere* Willelmo de Cantilup' tres damos de dono regis. Teste ut supra.

m. 7.] *De grisio opere arestando.*—Mandatum est majori† Lenn' quod de grisio opere, quod est in coga, que applicuit in portu Lenn', arestari faciat xx. miliaria ad opus regis et ea salvo custodiri, donec rex aliquos de suis mittat rex ad ea recipienda.‡ Rex quidem de precio mercatoribus faciet§ satisfieri. Teste rege apud Acre, iiij. die Julii.

Pro Johanne de Sauseton'.—Mandatum est S. de Sedgrave et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Cantebrigie quod, si contingat Johannem de Sauseton' coram eis in aliquam misericordiam incidere, ipsam ei ex parte regis perdonent. Teste rege apud Chipeham, vj. die Julii.

De vivario de Flederith' reparando.—Mandatum est J. filio Philippi quod per visum viridarii capiat vj. quercus in haia de Aswude ad reparationem vivarii regis de Flederith'. Teste ut supra.

De thesauro qui venit de Hibernia.—Mandatum est Willelmo de Putot quod mille et ducentas marcas que venerunt de Hybernia ad opus domini regis, et quas habet in custodia sua apud Bristoll', cariari faciat usque Glouc' sub salvo conductu et eas ibi salvo custodiri faciat, donec dominus rex aliud ei inde mandaverit. Teste rege apud Chipeham, vj. die Julii.

De quercubus et roboribus datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat abbati de Waleden' tria robora in forinseco bosco regis de Hadfeld' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Waleden', vij. die Julii.

Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat Drogoni de Barentin et Johanni de Pless' quatuor quercus in foresta de Sottor' ad postes et pannas facienda, de dono regis. Teste rege apud Standon', viij. die Julii.

---

* "habere" repeated in MS.
† "majori" repeated in MS.
‡ &c. in MS.
§ "faciet" repeated in MS.

1232.
[m. 7.]

De probatore.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod Ricardum probatorem, quem tenet in prisona Oxonie, venire faciat coram justiciariis itinerantibus apud Norhamt' ad faciendum ibidem probationes suas versus eos quos appellare voluerit. Teste rege apud Waltham, x. die Julii.

Et mandatum est justiciariis illis quod ipsum ad hoc admittant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat H. comiti Hereford' quatuor damos in foresta de Savernac, de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Willelmus le Porter, quem Rogerus Gray appellat de morte Rogeri Gray avi sui odio et athia et non etc., habet literas directas vicecomiti Buk' quod tradatur in ballium xij. etc.

De quietancia mortis.—Quia S. de Sedgrave et socii sui justiciarii itinerantes regi constanter significarunt quod quidam Stanwinus, volens jacere baculum suum ad quendam portum,* jactu ejusdem baculi quendam filium suum triennem interfecit per infortunium tantum et non per feloniam, significat rex eisdem justiciariis quod rex, quantum ad eum pertinet, ipsam mortem ei perdonavit. Et mandatum est eis quod ea occasione utlagariam in eum non faciant promulgari, set eum de predicta morte, quantum ad regem pertinet, quietum esse faciant. Teste rege apud Waltham, x. die Julii.

Pro Osberto de Stoukewik'.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod habere faciat Osberto de Stoukeuik' talem saisinam de terra sua in Farleg' et alibi in comitatu suo cum catallis suis, qualem inde habuit antequam captus fuit et in prisona regis positus, unde jam deliberatus est per plegios, ut dicitur, desicut nullus pro malo recto disseisiendus est de libero tenemento suo quamdiu inde recto stare voluerit. Teste ut supra.

Pro quodam homine de gavelikinde.—Ostendit regi Alredus carettarius quod, cum Willelmus filius Eustachii de Horton' peteret versus eum v. acras terre et dimidiam in Chertcham per breve regis de recto in curia prioris Sancte Trinitatis Kantuarie de Chertcham, et ipse Alredus poneret se super juratam xij. legalium hominum tenentium in gavelikinde quis eorum majus jus haberet in terra illa, sicut prius poni consuevit super magnam assisam antequam rex concesserat quod decetero non capiatur magna assisa de tenemento quod tenetur in gavelikinde, quia idem Alredus breve regis de pace non tulit ad primam curiam ipsius prioris, adjudicavit eadem curia saisinam fieri predicto Willelmo de predicta terra per defaltam ipsius Alredi; set quia per ipsum Alredum non stetit quin predictum breve de pace tulisset hora debita, immo per curiam regis eo quod dictum breve nondum erat formatum, mandatum est vicecomiti Kancie quod

* Probably an error for 'porcum.'

1232.
m. 7.] de predicta terra ipsi Alredo talem saisinam habere faciat qualem habuit antequam per judicium prefate curie inde esset contra justiciam disseisitus. Teste ut supra.

De venatione capienda ad opus regis.—Mandatum est Johanne Follo et Philippo socio suo, venatoribus suis, quod capiant in foresta de Brehull' duos vel tres cervos contra adventum suum usque Wudestok', ubi erit ante instans festum Sancti Jacobi Apostoli, et interim cum canibus suis ibidem exspectent. Teste rege apud Waltham, xj. die Julii.

Pro episcopo Lincolniensi.—Mandatum est S. de Sedgrave, W. de Insula et magistro R. de Shardelawe quod assisam, quam Philippus de Kyme aramiavit versus H. Lincolniensem episcopum de attingendis xij. juratoribus per xxiiij. milites super sacramento quod predicti xij. juratores fecerunt in assisa que nuper fuit capta coram eis et sociis suis in itinere suo in comitatu Notingh' de ultima presentacione ad ecclesias de Carleton' et de Danby, ponant coram se et sociis suis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in unum mensem. Teste rege apud Waltham, xiij. die Julii.

Pro priore de Wenlac.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Norhamt' quod assisam ultime presentationis quam Henricus de Egedon' aramiavit versus priorem de Wenlac, qui est in servicio regis, de advocatione capelle de Egedon', ponant coram se et sociis suis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in unum mensem. Teste ut supra.

Pro episcopo Elyensi.—Mandatum est abbati Sancti Edmundi quod loquelam, que est in curia sua apud Sanctum Edmundum per breve nostrum de recto inter Rogerum filium Vitalis petentem et H. Elyensem episcopum, qui cum rege iturus est ad partes Wallie* per preceptum regis, tenentem, de lxvij. acris terre cum pertinentiis in Glemeford', ponat in respectum usque in unum mensem a festo Sancti Michaelis anno etc. xvj. Teste ut supra.

De quercubus et copulis datis.—Mandatum est P. de Rivallis quod habere faciat Simoni capellano H. de Burgo etc. x. quercus et xxx. copulas in foresta de Shirewod' ad se hospitandum. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Julii.

Pro hospitale de Wymundel'.—Rex concessit per cartam suam priori et canonicis hospitalis de Wymundel' illam virgatam terre cum pertinentiis in Dinesl' quam Willelmus Pollard' aliquando tenuit per cartam J. regis, et postea devenit in manum regis per delictum ipsius Willelmi, habendam et tenendam inperpetuum sicut in prefata carta continetur. Et mandatum est vicecomiti Hertf' quod ipsam cartam legi et de predicta terra eis plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

* Altered from "transmarinas."

1232.
[m. 7.] *Pro Galfrido de Mandevill'.*—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum xij. proborum et legalium hominum de comitatu Wilt', extendi faciant terram Galfridi de Mandevill' in eodem comitatu, et secundum extensionem illam et valorem ejusdem terre rationabilem finem eidem Galfrido habere faciant de debito, quod idem Galfridus debet Joscepino Judeo Bristoll', Copino Judeo Oxonie et Bonefey de Walingford'. Teste ut supra. Per G. de Craucumbe.

De copulis datis.—Quia x. copule quas rex capi precepit in foresta de Cornebur' ad fabricam capelle hospitalis Sancti Johannis Oxonie, non possunt ibi inveniri; mandatum est H. de Nevill' quod magistro predicti hospitalis habere faciat ad eandem capellam x. copulas sparsim in boscis regis de Sotovr' et de Brehull', ubi competentius capi poterunt. Teste ut supra.

Pro uxore Radulfi de Trublevill'.—Rex commisit Alicie, que fuit uxor Radulfi de Trublevill', ad se sustentandum toto tempore vite sue, terram illam cum pertinentiis suis in Brochamt' quam predictus Radulfus tenuit de ballio regis. Et mandatum est vicecomiti War' quod de predicta terra ipsi Alicie plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo Caperon.—Rex commisit Willelmo Caperon, vadleto suo, terram illam cum pertinentiis in Coleby ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit, quam Radulfus de Trublevill' tenuit de ballio regis. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod de predicta terra ipsi Willelmo saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Ral' duos damos in foresta regis de Clive, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xvij die Julii.

De testamento comitisse Essex'.—Mandatum est vicecomiti Bed' et Buk' sicut alias, quod non inpediant vel inpediri permittant executores testamenti Christiane quondam comitisse Essex' per omnia ut supra, hoc adjecto, eo non obstante quod rex de manerio de Aunodesham Matildi comitisse Heref' et de manerio de Querrendon Rogero de Dantes' saisinam fieri precepit; que quidem maneria fuerunt predicte comitisse Essex'. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti:—

Midd', apposito manerio de Enefeld' quod predictus Rogerus habet per preceptum regis.

Essex, apposito manerio de Wymbisse.

Et vicecomiti Hunt', apposito manerio de Kenebant', quod comitissa Hereford' habet.

Pro Johanne de Gedding'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per probis (*sic*) et legales homines de comitatu Suff' extendi faciant terram Johannis de Gedding', et

1232.
[m 7.]

secundum extentam et valorem ejusdem terre ei faciant habere rationabilem finem de debito quod debito (*sic*) quod debet Benedicto Crespin et Jacobo fratri ejus, Judeis London'. Teste ut supra.

De prisis non capiendis apud Sandwic'.—Mandatum est ballivis regis de Sandwic' firmiter injungendo quod nullam prisam vinorum decetero in villa sua capiant, nec decetero capi permittant ibidem, quia rex vult quod tota prisa regis fiat apud London'. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Julii.

Eodem modo scribitur Simoni de Grenewic' preposito Dovr' de prisa vinorum non capienda apud Sandwic', nec de aliis rebus de quibus prisa capi consuevit in eadem villa ad opus regis; quia rex vult quod tota prisa vinorum vel aliarum rerum que ibidem capi consuevit, fiat apud London'. Teste ut supra.

De terris que fuerunt Johannis de Braos'.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod habere faciat Petro de Rivall' etc. saisinam de omnibus terris, que fuerunt Johannis de Braos', qui mortuus est, in balliva sua. Teste ut supra.

De libertatibus quibusdam in comitatu Noting'.—Rex concessit et carta sua confirmavit quod perambulatio facta in comitatu Noting' per H. de Nevill' et B. de Insula et quosdam alios sibi associatos per preceptum regis, predicto Hugone tunc existente justiciario foreste, inter partes illas, que deafforestate erant, et partes, que foresta remanere debent, firma sit et stabilis permaneat inperpetuum, et quod partes ille de comitatu predicto deafforestate remaneant per metas et loca in perambulatione inde facta, sicut plenius exprimuntur et continentur in carta regis, quam fieri fecit omnibus manentibus in partibus predictis deafforestatis; quibus similiter rex concessit quod nullus eorum decetero fiat agistator sive viridarius sive regardator per regem vel heredes suos in foresta predicti comitatus, et quod nullus eorum veniat per communem summonicionem ad placita foreste coram justiciariis itinerantibus nisi atachiatus sit pro aliqua transgressione foreste, sicut plenius continetur in predicta carta regis inde facta. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod predictam in pleno comitatu suo legi et eam teneri faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De domo cujusdam Judei London' data Ricardo capellano.—Rex concessit Ricardo de Sancto Johanne, capellano, domum illam cum pertinentiis in vico de Paternosterchirch' in London', que fuit Ricardi le Ailler et modo est in manu Jacobi Judei London' et Flurie matris ejus, habendam de dono regis sibi et heredibus suis vel cuicumque eam dare, vendere vel aliter assignare voluerit. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod eidem Ricardo de domo predicta cum pertinentiis plenam saisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

1232.

[m. 7.] *Pro Henrico de Neketon'.*—Mandatum est justiciariis quod habere faciant Henrico de Neketon' rationabiles terminos ad reddendum Isaac de Norwico, Judeo, xiiij. libras quas ei debet. Interim autem stallari faciant debitum illud, ita quod decetero non currat usura. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Henrico de Trublevill.—Quia Radulfus de Trublevill' diem clausit extremum die Martis proxima post Translationem Sancti Benedicti anno etc. xvj., cui Henricus de Trublevill' nepos ejusdem Radulfi succedere debet in terra de Balimadun cum pertinentiis, quam habuit idem Radulfus de dono regis; mandatum est H. de Burgo etc., justiciario Anglie et Hibernie, quod de predicta terra latori presentium ad opus ipsius Henrici talem saisinam habere faciat, qualem idem Radulfus inde habuit die quo obiit. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Julii anno etc. xvj.

De tradendis in ballium.—Johannes filius Gileberti et Radulfus filius ejus, capti et detenti in prisona pro morte Gervasii filii Ailwini, unde Ailwinus Himer et Elena uxor ejus eos appellant, habent literas regis directas vicecomiti Suhamt' quod tradantur in ballium xij. etc.

Pro Rogero de la Dune.—Rex perdonavit Rogero de la Dune totum lucrum quod debuit Benedicto Levesk' et Elie filio suo pro xij. marcis quas ab eis mutuo cepit; et concessit rex quod ad ipsas xij. marcas eis reddendas habeat rationabiles terminos, ita quod debitum sit stallatum, quod usura inde de cetero non currat. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de toto lucro predicto ipsum Rogerum quietum esse, et ad ipsas xij. marcas reddendas rationabiles terminos ei habere faciant, facientes similiter predictum debitum stallari, ita quod decetero inde non currat usura. Teste ut supra.

Pro hominibus de Kancia.—Willelmus filius Petri, Petrus filius Rogeri, Godefridus filius Wulnorth', Willelmus filius Radulfi, Hamo filius Walteri, Jordanus filius Johannis, Hugo filius Radulfi, Johannes filius Roberti, Simon Blundus, Johannes Burchard', Walterus de Cruce, Walterus le Koky et Samson filius Rogeri in curia regis petierunt literas de pace super consuetudinibus et serviciis, unde posuerunt se super juratam de gavelikinde in curia Warini de Montecanasio de Gravesend' adversus ipsum Warinum, et, quia dictum breve non potuerunt habere, eo quod nondum est formatum et per eos non stetit quin illud habuissent, vicecomes Kancie scire faciat predicto Warino et ballivis quod in loquela illa non procedant nec ipsos homines inde in aliquo occasionent. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem vicecomiti pro Roberto Godman, qui posuit se etc. in curia archiepiscopi Cantuariensis contra Robertum filium Reginaldi.

1232.

[m. 7.] *Pro hominibus de warenna de Corf'.*—Rex per cartam suam concessit omnibus hominibus terram tenentibus et omnibus hominibus manentibus infra warennam regis de Corf', quod ipsi et heredes sui inperpetuum sint quieti de expeditatione canum suorum, sicut plenius in predicta carta continetur. Et mandatum est constabulario de Corf'° quod predictam cartam coram se° legi et eos predictam libertatem habere permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro episcopo Carleolensi.—Rex concessit per cartam suam pro se et heredibus suis W. Carleolensi episcopo custodiam castri Carl' et comitatus Cumbrie, habendam ad totam vitam suam, ita quod respondeat ad Scaccarium de antiqua firma dicti comitatus, et quod ad predictam custodiam habeat proficuum dicti comitatus et maneriorum regis in eodem comitatu, et exitus iiij. carucatarum terre de dominico regis pertinentium ad predictum castrum. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Lamh', xx. die Julii.

[m. 6.] *Pro abbate et monachis Rading'.*—Rex baronibus de Scaccario salutem. Cum a predecessoribus nostris regibus Anglie per cartas suas concedatur abbati et monachis de Rading', quod ipsi quieti sint de scutagiis tam in terris suis adquisitis quam adquirendis, licet ea non usi sint libertate quantum ad terras quas adquisierunt post predictam concessionem eis factam; tamen de speciali gracia nostra, ita quod in consequentiam ab aliis trahi non possit, eis concedimus quod de cetero eis teneatur libertas predicta. Et ideo vobis mandamus quod de scutagio quod ab eis exigitur per summonicionem Scaccarii nostri de feodo dimidii militis in Senekewell, ipsos quietos esse faciatis. Teste me ipso apud Lamh', xx. die Julii.

De cervis datis.—Mandatum est Petro ad Rivall' quod habere faciat J. Bathoniensi episcopo iiij. cervos in pinguedine in foresta regis de Sumers', ubi capi poterunt ad majorem commoditatem ipsius episcopi, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Julii.

De damo dato.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Thome de Gorges unum damum in foresta de Blakemar', de dono regis. Teste rege apud Keneton', xxij. die Julii.

Pro B. de Insula.—Mandatum est eidem quod habere faciat B. de Insula unum dolium vini de prisa regis apud Suhamt', de dono regis. Teste ut supra.

De castro de Rokingham.—Rex commisit Willelmo de Raleg' castrum de Rokingham cum pertinentiis, custodiendum tota vita sua. Et Galfrido de Turri quod predictum predictum (*sic*) ei liberet. In cujus etc. Teste rege apud Kenet', xxij. die Julii.

° Altered from "Vicecomiti Dors'" and "in comitatu suo."

1232.
[m. 6.]

Pro episcopo Bathoniensi.—Quia rex concessit J. Bathoniensi episcopo et successoribus suis et per cartam suam confirmavit quod ipsi et omnes homines sui et omnes homines de feodis suis sint inperpetuum quieti de operationibus castellorum, domorum, murorum, fossatorum et omnibus aliis operationibus, mandatum est hominibus Bristoll' quod occasione concessionis, quam rex eis fecit, quod caperent in auxilium ville sue firmande et claudende de navibus, carectis, summagiis denarium sive obolum sive quadrantem; nichil capiant de predicto episcopo vel hominibus suis vel de feodis, et si aliquid ceperint, sine dilatione reddant. Teste ut supra.

De prisone deliberando.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod si vj. probi et legales homines de comitatu suo Amisium Sholle, quem vicecomes Sumerset' tenet in prisona de Ivelcestr' eo quod inventus fuit in societate Roberti de Mudeford' malefactoris in comitatu Heref', et qui de nullo malefacto rettatur, ut rex audivit, coram eo velint manucapere habendum coram justiciariis ad primam assisam etc. ad standum inde recto si quis etc.; tunc ipsos vj. homines ita recipiat et hoc per literas suas vicecomiti Sumerset' scire faciat, cui rex mandavit quod ex quo vicecomes Heref' id ei significaverit, predictum Amisium per ballium predictorum sex hominum deliberet. Teste ut supra.

De denariis cambii Lond' liberandis.—Mandatum est Ricardo Renger quod omnes denarios, quos habet penes se ad sustentationem monete et cambii regis, sine omni dilatione liberet Willelmo Hardel ad faciendum inde quod rex ei injunxerit. Teste ut supra.

Pro Jordano de Bernevill'.—Mandatum est H. de Trublevill' quod plenam saisinam faciat habere Jordano de Bernevill' de terra sua in Geres'; quem quidem Jordanum ballivi ipsius H. dissaisiverunt, eo quod dicebatur ipsum decessisse; et si quid inde amotum fuerit, ei faciat restitui. Teste ut supra.

Pro Ada de Sancta Elena.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod rationabiles terminos habere faciant Ade de Sancta Elena ad reddendum debita que debet Elye Blundo, Elye filio Benedicti, Aaron filio Abbrahe et Aaron de Linc', Judeis Lond'. Teste ut supra.

De perdonatione forisfacti.—Rex perdonavit Gileberto filio Galfridi de Starithe et Johanni fratri ejus, forisfactum quod fecerunt regi in foresta de Windles', ducendo leporarios per predictam forestam et dimittendo eos currere ad bestias, propter quod forisfactum capti et detenti sunt in prisona apud Windles'. Perdonavit etiam Galfrido de Starith', patri ipsorum Gileberti et Johannis, forisfactum quod ei imponitur ex eo quod predicti filii sui jacuerunt ad domum suam en nocte et inde exierunt cum leporariis predictis ad currendum in

1232.
[m. 6.]

foresta regis, propter quod ipse similiter est in prisona regis. Et mandatum est constabulario Windles' quod ipsos a prisona deliberet quietos. Teste ut supra.

Et mandatum est P. de Rivall' quod ipsos ea occasione non vexet, set inde quietos esse faciat. Teste ut supra.

De mangonellis faciendis.—Mandatum est Thome de Multon' quod habere faciat vicecomiti Cumbrie maeremium in foresta de Carleol' ad iiij. mangonellos Turkesios faciendos ad opus nostrum, et ad cingulum quoddam de palo perficiendum coram predicto castro Carleol', sicut rex ei injunxit. Teste rege apud Windles', xxiij. die Julii.

De operatione aule Turris Lond'.—Mandatum est W. thesaurario et camerariis quod habere faciant Radulfo de Ralegh', constabulario Turris° Lond', denarios ad operationem aule ejusdem Turris, et quod faciant habere Odoni aurifabro et Laurencio de Castell' denarios ad operationem domorum regis apud Westmonasterium; et ex quo rex scierit quantum ad operationem earum eis liberaverint, tunc breve suum de Liberate eis inde fieri faciet. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est constabulario Windles' quod habere faciet W. Carleolensi episcopo iiij. damos in foresta de Windles', de dono regis. Teste rege apud Windles', xxiiij. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est P. de Ryvall' quod habere faciat magistro milicie Templi in Anglia novem damos in foresta Essex', quos habere debet singulis annis de dono H. regis avi regis. Teste rege apud Rading', xxvj. die Julii.

Pro Willelmo de Englefeld'.—Quia constat regi per inquisitionem quod terra que fuit Roberti de Dikelesdon' in Trengesham, qui utlagatus est pro morte Ricardi Engeram, extitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod idem Robertus tenuit terram illam de Willelmo de Englefeld', mandatum est vicecomiti Wigornie quod de predicta terra eidem Willelmo sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Ada de Sancta Helena.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatibus Essex' et Buk', extendi faciant terras Ade de Sancta Helena in predictis comitatibus; et secundum extensionem et valorem earundem terrarum faciant ei habere rationabilem finem et rationabiles terminos de debito quod debet Elye filio Benedicti, Elye Blundo, Aaron filio Abrahe, Aaron de Linc', Judeis London'; ita quod inde non currant usure. Teste rege apud Rading', xxv. die Julii.

° "Regis" scratched through.

1232.
[m. 6.] *Pro Waltero de Langeton'.*—Mandatum est baronibus de Scaccario quod si Walterus de Langeton reddat domino regi ad Scaccarium suum arreragia ei debita de manerio de Reddeswell' cum hundredo et pertinentiis aliis, et inveniat eis securitatem quod decetero firmam inde debitam reddet ad predictum Scaccarium terminis statutis, tunc de dicto manerio cum hundredo et aliis pertinentiis plenam saisinam ei habere faciant, non obstante mandato quod dominus rex alias eis fecit de eodem manerio liberando Dionisie de Anesty, uxori ipsius Walteri. Teste rege apud Walingeford', xxvij die Julii.

Pro Ricardo Duket et sociis suis justiciariis.—Mandatum est W. de Ral' et Roberto de Lexinton, quod de amerciamentis itineris sui, que quidem extrahi faciant a rotulo mittendo ad Scaccarium, habere faciant Ricardo Duket x. libras, Ade filio Willelmi x. libras et Radulfo filio Reginaldi x. marcas, ad se in servicio regis sustentandos. Teste rege apud Waling', xxvj. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Radulfo Maidenestan', decano Heref', iiij. damos in foresta de Den', de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, xxviij. die Julii.

Pro uxore Radulfi filii Bernardi.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod de maneriis Radulfi filii Bernardi, que cepit in manum regis per preceptum suum, assignet Johanne uxori ipsius Radulfi unum manerium ad ejus sustentationem, unde possit rationabiliter sustineri. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Lucy.—Mandatum est Petro de Rivall' quod faciat habere Galfrido de Lucy unum dolium vini de vinis regis, que sunt in celario regis apud London', et viginti brennas in vivario de Mortelak', de dono regis. Teste ut supra.

Pro monialibus de Litlemora.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod cartam, quam rex fieri fecit priorisse et sanctimonialibus de Litlemora de uno equo sumeratio habendo singulis diebus bis itinerante in foresta regis de Shotovr' ad spinas et siccum et mortuum boscum ad focum suum inperpetuum, legi faciat et teneri. Teste ut supra.

Pro abbate Glouc'.—Mandatum est P. de Rivall' quod si abbas et monachi Sancti Petri Glouc' non habuerint plene c. quercus, quas rex anno preterito dedit in foresta de Den' ad fabricam ecclesie sue, tunc id quod eis deerit de predictis c. quercubus eis sine dilatione habere faciat cum escaetis earundem quercuum, que ad maeremium valere possint; et permittat eos extrahere a dicta foresta maeremium suum, quod in ea habent excisum, et quod arestari fecit idem P. ut rex audivit. Teste rege apud Wudestok', xxviij. die Julii.

Pro Mabilia de Cantilup'.—Rex concessit Mabilie de Cantilup' quod in incrementum sustentationis forgie sue, quam habet itinerantem in foresta de Den' per preceptum regis, habeat singulis xv. diebus in eadem foresta, quamdiu vixerit, unum robur ad eandem forgiam

1232.
m. 6.] melius sustentandam. Et mandatum est P. de Rivall' quod predictum robur ei habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Wudestok', xxviij. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est Petro de Rivall' quod habere faciat Baldewino de Ver duos damos in foresta de Rokingh', de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem de ij. damis Waltero de Everm' in foresta de Sirewod'. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem de x. damis datis A. comitisse Penbr' in foresta de Brikestok'. Teste ut supra.

Pro Magistro Templi.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod fenum, quod Ranulfus Brito vi et armis fecit asportari de terra magistri milicie Templi apud Chalfhunt' ad curiam suam in eadem villa, sine dilatione reddi faciat et revenire. Teste rege apud Otinton, xxxj. die Julii.

De sperrario regi reddito per Radulfum de Wyliton'.—Radulfus de Wilinton' reddidit regi apud Otinton' in vigilia Sancti Petri ad Vincula anno xvj., unum spervarium sorum quem regi debuit de anno eodem pro terra de Welhop'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Evesham, xxxj. die Julii.

Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod ei pacem inde habere permittat.

Pro Ricardo de Rade de perdonatione forisfacti.—Rex perdonavit Ricardo de Rade forisfactum, quod impositum fuit ei de foresta de Braden', propter quod captus fuit per preceptum regis et imprisonatus apud Sarrisburiam. Et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod de predicta prisona ipsum deliberet. Teste rege apud Evesham primo die Julii (*sic*). Pro Pagano de Chaurc'.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Savernak' faciat habere R. comiti Marescallo vj. damos, de dono regis. Teste rege apud Wigorniam, i. die Augusti.°

De maeremio dato.—Mandatum est eidem P. quod si W. Wygorniensis episcopus, cui rex dedit in Haya de Uverle infra forestam de Kenefar' lx. quercus ad novam operationem ecclesie Wigornie et xl. quercus in foresta de Den' ad eandem operationem, antequam rex ipsi Petro commisisset forestam Anglie custodiendam, easdem quercus non habuerit, eas ei habere faciat in locis predictis ad operationem ecclesie predicte. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est eidem Petro quod habere faciat Walerando Teutonico ij. damos in foresta de Brehull', de dono regis. Teste ut supra.

° Corrected from "Julii."

1232.
[m. 6.]

De gurgite regis supra Sabrinam.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat vicecomiti Glouc' maeremium in foresta de Den', ad gurgites regis super fluvium Sabrine reparandos. Teste rege apud Kideministr', iij. die Augusti.

De busca data.—Mandatum est H. de Nevill' quod habere faciat Pontio de Ponte xxx. carectatas busce in bosco de Shotovr' ducendas usque Oxoniam ad focum suum. Teste ut supra.

De chereronibus datis.—Mandatum est P. de Rivallis quod in bosco regis de Hauekehurst faciat habere priori de Wenlac cheverones ad xxx. copulas, et in haya de la Lya corbellos et alia necessaria ad predictas copulas, et xv. quercus in eadem haya ad bordum faciendum ad fabricam ecclesie sue de Wenlac, de dono regis. Teste rege apud Salopiam, vj. die Augusti.

Pro Nicholao de Nevill'.—Rex dedit et concessit Nicholao de Nevill' pratum illud cum pertinentiis, quod Falkesius de Breaute habuit juxta Bedeford'. Et mandatum est vicecomiti Bedeford' quod de predicto prato cum pertinentiis eidem Nicholao sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Salopiam, vij. die Augusti, anno etc. xvj.

Pro hominibus de terra L. principis de Aberfrau: de veniendo causa emendi et vendendi ad nundinas et mercata.—Rex concessit omnibus de terra L. principis de Aberfraw et domini de Snaudon' quod salvo et sine inpedimento venire possint ad mercata et nundinas ubicunque voluerint in baillia vicecomitis Salopesir' et Stafford', ad emendum et vendendum ibidem victualia et alia necessaria, usque ad octabas Sancti Michaelis anno regni regis xvj., quamdiu colloquium quod tunc erit inter dominum regem et ipsum L. duraverit. Et mandatum est vicecomiti predicto quod sic fieri permittat et hoc per totam bailliam suam clamari faciat. Teste etc. ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Hereford' et Wygornie pro eisdem.

De damo dato.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Reginaldo scissori de Garderoba regis, unum damum in foresta de Windles', de dono regis. Teste rege apud Salopiam, ix. die Augusti.

Pro fratribus predicatoribus Salopie. Rex mandavit Johanni de Monem', dum fuit justiciarius foreste, quod de dono regis faceret habere fratribus predicatoribus Salopie xxx. quercus in foresta de la Lye ad operationem ecclesie sue, et x. robora ad focum suum, ubi ad opus eorum competentius capi possint. Et quia ipsi fratres nondum quercus illas et robora plenarie habuerunt ut dicunt, mandatum est P. de Rivall' quod id, quod eisdem fratribus deest de predictis quercubus et roboribus, eis habere faciat sicut predictum est. Teste ut supra.

1232.
[m. 6.

Pro abbate de Hagheman.—Rex per cartam suam concessit abbati de Hagheman quod xvj. acras terre cum pertinentiis, quas essartari fecit in foresta regis de Hageman et in Mitlewod', occasione prime perambulationis, que facta fuit inter partes illas que deafforestate erant, et que foresta remanere deberent, et que xvj. acre postea per secundam perambulationem factam ° per preceptum regis ° in forestam redacte fuerunt, teneat quietas de vasto et† regardo et visu forestariorum, viridariorum et regardatorum et omnium ministrorum suorum.† Et mandatum est P. de Rivall' quod ipsum abbatem predictas xvj. acras tenere permittat quietas,‡ sicut predictum est. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Petro de Rivall' quod in Nova Foresta faciat habere Willelmo de Lascy ij damos, de dono regis. Teste rege apud Wenlac', x. die Augusti.

De quercubus datis.—Mandatum est eidem P. quod in bosco regis de Shirlet faciat habere priori de Wenlac iiij. quercus ad capellam Sancte Marie de Wenlac celandam, de dono regis. Teste ut supra.

De gaiola Salopie reparanda.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta regis, ubi competentius capi et commodius duci possit usque Salopiam, faciat habere vicecomiti Salopie maeremium ad domos regis et gaolam castri Salopie reparandas, et cindulas faciendas ad ipsas domos cooperiendas. Teste ut supra.

De trencheis faciendis.—Mandatum est P. de Rivall' quod trencheias que facte fuerunt tempore J. regis et tempore domini regis in boscis comitatus Salopie, et que jam iterum creverunt, renovari faciat et deliberari de subbosco remanente et stante grosso bosco, tam quercu quam alio genere bosci; videlicet, in bosco inter Parvam Wenlac et Webiton', trencheam in bosco inter eandem Parvam Wenlac et Madel', trencheam in bosco de Sugel', trencheam in bosco subtus Montem Gileberti inter eandem Parvam Wenlac et Salopiam super magnam viam, trencheam in alneto que vocatur Shortehagheman per magnam stratam que est inter Salopiam et Neweburg', et inter Salopiam et Hagheman', et trencheam in alneto inter Parvam Wenlac et Buldewas, et de trencheis illis faciendis ita diligenter cum festinatione se intromittat quod rex diligentiam suam habeat commendatam, et ne malum inde eveniat. Teste rege apud Brug', x. die Augusti.

De fustis et subbosco dato.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat priori de Wenlac xv. fusta in foresta regis de la Lye ad operationem ecclesie sue de Wenlac, et xx. carratas de subbosco in eadem foresta, de dono regis. Teste rege apud Brug', xj. die Augusti.

° Altered from "in partibus Salopie et alibi in Anglia."

† Altered from "amerciamento et misericordia que ab eo exigi possent processu temporis occasione predicti essarti, non obstante eo quod iterum fuerunt predicte acre afforestate."

‡ "De vasto et misericordia" is cancelled here.

1232.

[m. 6.] *De quercubus datis.*—Rex tempore quo B. de Insula fuit justiciarius foreste, dedit Rogero la Suche vij. quercus capiendas in foresta regis de Wauberg', et viij. quercus capiendas in bosco regis de Sappel', ad se hospitandum apud Swaves', quas quidem quercus idem Rogerus nondum habuit ut dicit. Et mandatum est P. de Rivall' quod eas ei habere faciat sicut predictum est ; nisi alias eas habuerit. Teste ut supra.

Pro Hospitali de Brug'.—Rex concessit fratribus Hospitalis Sancti Johannis Ewangeliste de Brug' quod singulis diebus inperpetuum habeant unum equum itinerantem semel in die ad siccum et mortuum boscum ad focum suum. Et mandatum est P. de Rivall' quod ipsos fratres predictum equum itinerantem in predicta foresta, sicut predictum est, habere permittat. Teste ut supra.

Pro priore Sancte Trinitatis Kantuarie.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat priori et monachis Ecclesie Christi Cantuarie viij. libras de termino Pasche proximo preteriti anno etc. xvj., quas singulis annis ad eundem terminum recipere solent per manus archiepiscoporum Cantuariensium in manerio de Roculfer. Teste rege apud Kideministr', xij. die Augusti.

De mercato Sancti Briavelli.—Rex vult quod unum mercatum teneatur singulis septimanis per diem Martis apud manerium Sancti Briavelli. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod predictum mercatum per totam ballivam suam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Wigorniam, xiij. die Augusti.

Pro Ricardo Duket.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod de xiiij. bovatis terre cum pertinentiis in Wellingour', que date fuerunt in maritagium cum Margareta uxore Ricardi Duket, ut dicitur, et quas ipsi Ricardus et Margareta clamant esse jus ipsius Margarete ratione predicta, plenam saisinam eis habere faciat usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xvij. Teste ut supra.

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Lanc' quod loquelam, que est in comitatu suo per breve de recto inter Alanum de Singlinton' petentem et Willelmum Russel tenentem de terra in Northmeles, ponat in respectum usque ad festum Sancti Martini anno etc. xvij, ut idem Willelmus interim redire possit in Angliam a Normannia, ubi est in servicio R. comitis Cestrie et Linc'. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Wauberg' faciat habere uxori Rogeri la Suche duos damos, de dono regis. Teste rege apud Evesham, xv. die Augusti.

[m. 5.] *De stauro regis apud Westmonasterium.*—Mandatum est W. Carleolensi episcopo quod venire faciat ad opus domini regis usque Westmonasterium fenum, buscam et carbonem de bosco et fenis que sunt apud Herges, salvo estoverio boum et avrorum ibidem, et quod vendi faciat de subbosco ibidem pro bladis colligendis et allocandis.

1232.
[m. 5.]

De equis emendis ad opus regis.—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod, si Ricardus marescallus regis emerit ad opus regis tres equos de Lumbardia, qui sunt apud Lond' venales, ei sint ad hoc consulentes et auxiliantes, et quod eos habeat ad rationabile precium et secundum precium regis, et tunc eisdem equis et eorum custodibus necessaria faciant ipsi vicecomites inveniri, et hoc faciet rex eis allocari. Teste rege apud Otinton', xvj. die Augusti.

De cervis et damis datis. Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Windles' faciat habere Galfrido de Lucy duos cervos et tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

De viridario eligendo.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod in pleno comitatu suo per assensum ejusdem comitatus eligi faciat de fidelioribus et discretioribus militibus ejusdem comitatus loco Philippi de Hasting', viridarii de foresta de Wichewod', talem qui melius possit esse viridarius regis de eadem foresta, et qui melius velit perhibere fidele testimonium forestariis nostris de hiis que pertinent ad coronam regis, accepto ab eo prius sacramento quod fidele perhibebit testimonium predictis forestariis et quod jura regis fideliter observabit in hiis que ad eandem forestam pertinent, et ei precipiat ex parte regis quod officio viridarii fideliter et diligenter intendat; et nomen ejus regi scire faciat. Teste ut supra.

Pro Rogero de Dantes'.—Mandatum est vicecomiti Midd' quod non obstante alio mandato regis ei facto quod habere faceret executoribus testamenti Christiane, quondam comitisse Essex', blada que fecit seminari in terris manerii de Enefeld', habere faciat Rogero de Dantes' saisinam de dicto manerio cum bladis et fructibus terrarum predictarum et omnibus aliis pertinentiis ejusdem manerii, sicut consuetudo est regni. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Buk' de manerio de Querendon'.

De maeremio ad domos regis reparandas.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat constabulario castri de Bruges maeremium in foresta de Shirlet ad cindulas et ad alia facienda ad domos ejusdem castri reparandas. Faciat etiam habere constabulario de Merleberg' maeremium ad cindulas faciendas in foresta de Chipeham ad domos castri de Merleberg' reparandas. Faciat etiam habere constabulario Sancti Briavelli maeremium in foresta de Dene ad cindulas et alia facienda ad domos castri Sancti Briavelli reparandas. Teste rege apud Otinton', xvij. die Augusti.

Pro abbate Sancte Marie de Pratis in Norf'.—Quia rex dedit abbati Sancte Marie de Pratis illas x. libras redditus cum pertinentiis quas advocatus Bethun' recipere consuevit de manerio de Trop', quod Walterus de Paterhull' aliquando de ipso advocato tenuit ad feodi firmam, et quod vicecomes Norhamt' cepit in manum regis occasione mortis predicti Walteri; mandatum est eidem vicecomiti quod eidem abbati habere faciat relevium illud de manerio illo per manum custodis

1232.
[m. 5.] heredis predicti Walteri, quod ad regem pertineret, si predictum redditum retinuisset in manu sua. Permittat etiam ipsum custodem dictum manerium per dictum relevium pacifice tenere usque ad etatem predicti heredis, faciendo tamen servicium predicte domui singulis annis inde debitum. Teste rege apud Wudestok', xviij. die Augusti.

De ligneis justis faciendis.—Mandatum est Thome de Langel' quod habere faciat Willelmo le Aleman, servienti regis de Wudestok, arables in foresta de Wichewude ad justas faciendas ad opus regis, sicut rex ei injunxit. Teste rege apud Wudestok', xix. die Augusti.

De damo dato.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Eve de Gray unum damum in foresta de Wichewod', de dono regis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Unum breve quod P. de Rivall' faciat habere in foresta de Wichewod' priori de Calde Norton' x. robora ad focum suum, inrotulatum est in rotulo patentium.

Pro comite Marescallo.—Mandatum est H. de Nevill' quod in terra quam Rannulfus Brito habuit in Accle de assarto quod fieri fecit apud le Ho, quod quidem est de feodo R. comitis Marescalli, ipsi comiti plenam saisinam habere faciat cum bladis, bobus et aliis catallis in dicta terra inventis, quando dictam terram rex capi fecit in manum suam; ita tamen quod terra illa remaneat in foresta sicut prius fuit. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Alienora comitissa Sarisburie.—Quia constat regi per inquisitionem etc. quod dimidia virgata terre cum pertinentiis in Wutton', quam Ailrich' quondam parcarius de Wudestok' tenuit, fuit in manu sua de ballio predecessorum Willelmi Painel et non de ballio H. regis, avi domini regis, ut pro custodia parci de Wudestok'; mandatum est vicecomiti Oxonie quod Alienore comitisse Sarrisburie, que manerium de Wutton' tenet in dotem de dono predicti Willelmi Painel, quondam viri sui, de predicta dimidia virgata terre cum pertinentiis, tamquam pertinente ad predictum manerium, plenam saisinam habere faciat; salvis regi bladis et aliis catallis in predicta terra inventis. Teste ut supra.

Pro abbate de Flexlegh'.—Mandatum est Petro de Rivall' quod permittat abbatem de Flexl' habere jumenta et alia animalia et pecora sua ad pasturam in foresta de Den', sicut ea habere consueverunt tempore H. regis, R. regis et J. regis, et tempore domini regis, et sicut carta ipsius H. regis et confirmatio domini regis, quas inde habet, testantur. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Ricardo de Sancto Johanne tres damos in foresta Essex', de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, xx. die Augusti.

1232.
m. 5.

De quercubus ad turrim castri Roffe.—Mandatum est constabulario Colecestr' quod in bosco de Kingeswude faciat habere Bertramo de Crioil xxx. quercus ad planchias faciendas ad turrim castri Roffe. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Nicholao Parvo.—Mandatum est justiciario Hibernie quod reddi faciat Nicholao Parvo annuum redditum v. marcarum quas percipit ad Scaccarium Dublin' de firma Dunecani de Carebrach, et de arreragiis suis ei satisfaciat, que rationabiliter monstrare poterit sibi deesse de tempore suo. Teste ut supra.

Pro monachis de Flexl'.—Rex mandavit Rogero de Clifford', dum habuit custodiam castri Sancti Briavelli et foreste de Den', quod in eadem foresta faceret habere abbati et monachis de Flexl' de dono regis x. quercus ad ecclesiam suam et domos abbatie sue reparandas. Et, quia ipsi abbas et monachi predictas x. quercus non dum plene habuerunt, ut dicunt, mandatum est Petro de Rivall' quod, quantum eis deest de predictis x. quercubus, eis habere faciat in eadem foresta de dono regis. Teste rege apud Walingf', xxj. die Augusti.

De bercaria facienda ap opus regis apud Merleberge.—Mandatum est G. Esturmy quod habere faciat constabulario de Merleberg' in balliva sua maeremium ad quandam bercariam apud Merleberg' faciendam ad opus regis. Teste ut supra.

De prisonibus custodiendis.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod prisones illos, quos Thomas de Samford' ei liberabit ex parte regis captos pro transgressione foreste, ab eo recipiat et in prisona regis salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Hereberto filio Rogeri et sociis suis.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum regis quod Ricardus de Pesemere tenuit in feodo et non ad firmam feodum dimidii militis cum pertinentiis in Pesemere, quod Herebertus filius Rogeri, Hugo filius Alexandri et Gervasius filius Viviani recuperaverunt versus ipsum Ricardum, et quod rex capi precepit in manum suam eo quod dicebatur esse escaeta regis; mandatum est vicecomiti Berk' quod de predicto feodo dimidii militis eisdem Hereberto, Hugoni et Gervasio, plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro monachis de Flexleg'.—Rex perdonavit abbati et monachis de Flexl' x. libras et viij. solidos ad quos amerciati fuerunt in itinere justiciariorum de foresta ultimo itinerantium in comitatu Glouc', pro escapio averiorum suorum in foresta de Dene. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod pacem eis inde habere permittat. Teste ut supra.

1232.
[m. 5.]

De tradendis in baillium.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod si Willelmus Withod et Jordanus de Illemere, qui capti sunt et detenti in prisona regis apud Walingeford' pro morte Matildis Corkes, unde rettati sunt, invenerint ei xxiiij. legales homines; videlicet, uterque eorum xij., qui manucapiant eos habere etc., tunc tradat etc. Teste rege apud Rading', xxj. die Augusti.

De cervo dato.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Ele comitisse Sarrisburie unum cervum in foresta de Graveling', de dono regis. Teste rege apud Windles', xxiij. die Augusti.

De probatore recipiendo et custodiendo.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod Radulfum Buche probatorem regis, qui est in custodia sua, liberet custodi gaiole de Neugat', cui rex precepit quod eum recipiat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Windles', xxij. die Augusti.

Et mandatum est eidem custodi quod eum recipiat etc. Teste ut supra.

Rex concessit Ricardo Suward' quod de d (*Incomplete.*)

De coronatoribus mittendis usque Hornecastrum.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod duos coronatores comitatus sui mittat usque Hornecastrum ad videndum quod quidam latro, qui se tenet in ecclesia de Hornecastro et qui se confitetur esse latronem et malefactorem, ut dicitur, faciat assisam et abjurationem regni secundum consuetudinem terre et secundum libertates concessas W. Carleolensi episcopo. Teste ut supra.

Suff'. De tradendo in ballio.—Simon le Berk' captus et detentus in prisona regis apud Sanctum Edmundum pro morte Petri le Berk', unde Mabilia mater ipsius Petri eum appellat odio et athia et non etc. ut rex accepit per inquisitionem, habet literas quod tradatur in ballium xij. etc. usque ad adventum justiciariorum.

Pro Alienora comitissa Sarrisburie.—Rex vicecomiti Oxonie salutem. Quia facta inquisitione per preceptum nostrum, per quam accepimus quod dimidia virgata terre cum pertinentiis in Wutton, quam Ailrich', quondam parcarius de Wudestok', tenuit, fuit in manu ipsius Ailrich' de ballio predecessorum Willelmi Painel quondam viri Alienore comitisse Sarrisburie, eidem comitisse saisinam fieri precepimus de predicta dimidia virgata terre tanquam pertinente ad predictum manerium de Wutton', quod ipsa tenet in dotem de dono predicti Willelmi Paynel; tibi precipimus quod de terra cum pertinentiis quam Matildis que fuit uxor ipsius Ailrich', que nuper obiit, tenuit in dotem in eadem villa tanquam pertinente ad predictam dimidiam virgatam terre, eidem comitisse sine dilatione plenam viduam habere facias. Teste rege apud Windeshor', xxv. die Augusti.

De quercubus et vino dato.—Rex mandavit ballivis foreste de Windles' quod in eadem foresta faciant habere priorisse de Ankerwic' x.

1232.
[m. 5.]

quercus ad macremium faciendum de dono regis. Et quia quatuo quercus de predictis x. quercubus ei deficiunt ut dicit, mandatum est P. de Rivall' quod, si ita est, illas quatuor quercus ei in eadem foresta habere faciat. Teste rege apud Keneton', xxvj. die Augusti.

Rex nuper mandavit Johanni de Colemere quod de vinis regis, que fuerunt in custodia sua, faceret habere Henrico de Capella unum dolium vini, de dono regis. Et quia illud dolium nondum habet, mandatum est P. de Rivall' quod illud ei habere faciat de dono regis. Teste rege apud Lamh', xxvij. die Augusti.

Pro abbate de Stanlegh'.—Quia quarrera, quam abbas et monachi de Stanleg' habent de concessione regis in foresta de Chipeham apud Bicumbe, arestata est ut rex audivit per quandam quercum, ita quod, stante quercu illa, non potest continuari dicta quarrera; mandatum est P. de Rivall' quod permittat ipsos abbatem et monachos dictam quercum prosternere ad quarreram illam continuandam et ipsam quercum abducere, de dono regis. Teste rege apud Lamh', xxvij. die Augusti.

De brevi pacis in comitatu Kancie.—Willelmus filius Sarre, versus quem Willelmus de Kidel' et Leticia uxor ejus petunt iij. virgatas terre cum pertinentiis in Gren in curia archiepiscopatus Cantuariensis, et unde idem Willelmus posuit se super juratam de gavelikinde in eadem curia, venit coram rege et petiit breve de pace sibi fieri, ut superius de gavelikinde. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Petro de Rivall' quod in foresta de Selewod' faciat habere Roberto de Muscegros duos damos, de dono regis. Teste rege apud Lamh', xxx. die Augusti.

Eodem modo scribitur eidem pro Willelmo de Cantilup' de iij. damis in foresta de Fecham. Teste ut supra.

Rex nuper mandavit Ricardo de Muntfichet quod in forinseco bosco de Havering' extra parcum faceret habere W. de Kirkeham iij. damos. Et quia nondum illos habuit, set literas suas ei inde factas ad regem reportavit, mandatum est P. de Rivall' quod eos ibidem ei habere faciat de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio Johannis de Harpetre.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod, quia constat regi per duos milites quos misit ad Novum Templum, London', ad videndum utrum Willelmus filius Johannis de Harpetre, qui moram facit ibidem, non suscepit habitum religionis ut dicebatur, propter quod ballivi custodis terre et heredis G. comitis Glouc' predictum Johannem disseisiverunt de terris suis in comitatibus Sumers' et Dors', quas tenere debet de predicto herede, et catalla sua asportaverunt, imponentes ei quod dictum habitum suscepit, de predictis terris suis eidem Johanni plenam saisinam habere faciat et omnia catalla sua inde asportata ei reddi faciat. Teste rege ut supra.

1232.

[m. 5.] *Pro episcopo Cycestrensi.*—Mandatum est ballivis de Gernem' quod non vexent vel vexari permittant homines R. Cycestrensis episcopi, vel homines canonicorum suorum, vel homines tenentes de feodis ipsius episcopi, contra libertates ipsius episcopi, quas habet per cartas predecessorum regis et per cartam et confirmationem ipsius regis, in qua rex ei concessit quod licet aliquo tempore predictis libertatibus usus non fuerit, nichilominus tamen ipsis decetero utatur. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Petro de Rivall' quod habere faciat Alienore consanguinee regis moranti in castro Bristoll' duos cervos in foresta de Dene. Teste rege apud Lamh', primo die Septembris.

De tradendo in baillium.—Quia rex didicit per inquisitionem quod Alicia filia Elye apellat Gregorium filium Nicholai de morte Lucie sororis sue odio et athia et non etc., mandatum est vicecomiti Hertford' quod si idem Gregorius invenerit ei xij. etc., ut in aliis brevibus de ballio. Teste ut supra.

Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum quod Warinus Martin captus et detentus in prisona regis apud Gipeswic' pro morte Willelmi molendinarii, unde rettatus est, odio et athia rettatus est de morte illa et non etc., mandatum est vicecomiti Suff' quod si idem Warinus invenerit ei xij. etc. qui eum etc.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat W. Carleolensi episcopo iiij^{or} damos in foresta de Windles', de dono regis. Teste ut supra.

De tradendo in baillium.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod, si Angerus de Lond' captus et detentus in curia regis apud Lamh' pro morte Willelmi de Parco, unde Alicia que fuit uxor ipsius Willelmi eum appellat, invenerit ei xij. homines etc., tunc tradat etc. Teste ut supra.

Hibernia. Pro filio cujusdam regis.—Datum est regi intelligi quod Ricardus de Burgo, justiciarius Hibernie, Frethelinum filium cujusdam regis, qui quondam extitit apud Connaciam, ad eum venientem cepit, et captum per longum tempus imprisonavit, et gravius et turpius quam deceret tractavit. Et mandatum est R. quod, si idem Frethelinus invenerit ei salvos plegios standi recto, si quis aliquid loqui voluerit erga ipsum, tunc ipsum a prisona deliberet et regi significet ob quam causam ipsum cepit et imprisonavit, per literas suas sub sigillo suo et sigillis Walteri de Rideleford', Mauricii filii Geroldi et Galfridi de Marisco distincte et aperte.

[m. 4.] *Pro predicatoribus Exonie.*—Mandatum est constabulario Exonie quod permittat quod fratres predicatores manentes apud Exoniam perfodi faciant petram in quarrera juxta fossatum castri Exonie, ubi competentius et ad minus nocumentum castri predicti fieri poterit, ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Lamh', ij. die Septembris.

1232.
[m. 4.]

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat W. comiti de Ferrariis x. quercus de dono regis in foresta regis de Savernak', ad domos suas de Stamford' reparandas. Teste rege apud Lamh'. Teste ut supra.

Pro episcopo Cycestrensi.—Rex per cartam suam concessit pro se et heredibus suis R. Cycestrensi episcopo, quod ipsi et successores sui episcopi Cycestrenses per manum ballivorum suorum inperpetuum colligi faciant omnia amerciamenta de terris, feodis et hominibus ipsius episcopi et successorum suorum, et de terris, feodis et hominibus decani et canonicorum suorum Cycestrensium et successorum suorum, tam de itinere justiciariorum provenientia quam aliunde, de quibus responderi debet et consuevit ad Scaccarium, et omnes boves qui in dictis feodis capiendi sunt pro disseisina, ad respondendum tam de amerciamentis predictis quam de bobus illis ad Scaccarium per manus ballivorum suorum, sicut plenius continetur in predicta carta. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi et firmiter faciat observari. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Petro de Rivall'.—Rex concessit Petro de Rivall' quod toto tempore vite sue habeat thesaurariam et camerariam Scaccarii Hibernie cum omnibus pertinentiis, libertatibus et liberis consuetudinibus ad easdem thesaurariam et camerariam pertinentibus; et quod habeat toto tempore vite sue prisam vinorum regis faciendam in Hibernia per se vel per assignatum suum, ad respondendum inde regi et heredibus suis per rectas consuetudines pertinentes ad predictam prisam ad Scaccarium Dublin': et quod per se vel assignatos suos fieri faciat apud Dublin' et in omnibus aliis feriis Hibernie emptiones regis ad denarios regis de omnibus que ad eum contingent[*] ad opus regis; et quod habeat toto tempore vite sue custodiam Judaismi Hibernie et custodiam omnium portuum et totius marine in Hibernia; et quod habeat cambium regis Hibernie custodiendum; et quod habeat custodiam castrorum de Cork', Lymeric', Dungarvan, de Athlon et de Drogheda cum pertinentiis suis, et castrum de Randon' in Connactia cum quinque cantredis nostris de Connactia, que retinuimus ad opus nostrum quando terram de Connactia Ricardo de Burgo concessimus, sicut plenius continetur in litteris nostris patentibus quas super premissis eidem Petro fieri fecimus. Et mandatum est Mauricio filio Geroldi justiciario Hibernie quod ballivis ipsius Petri loco ipsius de omnibus predictis, que in literis regis patentibus evidentius continentur, liberam habere permittat administrationem, et eosdem ballivos ad negotia nostra nos et commodum nostrum in partibus illis que per vos poterunt expediri tangencia, vocetis et familiares penes vos habeatis; cum velimus quod ipsi in omnibus, que in nostrum cedere debeant commodum et honorem, in consiliis vobis assistant et auxiliis, et quod de hiis, que nos contingunt in Hybernia, absque eorum presentia vel consilio nichil attemptetis vel faciatis. Teste ut supra.

* *contingent*, MS.

1232.
[m. 4.]

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Rokingham faciat habere W. comiti de Ferrariis tres damos, de dono regis. Teste rege apud Lamhath', iiij. die Septembris.

De Mauricio filio Geroldi constituto justiciario Hibernie.—Rex commisit Mauricio filio Geroldi justiciariam Hibernie tenendam quamdiu regi placuerit; et mandavit rex eidem Mauricio quod in presentia Midensis electi, W. de Rideleford' et archidiaconi Dublinensis, quibus rex dedit in mandatis quod, quando J. Fernensis episcopus eos ad hoc ad se vocaverit, accedant ad eum, sacramentum ei prestent nomine regis in hac forma, quod erit fidelis regi de vita et menbris et honore terreno, et quod justiciam faciet cuilibet de regno secundum legale posse suum et legalem scientiam suam, secundum consuetudines regni, et quod jura, libertates et dignitates regis pro posse suo fideli conservabit et revocabit. Et mandatum est eidem episcopo Fernensi quod predictis fidelibus regis certis die et loco, quos eis scire faciat, ad eum vocatis, in presentia eorum a predicto justiciario sacramentum recipiat in forma predicta. Teste ut supra.

De damo dato W. filio Warini.—Mandatum est Petro de Rivall' quod in foresta de la Saucee faciat habere Willelmo filio Warini unum damum, de dono regis. Teste rege apud Sutton', v. die Septembris.

Pro Ada de Retherefeld'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu Suhamt', faciant extendi terram Ade de Retherefeld' in Retherefeld', et secundum valorem et extensionem ejusdem terre faciant habere eidem Ade rationabilem finem et rationabiles terminos de xxj. marcis in quibus tenetur Elie filio Chere, Abrahe Pinche, Hester filio Chere et Mansero Levy, Judeis Wintonie. Teste rege apud Roffam, vj. die Septembris.

Pro Johanna de Maworthin.—Quia Radulfus de Maworthin', qui mortuus est, cujus terre et heredum custodiam rex commiserat Rogero Molendinario eo quod credebat ipsum de rege tenuisse terram suam per servicium militare, tenuit terram suam in soccagio; mandatum est vicecomiti Hereford' quod Johanne, que fuit uxor predicti Radulfi, de predicta terra cum pertinentiis et de aliis terris que fuerunt ejusdem Radulfi in balliva sua die quo obiit, et quas idem Rogerus habuit in manu sua occasione predicte custodie, et de heredibus predicte Radulfi, plenam saisinam habere faciat tanquam ei, que propinquior est heredibus predictis, una cum tercia parte bladorum hujus autumpni de predicta terra, salvis predicto Rogero residuis ij. partibus predicti bladi; ita tamen quod ad seminandas duas partes predicte terre de predictis ij. partibus bladi relinquatur semen per visum proborum et legalium hominum. Teste ut supra.

1232.
[m. 4.]

Hibernia. Pro Petro de Rivall'.—Rex commisit Petro de Rivall' manerium de Castro Novo in Hibernia, custodiendum tota vita sua, ad respondendum de exitibus ejusdem manerii ad Scaccarium Dublin'. Et mandatum est justiciario Hibernie quod ballivo ipsius P. loco suo plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Rannulfo de Hurle.—Quia, cum rex commisisset Radulfo de Wiliton' et Roberto de Thurvill' manerium de Norton' cum pertinentiis, quod Rannulfus de Hurle tenuerat de ballio J. regis etc., habuerunt ipsi Radulfus et Robertus per preceptum regis blada, que in eodem manerio fecerat idem Rannulfus seminari, et rex postea nuper reddiderit eidem Rannulfo manerium illud tenendum quamdiu regi placuerit, sicut prius tenuerat; mandatum est vicecomiti Sumers' quod blada que predictus Robertus hoc anno preterito seminari fecit in parte sua ejusdem manerii, eidem Rannulfo habere faciat. Teste rege apud Faveresham, vij. die Septembris.

Wasconia. Pro rege.—Rex mandavit H. de Trublevill' quod veniat ad regem in Angliam ad loquendum cum rege. Et mandatum est majori et probis hominibus Burdegale quod decetero de firma ville sue vel aliis ad regem spectantibus ei vel alii non respondeant, set ea colligant et salvo ad opus regis custodiant, donec rex aliud eis mandaverit.

Eodem modo scribitur majori et probis hominibus:—
de Vasato.
de Oleron'.
de Aquensi.
de Ryella.
majori et commune de Baiona.

Pro reclusa de Los' et fratre et sorore R. quondam Cantuariensis archiepiscopi.—Mandatum est P. de Rivall' quod, quamdiu archiepiscopatus Cantuariensis fuerit in custodia sua, faciat habere Sarre recluse de Lose id quod S. bone memorie Cantuariensis archiepiscopus eidem Sarre fecit assignari ad sustentationem suam, sicut illud habere consuevit tempore predicti archiepiscopi et tempore R. Cantuariensis archiepiscopi successoris sui. Faciat etiam habere de exitibus manerii de Otteford' Waltero de Nasing', fratri R. quondam Cantuariensis archiepiscopi, et Agneti sorori ejus, xx. libras singulis annis quamdiu predictus archiepiscopatus fuerit in custodia sua; videlicet, ad festum Sancti Michaelis utrique illorum c. solidos et ad Pascha utrique illorum c. solidos, quos percipere consueverunt tempore predicti archiepiscopi de dono suo et concessione prioris et conventus Sancte Trinitatis Cantuarie de redditu predicti manerii. Teste rege apud Wengeham, x. die Septembris.

Gavelikende de Kancia.—Venientes ad regem Rogerus Achard et Sarra uxor ejus, petierunt breve suum de pace de ij. acris terre et dimidia cum pertinentiis in Bissopesburn', unde posuerunt se super

1232.
[m. 4.] juratam de gavelykinde in curia archiepiscopi de Cantuaria adversus Henricum Rosel; et quia dictum breve non potuerunt habere, eo quod nondum est formatum et per eos non stetit quin illud habuissent, preceptum est vicecomiti quod scire faciat custodi predicti archiepiscopatus et predicto Henrico quod in loquela illa non procedant nec predictos Rogerum et Sarram in aliquo inde occasionent. Teste ut supra.

De prisa capienda apud Sandwicum.—Mandatum est ballivo et baronibus de Sandwico quod in villa sua capiant prisas regis, tam de vinis quam de omnibus aliis rebus de quibus ibidem prise capi solent et debent, ad opus regis; eo non[a] obstante quod rex precepit totam prisam, tam vinorum quam omnium aliarum rerum, que ibidem capi consueverat ad opus regis, fieri apud Lond'. Teste rege apud Cantuariam, xj. die Septembris.

De custodia garnisture et wardarum Dovr'.—Rex mittit ad castrum Dovr' Simonem de Grenewico ad custodiendum garnisturam regis in eodem castro et ad recipiendum et custodiendum gardas eidem castro debitas. Et mandatum est Huberto Hoese, constabulario Dovr', quod ipsum Simonem ad hoc admittat, et eum et suos quos ad officia predicta custodienda deputabit, liberum habere permittat ingressum et egressum, accepta ab eodem Simone securitate debita quod per ipsum vel suos regi vel eidem castro dampnum non eveniet. Teste rege apud Cantuariam, ut supra.

Pro reclusa Dovr'.—Mandatum est Simoni de Greneweye quod habere faciat recluse manenti in eodem castro Dovr', iij. obolos in die, sicut eos percipere consuevit de dono predecessorum regis vel ipsius regis. Teste ut supra.

De perdonatione j. marce.—Rex perdonavit Henrico de Longo Campo unam marcam ad quam amerciatus fuit coram justiciariis, qui ultimo itineraverunt in comitatu Norhamt', pro defalta. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod eidem Henrico de predicta marca pacem habere permittat. Teste ut supra.

De nundinis Wintonie prorogandis.—Rex concessit P. Wintoniensi episcopo quod nundine Wintonie de hoc anno etc. xvj. durent ultra terminum consuetum per quatuor dies amplius quam aliis annis precedentibus durare consueverunt: videlicet, per diem Jovis proximam post Exaltationem Sancte Crucis anno etc. predicto, et per diem Veneris, Sabbati et per diem Dominicam proximo sequentes. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod predictas nundinas clamari faciat et teneri hoc anno, sicut predictum est. Teste rege apud Tenham, xij. die Septembris.

Eodem modo scribitur majori et ballivis Wintonie.

---

[a] *Non repeated in MS.*

1232.
m. 4.

Pro heremita de Lunebur'.—Rex concessit Lutiano de Lunebir' capellano quod, si Ernaldus heremita de Lunebur', cui predictus Lutianus ministravit dum vixit, diem clausit extremum, eidem Ernaldo succedere possit et in hermitagio de Lunebir' manere de licentia regis, sicut predictus Ernaldus ibidem mansit. Et mandatum est Thoma de Langel' quod eidem Lutiano hermitagium illud habere faciat et ipsum in eodem manere permittat, sicut predictum est. Teste rege apud Maidenestan', xiiij. die Septembris.

De redditibus termini Sancti Michaelis de archiepiscopatu Cantuariensi.—Mandatum est P. de Rivall', custodi archiepiscopatus Cantuariensis, quod magistris Thome de Frakeham et Elye de Derham, executoribus testamenti R. quondam Cantuariensis archiepiscopi, faciat habere omnes redditus assisos de eodem archiepiscopatu de termino Sancti Michaelis anno etc. xvj., in parte solutionis debiti quod rex eis debet, unde literas regis habent patentes, salvis elemosinis statutis que de eisdem redditibus reddi debent et consueverunt. Teste rege apud Maidenestan, xj. die Septembris.

Eodem modo scribitur episcopo Carleolensi de redditibus maneriorum de Hergh' et de Hese, que sunt in custodia sua.

Pro Willelmo de Crepping'.—Rex perdonavit Willelmo de Crepping' usuras quas diversi Judei ab eo exigunt de x. marcis et dimidia quas ab eis mutuo cepit, quando cum rege profectus est in Britanniam in servicium regis: scilicet, de iiij. marcis et dimidia quas mutuo cepit de Isaac de Norwico, Judeo, et de iij. marcis quas mutuo cepit de Aaron Blundo et Leone filio Isaac, Judeis, et de iij. marcis, quas mutuo cepit de Deulecresse de Linc', Judeo. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod predictum Willelmum de prefatis quietum esse faciant; ita quod predicti Judei contenti sint sola sorte. Teste rege apud Lamh', xvj. die Septembris.

De coronatore faciendo.—Mandatum est vicecomiti Notingh' quod loco Nigelli de Lisures, coronatoris in comitatu Noting', qui infirmus est, eligi faciat alium coronatorem, qui prestito sacramento, etc.

Pro Thoma de Anes'.—Cum rex concessit Thome de Anesye per finem xv. marcarum, quem fecit cum rege, custodiam terre Rogeri de Hereford', concessit ei rex custodiam illam una cum custodia heredum predicti Rogeri et maritagio eorundem. Et mandatum est vicecomiti Hereford' quod occasione mortis unius predictorum heredum, ipsum Thomam de custodia illa non gravet vel occasionet. Teste rege apud Lamh', xx. die Septembris.

Pro uxore Willelmi de Serlande.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod habere faciat Juliane que fuit [uxor] Willelmi de Serland', omnia blada que ipsi Willelmus et Juliana seminari fecerunt in manerio de Gersy, quod predictus Willelmus tenuit de ballio regis: scilicet, tam blada ejusdem manerii, que sunt in manu ipsius vice-

1232.
[m. 4.] comitis quam blada que sunt in manu Drogonis de Barentin et Johannis de Ples', qui manerium illud tenent de ballio regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Trumpinton'.—Rex mandavit vicecomiti Midd' quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo extendi faciat terram Johannis de Trumpinton' in Tykeham, que est vadium Judeorum, et extentam illam mittat justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis a die Sancti Michaelis in xv. dies sub sigillo suo et sigillis eorum per quos extenta illa facta fuerit. Et mandatum est eisdem justiciariis quod ex quo extentam illam receperint, rationabilem finem et rationabiles terminos habere faciant ipsi Johanni ad debita Judeis, quibus tenetur, reddenda, secundum valorem terre predicte et quantitatem debitorum predictorum. Teste ut supra.

Pro abbate de Winchecumbe.—Mandatum [est] vicecomiti Glouc' quod sine inpedimento permittat abbatem de Winchecumbe tenere in manu sua villam de Winchecumbe cum hundredis que rex ei concessit, tenenda ad firmam usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xvij. per literas regis patentes quas inde habet. Teste ut supra.

Pro abbate de Burg'.—Mandatum est P. de Rivall' quod plene et sine retenemento aliquo faciat habere abbati de Burg' decimam totius venationis, que capta est vel que capietur in foresta comitatus Norhamt' in saisona de hoc anno etc. xvj. per venatores regis ad opus regis, vel per alios quibus rex dederit venationem in foresta predicta; quam quidem decimam idem abbas habere debet per cartam R. regis et per confirmationem ipsius domini regis. Teste rege apud Lambh', xx. die Septembris.

De reparatione domorum regis Bristoll'.—Mandatum est eidem, quod habere faciat constabulario castri Bristoll' maeremium in bosco de Furches, ad domos turris et castri Bristoll' reparandas. Teste ut supra.

De busca et carbone ad opus regis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat vicecomiti Glouc' buscam et carbonem in foresta de Den' ducenda ad castrum Glouc', ad opus Isabelle sororis regis morantis in eodem castro. Teste ut supra.

Pro Ada Esturmy.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod blada hujus autumpni anno etc. xvj., que Adam Esturmy seminari fecit in terra quam Radulfus le Flecher tenuit de rege in capite in Bradel' per serjantiam reddendi regi flechas per annum, et quam rex predicto Ade concessit habendam usque ad etatem heredis predicti Radulfi, eidem Ade sine dilatione habere faciat, eo non obstante quod rex Hugeline, que fuit uxor predicti Radulfi, saisinam fieri precepit de terra, quam predictus Radulfus de rege tenuit ad firmam in eadem villa, tanquam ei quo propinquior est heredi predicti Radulfi. Teste rege apud Lamh', xvj. die Septembris.

1232.

[m. 4.] *Pro Galfridi de Luvers.*—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terram Galfridi de Luvers, que est vadium Samarias de Wintonia Judei, per probos et legales homines extendi faciant in dominicis, redditibus et aliis; et vult rex et concedit quod ipse Godefridus (*sic*) unam medietatem extente terre sue reddat per annum ipsi Judeo et de alia medietate sustentetur: ita quod quamdiu terminos suos super hoc servaverit, nulle penitus currant usure de predicto debito. Teste ut supra.

De testamento Eustachii de Eys.—Mandatum est P. de Rivall' quod catalla que fuerunt Eustachii de Eys, que cepit in manum regis occasione mortis sue, ut dicitur, habere faciat executoribus testamenti ipsius Eustachii ad executionem illam faciendam. Teste ut supra.

[Schedule.] Dominus rex dedit per cartam suam venerabili P. Wintoniensi episcopo manerium de Thychefeld' cum advocatione ecclesie ejusdem manerii, et cum omnibus aliis pertinentiis suis, ad fundandum in eodem manerio quamdam abbatiam in honore Beate Marie de ordine Canonicorum Premonstracensium, sicut plenius continetur in carta regis quam ei inde fieri fecit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic inrotulari faciant. Teste rege apud Lambeyam, xx. die Septembris, anno regni nostri xvj.

[m. 3.] *Pro canonicis extra Merleberg'.*—Mandatum est constabulario de Merleberg' quod cartam regis, quam fieri fecit priori et canonicis ordinis de Simplingham extra Merleberg' de prisa et consuetudine illa, quam constabularii castri de Merleberg' capere consueverunt de braciatoribus bertone de Merleberg', singulis bracinis cervisie venalis unum sextercium cervisie, quod dici consuevit tolsester, in plena curia sua apud Merleberg' legi faciat et eisdem priori et canonicis firmiter observari. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Septembris.

Pro canonicis de Blakemora.—Rex concessit per cartam suam priori et canonicis de Blakemora quod ipsi et eorum successores habeant inperpetuum unam feriam singulis annis per tres dies duraturam apud domum suam de Blakemora; videlicet, in vigilia et in die et crastino Sancti Laurencii, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod feriam illam per totam ballivam tuam clamari facias et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Warino capellano.—Rex perdonavit Gwarino capellano suo unam marcam de misericordia in quam incidit coram justiciariis itinerantibus apud Chelmeresford' pro dissaisina. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De respectu loquele.—Rannulfus de Hurle, qui est in servicio regis in partibus Glammorgan, habet literas directas vicecomiti Sumers' de loquela inter ipsum et Thomam de Stok' petentem, de ij. partibus unius carucate terre in Ingelescumbe, ponenda in respectum usque ad octavas Sancti Hillarii; ita quod tunc sit in eo statu quo nunc est. Teste ut supra.

1232.

[m. 3.] *De reparatione turris Roffē.*—Mandatum est custodi archiepiscopatus Cantuariensis quod in parco de Bixle faciat habere constabulario Roffe xxx. quercus ad reparationem predicte turris. Teste ut supra.

Pro episcopo Lincolniensi.—Mandatum est justiciariis de Banco quod assisam que summonita fuit coram justiciariis itinerantibus in comitatu Cantebrigie ad convincendum per xxiiij. milites juratores assisam ultime presentationis, que capta fuit coram prefatis justiciariis itinerantibus in comitatu Noting' inter Philippum de Kyme petentem et episcopum Lincolniensem deforciantem de ecclesiis de Carleton' et de Danby, et quam assisam a prefatis justiciariis rex poni precepit coram eisdem justiciariis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in unum mensem, ponant in respectum usque in unum mensem a die Pasche anno etc. xvij. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Ralegh'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod audiant compotum Radulfi de Raleg' de clx. marcis quas recepit ad operationem aule Turris London' tempore quo fuit constabularius predicte turris sub H. de Burgo, comite Kancie. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Septembris.

Pro episcopo Wintoniensi.—Rex per cartam suam concessit P. Wintoniensi episcopo quod ipse et successores sui habeant inperpetuum liberam warennam in omnibus dominicis terris suis in Anglia per singula sua maneria ad vulpem, leporem, perdicem et fisantum; ita quod nullus intret predictam warennam ad vulpem, leporem, perdicem aut fisantum in ea capiendum sine licencia ipsius episcopi vel successorum suorum super forisfacturam x. librarum. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod in dominicis terris ipsius episcopi in balliva sua predictam warennam teneri, et per totam ballivam suam eam clamari faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Oxonie, Suhamt', Berk', Wilt', Surr', Sumers' et Dors', Buk'.

Pro abbate de Monte Rothomagi.—Abbas Sancte Trinitatis de Monte, Rothomagi, fidelitatem fecit regi de terris quas de rege tenere debet in capite in Anglia. Et mandatum est vicecomiti Midd' quod de omnibus terris quas idem abbas tenere debet in balliva sua, tam de rege quam de aliis, eidem abbati plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro uxore Willelmi de Serland'.—Mandatum est Ricardo Duket quod pro terra illa, quam de concessione regis tenet hoc anno in Welingour' et que extenta fuit ad xl. solidos, illos xl. solidos habere faciat Juliane que fuit uxor Willelmi de Serland', que prius terram illam tenuit de ballio regis. Occasione etiam saisine quam habet ex gracia regis de terra illa, aliam saisinam de aliqua parte ejusdem terre non capiat quam predictus Willelmus inde habuit in vita sua; set permittat eos qui libere tenent de eadem terra, pacifice possidere

1232.
[m. 3.] tenementum suum, salvis eidem Ricardo serviciis inde debitis sicut predictus Willelmus ea habere consuevit; et si aliquem disseisivit, sicut querela ad regem pervenit, ipsum tam de terra sua quam de catallis suis inde ablatis sine dilatione restituat; quod nisi fecerit, rex id a vicecomite Linc' fieri precepit. Teste rege apud Lamh', xxiiij. die Septembris.

Et mandatum est vicecomiti Linc' etc.

Pro Herberto de Alencun.—Rex de trecentis marcis per quas Herebertus de Alencun finem fecit cum rege pro habenda gracia sua, perdonavit ei c. marcas. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predictis c. marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

De transgressione perdonata.—Rex perdonavit Willelmo filio Walteri de Bruhull' transgressionem, quam fecit in foresta de Bruhull' de bestia que inveniebatur mortua in eadem foresta, et quam idem Willelmus excoriari fecit, ut dicebatur. Et mandatum est Petro de Rivall' quod ipsum Willelmum captum et detentum in prisona regis apud Bruhull' occasione illius transgressionis, a prisona regis deliberet quietum.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Hugoni Dispensatori duos damos et viij. damas in foresta de Shirewud', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Septembris.

Pro abbate de Tychefeld'.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod cartam regis, quam fieri fecit abbati et canonicis de Tychefeld' de libertatibus et quietanciis eis a rege concessis, in pleno comitatu suo legi et contentas in ea libertates et quietancias predictas eis in balliva sua faciat observari. Teste ut supra.

Pro Ricardo Duket.—Rex alias precepit vicecomiti Linc' quod nisi Ricardus Duket habere faceret Juliane, que fuit uxor Willelmi de Serland', xl. solidos, sicut rex ei mandavit, pro terra, quam tenet hoc anno in Welingour' de concessione regis, ipsum ad hoc distringeret; set quia rex audivit quod ipsa Juliana habuit blada hujus autumpni de eadem terra, mandatum est eidem vicecomiti quod, si ita est, ipsum Ricardum occasione illa non distringat, quia, si blada illa habuerit, rex vult ipsum Ricardum de illis xl. solidis esse quietum, et si non habuerit ea, rex eosdem xl. solidos acquietabit de Scaccario suo. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj. die Septembris.

Pro episcopo Wintoniensi.—Rex vicecomiti Surr' salutem. Precipimus tibi quod, non obstante precepto nostro quod nuper tibi fecimus de terris magistri Roberti de Sherdelawe capiendis in manum nostram, habere facias venerabili patri P. Wintoniensi episcopo totam terram que fuit Thome Testard' in baillia tua, cum omnibus catallis et instauris in eadem terra inventis; quam quidem terram

1232.

[m. 3.] predictus Thomas commisit predicto magistro Roberto ad firmam usque ad terminum quinque annorum, ut ipsum Thomam acquietaret de quadraginta et quinque libris versus predictum episcopum, quas* idem Thomas eidem episcopo debuit pro arreragiis que Robertus Testard', frater suus, cujus heres idem Thomas est, debuit predicto episcopo; ita quod predictus episcopus terram illam teneat usque ad terminum quinque annorum pro debito predicto, et postea revertatur in manum nostram. Teste ut supra.

De maeremio ad aulam regis Wintonie.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat P. Wintoniensi episcopo maeremium ad cindulam fieri faciendam in bosco de Chipeham ad aulam castri Wintonie cooperiendam. Teste rege apud Lamh', xxviij. die Septembris.

Pro Gwala de Nonetis.—Mandatum est ballivis Eboraci quod non capiat (*sic*) theloneum vel alias consuetudines de hominibus vel mercandisis Gwale de Nonetis venientibus in villam Eboraci, contra tenorem carte regis quam ei fieri fecit in Britannia.

Pro Johanne filio Galfridi.—Mandatum est Ade de Beissin quod habere faciat nuntio Johannis filii Galfridi austurcum qui vocatur Pelerin, et quem H. de Burgo ei dedit. Teste ut supra.

De dimidia marca perdonata.—Rex perdonavit Waltero filio Osberti dimidiam marcam de misericordia, in quam incidit coram justiciariis itinerantibus apud Leic' pro falso clamio. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod pacem ei inde habere permittat. Teste ut supra.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum Walterum de predicta dimidia marca quietum esse, et ita inrotulari faciant. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Philippo de Angulo.—Mandatum est Mauricio filio Geroldi, justiciario, quod singulis annis faciat habere Philippo de Angulo x. marcas ad Scaccarium Dublin', quas tempore J. regis et tempore ipsius H. regis percipere consuevit ad idem Scaccarium pro cantredo de Roscuman, usque ad tempus quo Ricardus de Burgo factus fuit justiciarius Hibernie. Teste rege apud Keniton', xxx. die Septembris.

De roboribus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Hereberto filio Mathei xj. robora in foresta de Melkesham ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Rogero filio Owein et uxore ejus de terra de Balimadun.—Mandatum est justiciario Hibernie quod de terra de Balimadun, quam Rogerus Owein et Aufrica uxor ejus per assisam nove disseisine recuperaverunt versus Radulfum de Trublevill', eidem Rogero et Aufrice plenam seisinam habere faciat, non obstante eo

* *quam*, MS.

1232.
[m. 3.]

quod rex eidem Radulfo postea de terra illa saisinam fieri precepit, nec obstante saisina quam post mortem ejus habet Henricus de Trublevill' per preceptum regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Septembris.

Pro Henrico de Crammavill'.—Quia constat regi per literas patentes Hubertini clerici Romani, procuratoris Ruff' persone ecclesie de Wengh', quod Henricus de Crammavill' solvit eidem Hubertino xv. marcas pro blado et porcis, que emit de hiis, qui bladum ejusdem persone triturari fecerunt et vendi contra voluntatem predicte persone; mandatum est vicecomiti Kancie quod de terra ipsius Henrici, quam ea occasione cepit in manum regis per preceptum suum, ei sine dilatione saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De redditibus et terris que fuerunt H. de Burgo in Lond'.—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod de omnibus redditibus et terris que fuerunt H. de Burgo, comitis Kancie, intra muros Lond' et extra in baillia sua, plenam saisinam habere faciant P. de Rivall', cui rex eos commisit custodiendos quamdiu regi placuerit. Teste ut supra.

Pro Willelmo Lungesp'.—Rex perdonavit Willelmo Lungesp' v. marcas que exiguntur ab eo per summonitionem Scaccarii, et ad quas amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Norhamt' pro defalta non comparendo coram eis ad communem summonitionem, in quorum itinere idem Willelmus fuit in partibus transmarinis causa peregrinationis de licentia regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Willelmum de predictis v. marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti R. Cantuariensis archiepiscopi. De debito quod rex eis debet.—Mandatum est P. de Rivall' quod, retento prius sufficienti blado ad terras que fuerunt Willelmi de Eyneford' excolendas, tam in semine quam in liberatione servientum de singulis maneriis, per probos et legales homines appretiari faciat residuum omnium bladorum que inventa fuerint in terris predictis de hoc autumpno preterito anno etc. xvj., et per idem pretium blada ipsa liberari faciat executoribus testamenti R. quondam Cantuariensis archiepiscopi in parte solutionis debitorum, que rex reddere tenetur executoribus predictis, et similiter omnes exitus omnium terrarum predictarum tam in auxiliis quam in redditibus assisis de hoc termino Sancti Michaelis anno predicto; et ex quo blada predicta appretiata fuerint et predicti executores ea receperint cum exitibus predictis, sicut predictum est, pretium predictorum bladorum et quantum exitus predicti, quos de terris predictis receperint, scire faciat baronibus de Scaccario, ut sciant pro quanto ea receperint. Teste ut supra.

Hibernia. Pro episcopo Cycestrensi.—Rex per cartam suam concessit venerabili patri R. Cycestrensi episcopo, cancellario Anglie, cancellariam Hibernie habendam toto* tempore vite sue cum omnibus

* *toto* repeated in MS.

1232.

[m. 3.]

libertatibus et liberis consuetudinibus ad predictam cancellariam pertinentibus, sicut carta regis, quam ei inde fieri fecit, plenius testatur. Et mandatum est Mauricio filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod Galfridum de Turvill', archidiaconum Dublinensem, quem idem episcopus et cancellarius de voluntate et assensu regis loco suo assignavit ad predictum officium exequendum, admittat, et liberam administrationem ejusdem cancellarie cum pertinentiis et cum omnibus que ad sigillum pertinent, per quod negotia regis et terre sue Hibernie expedientur, habere faciat, accepto ab eo prius sacramento de fideli et bono servicio et fidelitate regi et cancellario suo tenenda et servanda: ita etiam quod intersit consiliis ipsius justiciarii et tractatibus negotiorum regis, et habeat clericum suum ad Scaccarium Dublin' ad rotulum quendam faciendum testimonialem rotulo thesaurarii Hibernie, et similiter habeat clericum suum ad assisas coram justiciariis ad rotulum quendam de banco faciendum et brevia placitorum custodienda, sicut prefatus cancellarius habet in regno Anglie. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Septembris.

Et mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario Dublin' quod quendam clericum competentem, quem idem G. de Turvill' eis presentabit, ad hoc admittant. Teste ut supra.

Pro Iolda de Doc.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Bedeford' quod assisam mortis antecessoris que summonita est coram eis in itinere suo inter Johannem Juvenem de Eyworth' petentem, et Ioldam de Doc tenentem, de una virgata terre in Wrastlingworth', quam quidem terram tenet de ballio regis, ponant in respectum usque ad adventum aliorum justiciariorum in partes illas. Teste ut supra.

Pro Bertram le Gros.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod, non obstante precepto regis ei facto de terris que fuerunt comitis Sancti Pauli in balliva sua, et que fuerunt in manu Johannis de Burgo, capiendis in manum regis cum rebus et catallis in eis inventis, permittat Barth' (*sic*) Grossum habere blada sua et alia catalla que habuit in Dunmagh', quam quidem terram habuit de ballio Johannis de Burgo: ita quod siquid inde amotum fuerit, id ei reddi faciat.

Eodem modo scribitur Petro de Rivall'.

De theloneo Dovr'.—Rex commisit Bertram de Crioil constabulario Dovr', theloneum ville Dovr' ad custodiam predicti castri, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est ballivis Dovr' quod ipsi constabulario de predicto theloneo sint intendentes et respondentes, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo Paygn.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod, non obstante quod cepit in manum regis per preceptum suum terras que fuerunt comitis de Sancto Paulo in balliva sua, habere faciat Willelmo

1232.
[m 3.] Pueyn blada sua que seminari fecit in una carucata terre cum pertinentiis in Alba Roynges, quam tenuit de ballio regis. Teste ut supra.

Pro Warnero de Wextanesham.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod de una carucata terre cum pertinentiis in Stok', que est Warneri de Wextanesham, et quam Isaac de Norwico Judeus tenuit in manu sua pro debito quod ipse Warnerus super eam ipsi debet, prefato Warnero plenam saisinam habere faciat; et scire faciat predicto Isaac quod sit coram justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis apud Westmonasterium in crastino Sancti Martini ad ostendendum que debita exigit a prefato Warnero super terram predictam, et ad justiciam super eisdem debitis ibidem recipiendam. Teste ut supra.

Pro priore de Shuldham.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod, non obstante precepto regis ei facto de terris que fuerunt comitis de Clouc' (*sic*) capiendis in manum regis, occasione cujus precepti cepit in manum regis terram quandam in Buketon', quam Ricardus filius Simonis tradidit priori de Shuldham ad terminum octo annorum, qui ad instans festum apostolorum Simonis et Jude anno etc. xvij. preteribit, permittat ipsum priorem sine inpedimento habere et asportare blada et alia catalla sua, que habuit in eadem terra, et, si quid inde amotum fuerit vel distractum, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

Pro abbate de Evesham.—Abbas de Evesham in curia regis coram justiciariis assignatis ad assisam ultime presentationis capiendam apud Glouc', quam predictus abbas arramavit versus Willelmum Hoese et Willelmum de Weston' de ecclesia de Weston', saisinam advocationis ejusdem ecclesie de Weston (*sic*). Et mandatum est W. Wigorniensi episcopo quod, non obstante reclamatione ipsorum Willelmi et Willelmi, ad eandem ecclesiam idoneam personam admittat. Teste rege apud Wudestok', v. die Octobris.

De veteri maeremio de Westmonasterio.—Mandatum est W. Karleolensi episcopo quod habere faciat fratri Galfrido, elemosinario regis, totum vetus maeremium quod excidit de domibus regis apud Westmonasterium, ad quandam elemosinariam ibidem levandam ad opus regis, sicut rex eidem G. injunxit. Teste rege apud Wudestok', vj. die Octobris.

De herede W. de Eyneford'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod, occasione precepti regis ei facti de distringendo Johannem de Burgo per terras suas ad reddendum regi filium et heredem Willelmi de Eyneford', non distringat eum, quia rex dedit ei respectum de predicto herede reddendo usque in v. septimanas a die Sancti Michaelis, anno etc. xvj. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Norhamt', Cant' et Hunt' Essex' et Hertf'.

1232.

[m. 3.] *Pro duabus puellis de Kincton'.* — Mandatum est W. Carleolensi episcopo quod nullo modo omittat quin habere faciat duabus domicellis de Kincton' elemosinam regis constitutam de termino Sancti Michaelis anno etc. xvj. et de termino Pasche proximo preterito anno eodem, ad quem nichil receperunt de predicta elemosina. Teste ut supra.

Mandatum est Petro de Rivall' quod nisi due puelle elemosinarie regis de Kincton' habuerint unam bonam quercum quam rex eis nuper dedit in foresta, dum Gilebertus Basset fuit constabularius Divisarum, eam eis de dono regis habere faciat ibidem. Teste ut supra.

Pro fratribus minoribus de Notingh'.—Mandatum est eidem quod habere faciat fratribus minoribus de Noting' quinque teilz in foresta de Shirewod' ad stalla sua facienda, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne del Disner.—Rex illas centum solidatas terre, quas Willelmus le Ewer tenuit de ballio regis de terris que fuerunt Alani filii comitis in Waltham, commisit Johanni de Disner ad se sustentandum tota vita sua, nisi rex eas prius reddiderit rectis heredibus predicti Alani per voluntatem suam vel per pacem. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod eidem Johanni de predictis c. solidatis terre cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Wudestok', vij. die Octobris.

Pro priore de Bradenestok'.—Rex concessit priori et conventui de Bradenestok', per cartam suam quam habent, justiciam de infangenethef et de utfangenethef. Et, quia sine furcis non poterunt justiciam predictam exercere, mandatum est vicecomiti Sumers' quod ipsos non impediat quin libere et sine inpedimento in Limiton' furcas levare possint et habere, nec ipsos priorem et conventum vexet vel vexari permittat contra libertates quas habent per eandem cartam. Teste ut supra.

[m. 2.] *De spina data.*—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat monialibus de Stodlegh' xxx. carectatas spine in bosco de Pauncehal', de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, viij. die Octobris.

Pro Ricardo de Landa.—Ricardus de Landa reddidit regi apud Wudestok' in octabis Sancti Michaelis anno etc. xvj, unum spervarium quem regi debuit de eodem anno de terra sua quam de rege tenet in Scapeye et in Kingeston'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de spervario illo quietum esse faciant. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De mercato Sancti Briavelli.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod mercatum, quod rex nuper teneri precepit apud Sanctum Briavellum per diem Martis, clamari faciat et de cetero teneri ibidem singulis septimanis per diem Lune. Teste ut supra.

1232.
[m. 2.]

Wasconia. Pro Frank' de Bresn'.—Mandatum est Hugoni de Vivoniis, senescallo Wasconie, quod bailliam quam Frank' de Bredne prius habuit tempore quo H. de Trublevill' fuit senescallus Wasconie, ei committat, providens de eadem baillia certam portionem ad suam sustentationem: ita quod de residuo ei respondeat, et quod Vassallum de Afforlliis, quem rex ad ipsum Hugonem mittit, ducat in Wasconiam et in servicio regis retineat. Teste ut supra.

Pro Reginaldo de Colingbroc'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terram Reginaldi de Culingbroc', que est vadium Cressi de Cantuaria, Judei, a vicecomite Kancie in presentia ipsius Judei extendi faciant, dantes in mandatis eidem vicecomiti quod extentam illam, distincte et aperte factam sub sigillo suo et sigillis eorum per quos facta fuerit, eis mittat; et ex quo extentam predictam receperint, statuant quod ipse Reginaldus medietatem extente reddat per annum ipsi Judeo donec debitum illud persolvatur, et de alia medietate vivat: ita quod interim penitus cessent usure. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Alost.—Mandatum est P. de Rivall' quod Willelmo de Alost, cui H. de Burgo comes Kancie dedit c. solidatas terre in Henton' occasione terre et heredis comitis Arundell' tunc existentis in manu sua, faciat habere redditum hujus termini Sancti Michaelis anno etc. xvj. de eadem terra, retenta terra illa in manu regis. Teste rege apud Abbendon', ix. die Octobris.

Pro Johanne de Tudele.—Licet denarius ille quem Amargant percipere consuevit per diem a vicecomite Linc'. et quem post mortem ipsius Amargant concessit rex Johanni de Tudel', non fuerit de elemosina regis constituta: rex tamen vult quod decetero sit elemosina constituta, et quod dictus Johannes ipsam liberationem tota vita sua percipiat. Et mandatum est W. Carleolensi episcopo thesaurario suo quod[1] ita fieri et inrotulari, et dictum denarium in corpore comitatus vicecomiti faciat allocari. Teste ut supra.

Pro abbate de Osen'.—Mandatum est ballivis Oxonie quod loquelam, que est in curia Oxonie inter Petrum filium Thoroldi petentem et abbatem de Osen', qui profectus est ad curiam Romanam, tenentem, de uno mesuagio cum pertinentiis in Oxonia, ponant in respectum usque in unum mensem a die Pasche, anno etc. xvij. Teste ut supra.

Pro Roberto Haget.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod non permittat quod Reginaldus de Bernevall', occasione precepti regis ei facti de saisina eidem Reginaldo facienda de manerio de Fernham cum pertinentiis, manum non mittat ad blada vel alia catalla ibidem inventa donec rex aliud inde preceperit: et si quid inde amotum fuerit, illud sine dilatione revenerire (*sic*) faciat. Teste rege apud Abbend'. xij. die Octobris, anno etc. xvj.

[1] *quod* repeated in MS

1232.
[m. 2.]

Pro Willelmo Blangernun.—Mandatum est Essex' (*sic*) quod, non obstante precepto regis de terris que fuerunt comitis Sancti Pauli capiendis in manum regis, faciat habere Willelmo Blancgernun blada et catalla sua inventa in terra de Farnham, quam habuit de ballio Reimundi de Burgo, qui terras illas habuit de ballio regis. Et si quid inde amotum fuerit, ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

De partitione bosci de Blockesham.—Mandatum est P. de Rivall' quod det in mandatis Thome de Langel', forestario regis de feodo de Wichewod, quod certo die quem scire faciat vicecomiti Oxonie, assumptis secum de discretioribus et legalibus hominibus tam militibus quam aliis, et viridariis et forestariis baillie sue, in propria persona accedat ad boscum de Blokesham, qui communis est regi et Amaurico de Sancto Amando et pertinens ad manerium de Blokesham, cujus medietas est dominicum regis et alia medietas ipsius Amaurici de hereditate, que fuit Walteri de Verdun ; et, ex quo certificati fuerint per sacramentum predictorum, ipse et dictus vicecomes in presentia predictorum legalium hominum, quantum contineat predictus boscus per numerum acrarum, partiri faciant boscum illum in duas partes per certas metas et divisas ; ita quod una pars certa et discreta regi remaneat in bosco illo et alia predicto Amaurico. Rex enim mandavit predicto vicecomiti quod ad diem, quem idem Thomas ei scire faciet, occurrat ibidem cum probis et legalibus hominibus ballive sue ad hanc partitionem predicti bosci faciendam, sicut predictum est. Teste rege apud Abbendon', xij. die Octobris.

Et mandatum est vicecomiti Oxonie etc.

De x. roboribus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Clarendon' faciat habere fratribus minoribus Sarrisburie decem robora cum omnibus escaetis suis ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Walingf', xij. die Octobris.

Pro Bartholomeo de Podio.—Rex cum esset in partibus Britannie, dedit Bartholomeo de Podio ad se sustentandum in servicio regis terram cum pertinentiis que fuit Laurencio Jonas in Insula de Olerun, et mandavit H. de Trublevill', tunc senescallo Wasconie, quod de predicta terra ipsi Bartholomeo plenam saisinam habere faceret. Quia vero idem Bartholomeus (*sic*) tantum de una medietate illius terre ipsi Bartholomeo saisinam fieri fecit, ut dicitur, mandatum est H. de Vivon' quod de ālia medietate ei similiter plenam saisinam fieri faciat. Teste ut supra.

Pro episcopo Dunholmensi.—Mandatum est B. de Insula quod contentiones ortas inter regem et R. Dunholmensem episcopum de forestis in terris et feodis ipsius episcopi inter Usam et Derewent, ponat in respectum usque ad octabas Sancti Martini, anno etc. xvij. Teste ut supra.

Pro abbate de Theokesbir'.—Mandatum est P. de Rivall' quod id quod abbas de Theokesbir' percipere debuit ad festum Sancti

1232.
[m. 2.] Michaelis proximo preteritum anno regis xvj, de elemosina quam de honore de Kaerdif recipere consuevit singulis annis in vita G. quondam comitis Glouc' et Hertford' de dono antecessorum suorum, ei sine difficultate faciat habere. Teste rege apud Walingford', xiij. die Octobris, anno etc.

De quadam clavi Thesaurarie regis.—Rex vult quod Ricardus de la Lade, clericus P. de Rivall', residens ad Scaccarium regis loco suo, penes se habeat unam clavem de Thesauraria regis, una cum clavibus thesaurarii et camerariorum. Et mandatum est eisdem thesaurario et camerariis quod sic fieri faciant. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Pagano de Chaurces vj. robora in foresta de Braden' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Abbendon', xj. die Octobris.

De loquendo cum H. de Burgo.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod permittat Robertum Agoillun et Johannem de Stowa liberum habere accessum ad H. de Burgo ad loquendum cum eo. Teste rege apud Rading', xiiij. die Octobris.

De priore de Monte Acuto.—Mandatum est Petro de Rivall' quod habere faciat priori et monachis de Munt Agu triginta et octo solidos de hoc anno regni regis xvj, quos percipiunt per annum in castro de Novo Burgo in Wallia de elemosina comitatus Glouc' constituta. Teste ut supra.

De damis datis.—Rex dilecto et fideli suo P. de Rivall' salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis venerabili patri in Christo H. Elyensi episcopo duos damos et decem damas in foresta nostra de Wauberge, ponendos in quodam parco suo, de dono nostro. Teste rege apud Rading', xvj. die Octobris, anno regni regis xvj.

Pro fratribus Sancte Marie Dovr'.—Mandatum est Bertramo de Crioil quod quamdiu portus Dovr' fuerit in custodia sua per preceptum regis, faciat habere priori et fratribus hospitalis Sancte Marie Dovr' id quod percipere debent de eodem portu de dono regis; scilicet, decimum exituum ejusdem portus et decem libras quas eis dedimus in liberam elemosinam de eisdem exitibus, et alias x. libras nomine dotis ecclesie ejusdem hospitalis, et l. solidos pro anima Reimundi de Burgo, ad terminos contentos in cartis regis eidem hospitali confectis. Teste ut supra.

Pro electo de Winchecumbe.—Rex electioni facte de fratre Henrico de Tudington' quondam sacrista de Winchecumb' in abbatem de Winchecumbe, quam quidem electionem W. Wygorniensis episcopus confirmavit, regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est P. de Rivall' quod de abbatia de Winchecumbe et de omnibus que ad abbatiam illam pertinent, que quidem exciderunt in manu sua ratione vacationis ejusdem abbatie, ipsi electo plenam saisinam habere faciat. Et si quid inde amotum fuerit vel distractum per ballivos suos, id ei sine dilatione et difficultate reddi faciat. Teste rege apud Rading', xviij. die Octobris.

1232.
[m. 2.]

Et mandatum est per literas patentes militibus, liberis hominibus et omnibus aliis tenentibus de predicta abbatia, quod ei tamquam domino suo in omnibus, que ad predictam abbatiam pertinent, intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod sine inpedimento permittat electum de Winchecumbe tenere in manu sua villam de Winchecumbe cum hundredis, que rex abbati de Winchecumbe, predecessori ipsius electi, concessit tenenda ad firmam usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xvij. per literas regis patentes quas ei inde fieri fecit. Teste ut supra.

Pro Reginaldo de Bernevall'.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod, non obstante mandato regis ei facto de saisina facienda Reginaldo de Bernevall' de terra que fuit Rogeri de Bernevall' in Fernham in forma contenta in rotulo finium, facta inquisitione per sacramentum legalium hominum, per quos etc. que catalla et instaura Robertus Haget recepit in terra illa, quando custodiam illius terre habuit de commissione domini regis, et quantum instaura et catalla illa valuerunt; accepta etiam securitate a predicto Roberto de predicto pretio ipsi Reginaldo reddendo, ipsi Roberto de omnibus instauris et catallis in terra illa inventis et predicto Reginaldo de terra illa saisinam habere faciat, ita quod in eodem pretio allocetur ipsi Roberto quicquid per eandem inquisitionem eidem vicecomiti constare poterit esse amotum et distractum per ipsum Reginaldum et suos de catallis predicti Roberti, accepta tamen prius securitate a predicto Reginaldo quod singulis annis usque ad etatem heredum predicti Rogeri reddet predicto Roberto c. solidos ad eorum sustentationem. Teste ut supra.

Pro Johanne filio Philippi.—Mandatum est P. de Rivall' quod blada hujus autumpni de terra que fuit Johannis de Wauton' in Waldingham, que fuit in manu ejus per preceptum regis, faciat habere Johanni filio Philippi de dono regis, unacum una caruca boum que fuit ejusdem Johannis et est in eadem terra; qui quidem Johannes filius Philippi habet custodiam terre et heredum predicti Johannis de Wauton' per finem, quem cum rege inde fecit. Teste rege apud Rading', xx. die Octobris.

Quia rex concessit Johanni filio Philippi custodiam terre et heredum Johannis de Wauton', per finem quem cum rege inde fecit; mandatum est Rogero de Clare quod filias et heredes ipsius Johannis qui sunt in custodia sua, et sine dilatione et difficultate ei reddi faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Surr' quod ipsas filias et heredes predicti Johannis de Wauton', eidem J. filio Philippi habere faciat ubicunque inventi fuerint in balliva sua. Teste ut supra.

Pro Itero de Berbezill' et sociis ejus.—Mandatum est W. Carleolensi episcopo quod, cum ad presens non accedant ad eum Iterus de Berbezill', Neudrus de la Ramnd' et alii contenti in

1232.

[m. 2.] brevibus que rex ei misit de pacatione annui census sui eis facienda, predictum annuum censum suum liberari faciat certo nuntio eorum has literas ei deferenti. Teste ut supra.

De viridariis in comitatu Sumers'.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod convocato sine dilatione comitatu suo, loco Radulfi Cruket, Walteri de Tylly, Rogeri de Mariscis, Roberti Russel et Ricardi de Mariscis, qui fuerunt viridarii foreste ejusdem comitatus et mortui sunt, eligi faciat alios viridarios, ut superius de aliis viridariis.

[*Pro*] *Johanne de Eversh'.* Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod, convocatis coram se Elya filio Chere et Abraham fratre ejus et filio Deulebeneie, Judeis Wintonie, et inquisito coram eis de quantitate pecunie, in qua Johannes de Everesh' eis tenetur, terram ipsius Johannis faciant extendi et de medietate illius extente predictis Judeis singulis annis responderi, donec predicta pecunia eis persolvatur; et alia medietas predicte extente eidem Johanni cedat ad sustentationem suam: ita etiam quod de predicto debito decetero non currant usure. Teste ut supra.

Pro magistro Willelmo Crespin.—Monstravit regi magister Willelmus Crespin, cui rex commisit custodiam terre et heredum Manasseri de Petham per literas regis patentes quas idem magister inde habet, quod vicecomes Kancie sine speciali precepto regis custodiam illam cepit in manum regis. Et mandatum est vicecomiti illi quod eidem magistro Willelmo de predicta custodia, tam terre quam heredum, quam cepit in manum regis sine precepto suo, sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Et siquid inde ceperit, sine dilatione ei reddi faciat. Teste ut supra.

[*De*] *perdonatione unius marce.*—Rex perdonavit Radulfo Peverel, clerico de Cancellaria sua, unam marcam de misericordia, in quam inciderunt coram justiciariis ultimo itinerantibus apud Leic' Hugo Peverel, frater ipsius Radulfi, Galfridus Haldam et Simon de Cailly, cognati sui. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos de predicta marca quietos esse faciant. Teste rege apud Rading', xxij. die Octobris. Per G. de Craucumbe.

Et mandatum est vicecomiti Leic' quod pacem eis inde habere permittat. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est W. Carleolensi episcopo quod in bosco de Hereghes, qui est in custodia sua per preceptum regis, faciat habere Thome de Newere clerico W. de Kircham etc. vij. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

[*De prisone replegiando.*—Mandatum est vicecomiti Linc' quod, si invenerit quatuor legales homines de comitatu suo, qui replegiare voluerint Henricum cocum, qui captus fuit in Garderoba regis occasione transgressionis sue et male suspicionis de eo habite, ad

1232.
[m. 2.] habendum eum coram rege, si quis versus eum loqui voluerit; cum plegios illos receperit, se eos recepisse significet vicecomiti Wigornie, ut ex tunc ipsum Henricum, quem ob hanc causam tenet in prisona regis apud Wigorniam, per predictam plevinam deliberet, sicut rex ei precepit. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Wigornie, etc.

Pro Henrico de Capella.—Mandatum est W. de Ral' et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Buk', quod assisam de obstructione vie in Denham, quam Robertus Taillard aramiavit Henrico de Capella, quem rex ad presens non permittit recedere de servicio suo, ponat coram se et sociis suis apud Westmonasterium in crastino Animarum. Teste ut supra. Per G. de Craucumbe.

De austurco deferendo ad regem.—Mandatum est Ade de Beisin quod austurcum illum, quem habet in custodia sua de commissione H. de Burgo, comitis Kancie, et qui fuit Willelmi Lungespee quondam comitis Sarrisburie, regi in propria persona sua sine dilatione deferat; sciturus pro certo quod, nisi fecerit, mandatum est vicecomiti Salopie quod id ab eo fieri faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Salopie etc.

Pro comite Marescallo.—Mandatum est W. de Raleg' et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Buking', quod occasione alicujus inquisitionis per eos in itinere suo faciende de purpresturis factis super regem vel de libertatibus vel aliis, non ledant libertates quas predecessores R. comitis Marescalli et ipse temporibus predecessorum regis et tempore regis habuerunt, quibus hactenus usi sunt. Teste rege apud Rading', xxiij. die Octobris.

Pro Baldewino de Sancto Martino.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod, eo non obstante quod cepit in manum regis terras que fuerunt comitis de Sancto Paulo in balliva sua, faciat habere Baldewino de Sancto Martino blada et catalla sua que inventa fuerunt in terra, quam habuit de ballio regis in Alfreton', et, si quid inde fuerit amotum, ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

[*Pro*] *Johanne de Vallibus.*—Eodem modo scribitur vicecomiti Essex' pro Johanne de Wallibus de bladis et catallis que habuit in terra, quam in Sopland' habuit de ballio regis, que capta est in manum regis.

[*De*] *Willelmo de Beure.*—Mandatum est W. Carleolensi episcopo quod annuum censum Willelmi de Beur' liberari faciat Radulfo de Locres, nuncio suo, et annuum censum Willelmi de Chay Eymonino nuncio suo, quos quidem census rex ei precepit liberari. Teste ut supra.

1232.
[m. 2.] *De girofalcone dato R. comiti Marescallo.*—Mandatum est Henrico de Hanvill' quod de girofalconibus, quos regi misit rex Norwegie et sunt in custodia sua, liberet presentium latori unum de pulcrioribus et integrioribus ad opus R. comitis Marescalli, de dono regis. Et miratur rex quod ipsum ad mandatum P. de Rivall' per literas suas non liberavit. Teste rege apud Rading', xxiij. die Octobris.

De centum marcis que debentur in curia Romana pro legitimatione Ricardi capellani.—Mandatum est Petro Saraceno civi Romano, rogando quod de solutione c. marcarum que pacate fuerunt in curia Romana pro legitimatione Ricardi de Sancto Johanne capellani optinenda, nihil a predicto Ricardo exigat vel exigi permittat; quia rex vult teneri in solutione earundem c. marcarum et de eis quibus debentur respondere. Teste rege apud Rading', xxv. die Octobris. Per G. de Craucumbe.

De respectu loquele.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam, que est coram eis inter Simonem de Monte Forti et Margaretam comitissam Wintonie, ponant in respectum de die in diem usque in crastinum Animarum coram rege. Teste ut supra.

De manerio de Lech' dato cum corde R. comitis Cestrie.—Rex R. comiti Cestrie et Linc' salutem. Petitioni vestre quam nobis duxistis faciendam, ut manerium de Lech cum pertinentiis, quod dederatis domui vestre de Deulacresse cum corde vestro, quod ibi legavistis sepeliendum, eidem domui confirmaremus, benignissime condescendentes, dictam confirmationem incontinenti post susceptionem literarum vestrarum fieri fecimus, cupientes cum summo desiderio ut restituta vobis a Domino sanitate, preces vestras sicut parati sumus sepius effectui mancipare. Teste ut supra.

De essartis de Acornebir'.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod essarta de Acorneby liberari faciat Rogero de Lond', ballivo Petri de Rivall', custodienda cum omnibus bladis et instauris, que in eisdem essartis inventa fuerunt, quando ea cepi (*sic*) in manum regis. Teste rege apud Rading', xxvj. die Octobris.

De tradendis in baillium.—Galfridus de Ledeston', prepositus Johannis filii Radulfi et Ricardi de Marton', quos Emma que fuit uxor Nicholai filii Hugonis berearii appellat de morte predicti Nicholai viri sui odio et athia et non etc. ut rex accepit per inquisitionem, habet literas directas vicecomiti Eboraci quod tradantur in ballium, quilibet eorum xij. etc. usque ad adventum justiciariorum etc. Teste ut supra.

[m. 1.] *De respectu loquele.*—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis per breve regis a die Sancti Michaelis in unum mensem inter G. de Craucumbe et Johannem Gulafre, Adam de Fonte, Johannem de la Rewe, Godefridum Makerell' et Galfridum Akerman, quare vi et armis intruserunt se in terram ipsius G., quem idem rex retinuit in servicio suo, ponant in respectum usque ad octabas Sancti Martini anno regni nostri xvij.

1232.
[m. 1.] Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam, que summonita est coram eis per preceptum regis inter Galfridum filium Willelmi petentem et Amauricum de Sancto Amando, qui profectus est in partes transmarinas in servicio regis, tenentem, de terra in Feringho, ponant in respectum usque in xv. dies a die Pasche, anno etc. xvij. Teste rege apud Waling', xxvij. die Octobris.

Pro Clementia que fuit uxor R. comitis [*Cestrie* *] *et Linc'*.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod de maneriis de Beminton' et de Lungeberg', que sunt maritagium Clementie comitisse Cestrie, que fuit uxor Rannulfi comitis Cestrie, plenam saisinam eidem Clementie habere faciat. Faciat etiam eidem Clementie plenam saisinam habere de omnibus terris, redditibus, serviciis et aliis pertinentiis que Bertrea quondam comitissa Cestrie habuit nomine dotis in maneriis de Wadinton', Normanneby, Benteford', Dunynton' et Hauteberg, que quidem rex assignavit eidem Clementie loco dotis ad se sustentandam; eo tamen salvo heredibus ipsius comitis quod ipsi possint dictam comitissam convenire super diminutione dotis si dicere velint quod habeat magis in dotem quam habere debeat, et salvo similiter dicte comitisse quod plus petere possit in dotem si dicere voluerit quod non fuerit sufficienter dotata. Teste rege apud Oxoniam, xxvij. die Octobris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Dereb' pro eadem comitissa de manerio de Reppendon' cum pertinentiis, quod predicta comitissa Bertrea tenuit in dotem: quia rex assignavit ei predictum manerium una cum aliis terris, ut superius.

Pro comite R. Marescallo.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod, eo non obstante quod rex concessit eis quandam consuetudinem capiendam de mercatoribus venientibus cum mercadisis (*sic*) ad villam suam in auxilium ejusdem ville claudende, permittat omnes mercatores de terra R. comitis Marescalli, tam de Anglia quam de Wallia et Hibernia, inde esse quietos. Teste rege apud Oxoniam, xxvij. die Octobris.

Eodem modo scribitur ballivis Oxonie excepto "tam de Anglia" etc.

Pro monialibus de Godestowe.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat monialibus de Godestowa unam marcam de termino Sancti Michaelis anno etc. xvj., quam percipere consueverunt in manerio de Shipton' de elemosina comitatus Glouc' constituta. Teste ut supra.

Pro Rogero de Lench.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod, non obstante eo quod ei precepit alias quod plenam saisinam habere faceret Jocepo Abrahe et Pig' filio Dieye, Judeis, de terris Rogeri de Lench', que sunt vadium ipsorum Judeorum pro debito que eis debet, usque in octabis Sancti Hillarii anno etc. xvij. ei inde pacem habere faciat. Teste ut supra.

* Omitted.

1232.
[m. 1.]

Pro Warino filio Galfridi.—Mandatum est P. de Rivall' quod de custodia gaiole Wintonie et de terra in Bromden' et Wutecot', quas cepit in manum regis sine mandato suo, Warino filio Galfridi talem saisinam habere faciat, cum omnibus catallis in dicta terra inventis, qualem habuit antequam capte essent in manum regis. Teste ut supra.

Pro electo de Alencestr'.—Rex electioni facte de fratre B. quondam celerario de Alencestr' in abbatem ejusdem loci, et confirmationi ejusdem, regium adhibuit assensum et favorem. Et ideo mandatum est vicecomiti War' quod de predicta abbatia cum omnibus ad eam pertinentibus plenam ei saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Wigornie et Oxonie.

1231.
[m. 19*d*.]

Essex'.—Robertus de la Rokell' attornavit Henricum de la Rokell' contra Radulfum filium Willelmi petentem, de ij. carucatis terre et uno molendino in Wigefosse et Waleden'.

Buk'.—Idem attornavit eundem contra Godefridum de Rokell', petentem, de quarta parte feodi j. militis in Estwod'.

Derb'.—Galfridus de Athour' attornavit Rogerum de Athour' contra Willelmum de Muntgomery defendentem, de rationabilibus divisis faciendis inter terram ipsius Galfridi et Matildis uxoris ejus in Snelinton' et terram predicti Willelmi in Cubelegh'.

Kancia.—Margareta de Ripariis attornavit Johannem de Hareham contra Willelmum le Butiller deforciantem de consuetudinibus etc. in Wicham, Culing et Creye.

Memorandum

Dors'.—Henricus abbas de Shireburn' venit ad curiam domini regis et petiit perambulationem fieri inter terram suam in Horton' et terram Willelmi de la Pentic', Willelmi de Serland', Rollandi prioris[a] Domus Dei de Suhamt' in Gessing.

Oxonia.—Willelmus de Draicot' et Egidia uxor ejus atornaverunt Simonem de Draicot' et Hugonem de la Val versus Johannem filium Martini de tenemento in Nord Eston'.

Berk'.—Abbas Rading' attornavit Cristianum de Torfeld' et Petrum de Rading' contra Adam de Mora de j. virgata terre in Berghefeld', exceptis tribus acris more.

Kancia.—Cecilia uxor Rothulfi filii Roberti attornavit ipsum Rothulfum contra Bartholomeum de Nenham tenentem de xlviij. acris terre in Wicham.

Mandatum est ballivis de Sandwico et de Winchel' quod omnibus mercatoribus in portum suum venientibus cum vinis et aliis mercandisis scire faciant quod salvo et secure in terram Anglie veniant

[a] *Priorem*, in MS.

1231.

[m. 19*d*.] et in civitatem Lond' cum vinis et mercandisis suis, faciendo inde rectas et debitas consuetudines, nec sibi timeant de malis toltis quas eis faciat rex vel in terra sua fieri permittat, vel quod de vinis vel aliis mercandisis ad opus regis capiendis eis aliquam injuriam sive pacationis sue dilationem fieri permittat. Teste rege apud Lamh', ij. die Decembris.

[m. 18*d*.] Magister Henricus de Cern', Willelmus de Cherlecot' et Matildis uxor ejus in curia regis coram justiciariis suis apud Dorcestr' recuperaverunt saisinam suam de advocatione ecclesie de Melecumbe versus Robertum de Turbervill', per assisam ultime presentationis ibidem inter eos captam. Et mandatum est R. Sarrisburiensi episcopo quod ad presentationem predictorum Henrici, Willelmi et Matildis ad eandem ecclesiam idoneam personam admittat. Teste Alvredo de Linc' apud Dorcestr', xj. die Novembris.

[m. 17*d*.] *Justiciariis de Banco. Staff'*.—Robertus Michaelis venit coram rege die Mercurii post festum Sancte Lucie,* et petiit terram suam et pasturam ad quadringentas et xlj. oves in Bugsaghe et in Cherlet' sibi replegiari, quam Willelmus Lungesp' clamat versus eundem Robertum per breve regis, et que capta fuit in manum regis pro defalta ipsius Roberti. Teste rege apud Lamh', vij. die Decembris.†

Linc'.—Abbas de Kirkested' attornavit fratrem Robertum de Kyrkested' contra Reginaldum de Benington' de j. mesagio in villa Sancti Botulfi, et contra Willelmum de Tymelby de consuetudinibus et serviciis.

Essex'.—Robertus Blundus et Albreda uxor [ejus]‡, Nicholaus de Saundon' et Agneta uxor ejus attornaverunt Johannem de Saundon' contra Walterum de Ranwell' tenentem, de una virgata terre in Belcham.

Kancia.—Henricus de Waltham attornavit Engeram de Seford' contra Thomam de Bavelingham querentem, de consuetudinibus etc. in Thurncham.

Kancia.—Willelmus de Ceriton' attornavit Gilebertum de Froingham contra Mariam filiam Roberti de Setvans de una carucata terre in Mapeldrecham.

Linc'.—Johannes de Nevill' attornavit Alvredum de Leisseby contra Ernisium de Nevill' deforciantem, de consuetudinibus etc. in Netleton'.

Norf'.—Adam de Raclesden' et Agneta uxor ejus attornaverunt Thomam de Duntun' et Rogerum contra Hugonem de Reymes et Aliciam matrem ejus, de quarta parte feodi unius militis in Overstrand' et Northrepp'.

H. rex etc. vicecomiti Kancie salutem. Scias quod constituimus dilectos et fideles nostros Stephanum de Segrave, Thomam de

* Altered from *Sabbato in festo Sancti Nicholai*.

† Altered from *Theukesbiriam ij. die Decembris*.

‡ Omitted in MS.

1231.
m. 17d. Muleton', Robertum de Lexington' et Willelmum de Insula justiciarios nostros ad itinerandum in comitatu tuo, et ad omnes assisas et omnia placita in eodem comitatu, tam de corona nostra quam de aliis, que emerserunt postquam justiciarii nostri ultimo itineraverunt in comitatu tuo, placitanda apud Roffam in crastino Sancti Hylarii anno regni nostri xvj. Et ideo tibi precipimus quod summoneri facias per bonos summonitores omnes archiepiscopos, episcopos, comites, barones, milites et libere tenentes in comitatu tuo, et de qualibet villa quatuor legales homines et prepositum, et de quolibet burgo ejusdem comitatus xij. legales burgenses, et omnes alios qui coram justiciariis itinerantibus venire debent et solent, quod sint coram predictis justiciariis nostris predictis die et loco audituri et facturi preceptum nostrum. Facias etiam venire coram eis omnia placita corone que placitata non sunt, et omnia attachiamenta ad placita illa pertinentia, et omnes assisas et omnia alia placita que ad justiciarios pertinent placitanda, cum brevibus assisarum et placitorum; ita quod assise ille et placita pro defectu tui vel summonitionis tue non remaneant. Facias etiam clamari et sciri in comitatu tuo quod omnes assise et omnia placita que emerserunt postquam justiciarii nostri ultimo itineraverunt in comitatu tuo, tunc sint coram eisdem justiciariis. Summoneri etiam facias omnes illos qui in comitatu tuo vicecomites vel coronatores fuerunt postquam justiciarii nostri ultimo itineraverunt in eodem comitatu, quod tunc sint ibidem cum brevibus assisarum et placitorum, que tempore suo receperunt, ad respondendum de tempore suo sicut responderi debet et solet coram justiciariis itinerantibus; et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste rege apud Meredon', xxvij. die Decembris, anno regni regis xvj.

Et mandatum est singulis predictorum justiciariorum per litteras separatas, quod sociis suis ibidem adhoc occurrant.

Postea substitutus fuit magister R. de Sardelawe loco R. de Lexinton' propter infirmitatem suam, qua detinetur.

Et scribitur archiepiscopis, episcopis etc.

Et mandatum est S. de Sedgrave et sociis suis etc. quod ipsum magistrum R. loco predicti R. in socium ad hoc admittant.

Postea assignavit rex Willelmum de Releg' ad itinerandum cum predictis in comitatu Kancie; et dirigitur breve archiepiscopis etc.

1232. Et Thome de Muleton' et sociis suis quod eum ad hoc admittant tanquam socium. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Januarii.

Not'.—Prior de Blie attornavit Reginaldum de Blie contra Ricardum filium Walteri petentem, de iij. bovatis terre in Barneby.

Rex priori de Spalding' salutem. Significavit nobis venerabilis pater H. Elyensis episcopus quod, cum quidam de hominibus suis, Adam filius Willelmi de Tyd nomine, transitum faceret per Spalding' cum duobus animalibus que duxerat ad vendendum, ballivi vestri eum ceperunt et incarceraverunt; postea veniens quidam de hominibus vestris, Ailrich' de Spalding', predictum apellavit in curia vestra,

1232.

[m. 17d.] imponens ei quod animalia predicta furtim abduxit, de quo, cum idem Adam vocaret ad warantum Willelmum Urre, quendam alium de hominibus vestris, ipsum ad warantum habere non potest. Et ideo vobis mandamus firmiter injungentes quod predictum Willelmum Urre, quem idem Adam de predictis animalibus vocat ad warantum, in curiam vestram venire faciatis, et secundum legem et consuetudinem regni nostri in predicta curia nostra ipsum Adam juste deduci faciatis, scituri quod, nisi id feceris, precepimus vicecomiti nostro Linc' quod id fieri faciat. Teste ipso rege apud Wynd', ix. die Januarii, anno xvj.

Et mandatum est vicecomiti Linc' quod si id facere prior noluerit, id in curia ipsius prioris exequatur.

[m. 16d.] *Devonia.*—Simon de Furnell' attornavit Henricum Dublepere contra Johannem filium Galfridi petentem, de consuetudinibus et serviciis etc. in Morton'.

Surr'.—Amabilis de Watevill' attornavit Radulfum de Watevill' et Walterum de Inglesham versus Johannem de Imeworth' de tenemento in Chelesham.

Suhamt'.—Milo de Bello Campo attornavit Robertum de Mamefeld' contra Gilebertum le Bret deforciantem, de consuetudinibus et serviciis etc. in Tichefeld.'

Surr'.—Margareta de Ripariis attornavit Hubertum filium Benedicti contra Willelmum de Amblie deforciantem, de consuetudinibus etc. in Elmeshet' et in Surmesham.

Suhamt'.—Matheus Turpin attornavit Walterum de Pourton' etc. inter ipsum Matheum et Annoram uxorem ejus petentes, et Johannem de Manebrug' tenentem, de dimidia carucata terre cum pertinentiis in Samenhurst.'

Devonia.—Willelmus de Perecot attornavit Godefridum de Garinges et Ricardum Benfet contra Edinam que fuit uxor Andree filii Ricardi petentem, de tercia parte feodi j. militis in Morthet'.

[m. 15d.] Rex assignavit Johannem Extraneum et Johannem filium Alani ad emendas faciendas ex parte regis de interceptionibus factis in comitatu Salopie Lewelino etc. et imprisiis suis infra treugas ultimo captas inter regem et predictum L., et ad emendas recipiendas a ballivis predicti L., qui eis occurrent apud Crucem Griffini die Lune in octabis Purificationis anno etc. xvj. de interceptionibus factis regi et imprisiis suis per predictum L. et imprisios suos infra treugas predictas. Et mandatum est Johanni filio Alani quod ad diem illum sit apud Crucem Griffini in occursum predictorum ballivorum ad emendas faciendas et recipiendas, ita diligenter circa idem negotium laborantes, quod pro defectu sui non contingat predictas treugas infringi. Mandavit quidem rex Thome Corbet, de quo predictus L. et imprisii sui conqueruntur, amplius quod dictis die et loco intersit emendis predictis faciendis. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Januarii.

Et mandatum est predicto Thome etc.

1232.
[m. 15d.]

Patentes.—Et mandatum est ballivis predicti L. qui illuc venturi sunt ad diem illum, quod rex mittit ad partes Marchie magistrum Alexandrum de Swereford' et Nicholaum de Molis ad emendas faciendas * et recipiendas de interceptionibus factis infra predictas treugas. In cujus etc.

Clause.—R. comiti Cornubie et ballivis suis et ballivis de Castro Matildis, quod sint ibidem dictis die et loco ad predictas emendas faciendas et recipiendas.

Mandatum est vicecomiti Kancie quod per totum comitatum suum clamari faciat quod nullus adeo sit audax, quod manum mittat ad res et catalla clericorum Romanorum in balliva sua, nec procuratorum eorundem, nec ad res et catalla W. electi Valensis, filii comitis de Saveye, nec in aliquo eis forisfaciat. Mittat etiam idem vicecomes servientes suos usque Raculf', redditum predicti electi, et usque redditus quos abbas Sancti Augustini, Kantuarie, tenet ad firmam a clericis Romanis in balliva sua, et si aliquos invenerit blada ipsius electi vel Romanorum predictorum que sunt in custodia ipsius abbatis vel aliorum triturantes, corpora eorum arestari et salvo custodiri faciat, donec a rege aliud habuerit mandatum. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Januarii.

Memorandum quod Thome de Muleton', uni justiciariorum itinerantium in comitatu Kancie, liberatum fuit privilegium quoddam regi indultum a domino Papa, ne prelati in justiciarios itinerantes, vicecomites et ballivos presumant promulgare, monitione canonica non premissa. Et reddet idem Thomas idem privilegium domino cancellario.†

Rex P. duci Britannie et comiti Richem' salutem. Sciatis quod de adventu vestro, de quo rumores audivimus, hilares effecti sumus et jocundi, vobis signantes quod bene veneritis. Et ut manifeste constet vobis quod inde plurimum gratulamur, mittimus in occursum vestrum dilectum et fidelem nostrum Philippum de Albin', Johannem filium Philippi, senescallum nostrum, et Willelmum Hardel, qui vos, sicut decet, ad nos honorifice conducant. Volumus quidem quod a die applicationis vestre modis omnibus sitis ad custum nostrum in veniendo ad nos et nobiscum morando quamdiu fueritis in Anglia; et vos rogamus quatenus id benigne fieri permittatis, scituri quod, nisi id feceritis, inhibuimus omnibus ballivis nostris per quos transitum facturi estis, quod nullum genus victualium ad opus vestrum vendi permittant. Teste rege apud Lamb,' xvj. die Januarii.

Et mandatum est vicecomitibus Devonie, Sumers' et Dors', Suhamt', Sussex', Kancie, quod si idem comes in aliquo portu de ballivis suis applicuerit et per ballivas suas transitum fecerit, prohiberi faciant in locis, per que transibit, quod nullus aliquod genus victualium ei vendat, sicut se voluerit indempnem servare; et intendentes sint predictis fidelibus regis quamdiu fuerint in ballivis suis ad ipsum comitem honorandum et ad inveniendum ei que ei fuerint necessaria, sicut ipsi eis dicent ex parte regis. Teste ut supra.

* Omitted in MS. † See *Fœdera*, I. 200.

1232.

[m. 15*d*.] *Buk'*.—Ricardus de Amundevill' ponit loco suo Thomam de Monte et Philippum le Moyne versus Reginaldum de Fraxino de una virgata terre in Thornberg'; et versus Philippam, que fuit uxor Willelmi de Fraxino, de una virgata terre in eadem villa.

Essex'.—Roesia de Rupella attornavit Willelmum Antioch' etc. contra Robertum de Rupella et Aliciam de Rupella de duabus carucatis terre et uno molendino in Wydipet; et contra Robertum de Rupella de lxxiiij. acris terre in Elmedon'; et contra Aliciam de Rupella de lxxiij. acris terre in eadem villa; et contra Henricum de Rupella de xx. acris terre in eadem villa; et contra Radulfum de Norf' de v. acris terre in eadem villa; et contra Adam Cappe de j. acra terre in eadem villa; et contra Godefridum Frost de tribus acris terre in eadem villa; et contra Johannem Slepere de j. acra terre in eadem villa; et contra Editham, que fuit uxor Willelmi Goiz, de j. acra terre in eadem villa; et contra Paganum Revil de dimidia acre terre in eadem villa; et contra Ricardum Modipintel de j. mesuagio in eadem villa; et contra Aliciam de Rupella de j. carucata terre et duabus acris bosci in Wetheref'; et contra Robertum de Rupella de iiij. acris bosci in eadem villa; et contra Robertum de Rupella de xxvj. acris et duabus partibus j. acre terre, et viij. acris bosci et v. acris et duabus partibus dimidie acre prati in Sparhaueseie; et contra Aliciam de Rupella de xiij. acris et tercia parte j. acre terre et quatuor acris bosci et duabus acris et dimidia et tercia parte dimidie acre prati in eadem villa; et contra Nicholaum de Crevequer' et Laderenam uxorem ejus de quater viginti acris terre et quatuor acris prati in eadem villa.

[m. 14*d*.] Rex dilecto et fideli suo Fulconi Baignard'. Sciatis quod assignavimus vos, una cum dilecto et fideli nostro Rogero filio Osberti, ad esscaetas et wardas nostras comitatus Norf' custodiendas, et ad respondendum inde nobis ad Scaccarium nostrum. Et mandavimus vicecomiti nostro Norf' et Suff' quod vobis et predicto Rogero de escaetis de escaetis (*sic*) nostris et wardis quotiens acciderint in predicto comitatu Norf', plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est, et quod de vobis et ipso Rogero in pleno comitatu suo sacramentum recipiat quod fideliter dictas escaetas et wardas custodietis et nobis inde respondebitis. Et ideo vobis mandamus quod ad hoc fideliter intendatis, et super eadem sacramentum nobis prestetis, sicut predictum est; ita quod fidelitatem vestram merito debeamus habere commendatam. Teste me ipso apud Westmonasterium, viij. die Februarii.

Eodem modo scribitur predicto Rogero filio Osberti.

Rex vicecomiti Norf' et Suff', salutem. Sciatis quod assignavimus dilectos et fideles nostros Fulconem Baynard' et Rogerum filium Osberti ad escaetas et wardas nostras comitatus Norf', et Willelmum de Ambel' et Hugonem Talemasch' ad escaetas et wardas nostras comitatus Suff' custodiendas, et ad respondendum inde nobis ad Scaccarium nostrum. Et ideo tibi precipimus quod de escaetis et wardis

1232.
[m. 14d.]

predictis quotiens acciderint, plenam eis saisinam habere facias, sicut predictum est, faciens ipsos similiter jurare in pleno comitatu tuo proximo post suscepcionem litterarum istarum, sicut eis damus in mandatis per litteras nostras quas tibi mittimus eis porrigendas, quod ipsi fideliter dictas escaetas et wardas nostras custodient et nobis ad Scaccarium nostrum respondebunt. Teste ut proximo superius.

Norhumbria - -	Johannes le Viscunte.
	Jordanus Heyron.
Cumbria - -	Ricardus de Levington'.
	Radulfus de la Ferte.
Lanc' - - -	Rogerus Gernet.
	Galfridus Balistarius.
Eboracum - -	Walterus de Percy.
	Willelmus le Cunstabl'.
Noting' et Dereb' -	Willelmus de Cressy.
	Hugo filius Radulfi.
Suff' - - -	Willelmus de Ambelye.
	Hugo Talemasch.'
Linc' - - -	Simon de Roppesl'.
	Willelmus de Rowell'.
Leic' - - -	Willelmus Basset.
	Willelmus de Folevill.'
War' - - -	Johannes de Lodbroc'.
	Willelmus de Bissopesdon'.
Wigornia - - -	Eudo de Bello Campo.
	Hugo le Poher.
Saff' (*sic*) - -	Robertus de Cnicteleg'.
	Stephanus Meverel.
Salopia - - -	Vivianus de Roshal'.
	Herebertus Mauveisin.
Heref' - - -	Ricardus de Pancefot.
	Nicholaus le Seculer.
Glouc' - - -	Radulfus de Wilyton'.
	Radulfus de Chandos.
Sumers' - -	Robertus de Blakeford.*
	Johannes de Reygny.
Dors' - - -	Simon de Maneston.†
	Willelmus Cusyn.
Devonia - - -	Rannulfus de Albemarl'.
	Warinus filius Johel'.
Wilt' - - -	Reginaldus de Caln'.
	Willelmus Gerebert.
Suhamt' - - -	Walterus de Rumes'.
	Hugo de Wingham.
Surr' - - -	Hamo de Gatton'.
	Radulfus de Clere.

* Jordanus de Clynton was originally written, but this is cancelled, and "Robertus de Blakeford loco ejus per literas" inserted.

† Radulfus Belet was originally written, but this is cancelled, and "Substitutus est loco ejus per literas regis Simon de Maneston" inserted.

1232.
[m. 14*d*.]

Sussex' - - -	Simon de Echingham.
	Hugo Sanzaver.
Kancia - - -	Robertus de Rokel'.
	Simon de Creye.
Midd' - - -	Galfridus de Jarpunvill'.
	Nicholaus de Sancto Germano.
Berk' - - -	Rogerus de Cuserug'.
	Henricus Basset.
Oxonia - - -	Radulfus de Saucey.
	Robertus de Aumary.
Norhamt' - -	Robertus de la Saucee.
	David de Esseb'.
Buk' - - -	Ricardus de Bello Campo sub Ciltr'
	Amauricus de Nodariis.
Rotel' - - -	Radulfus de Normannevill'.
	Alanus Basset.
Bed' - - -	Walterus filius Umfridi.
	Johannes de Boeles.
Hunt' - - -	Michael de Furnell'.
	Oliverus Monachus.
Cantebrigia - -	Everardus de Trumpinton'.
	Ricardus le Botiller.
Essex' - - -	Willelmus de Herlaue.
	Ricardus filius Simonis.
Hertf' - - -	Simon de Fornell'.
	Petrus de Tany.

Rex Willelmo de Vescy, salutem. Quia nobis et regno nostro nullatenus expediret quod turneamenta ad presens tenerentur in terra nostra pro negociis nostris, quibus nos et nostros urgenter oportebit intendere tam in marchia Wallie quam occasione adventus comitis Britannie in Angliam, quem de die in diem exspectamus; vobis mandamus rogantes quatinus, sicut nos et honorem nostrum diligitis, ad turneamentum captum apud Blyam die Lune vel die Martis proxima ante Cineres anno regni nostri xvj. non accedatis, nec ibidem turneetis, scituri pro certo quod a die Pasche in xv. dies de communi consilio fidelium nostrorum, qui tunc nobis aderunt, de mandato nostro providebimus qualiter turneamenta in terra nostra de licencia nostra comode teneri possint, ita quod id vobis et ceteris fidelibus nostris placere debeat, et grates inde nobis scietis. Teste me ipso apud Westmonasterium, x. die Februarii.

Eodem modo scribitur comiti Johanni, Johanni de Burgo, comiti Ricardo, constabulario Cestrie, Willelmo de Say, Henrico de Hasting' Willelmo Mauduit.

Militibus quibusdam de familia regis scribitur sic.

Rex Ricardo de Gray, salutem. Mandamus vobis firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini, et sicut nos et honorem nostrum, simul et terras vestras quas tenetis diligitis, nullo modo presumatis accedere ad torneamentum captum apud Bliam die Lune

1232.
[m 14d.]

vel die Martis proxima ante Cineres anno etc. xvj. ad torneandum ibidem vel alibi; scituri quod si forte contra mandatum nostrum ibi vel alibi torneaveritis, tam graviter ad vos capiemus quod alias hujusmodi contra voluntatem nostram formidabitis attemptare. Teste ut supra.

Nomina sunt in parvo rotulo de Novo burgo.

Patentes.—Sub forma ista scribitur omnibus militibus de familia regis qui ibidem convenerint ad torneandum.

Linc'.—Abbas Sancti Petri de Burgo attornavit Ricardum Pecke et Ricardum de Saltledeb' de divisis faciendis inter terram ipsius abbatis in Thurleb' et terram Hugonis Wak' in Brunne.

Suff'.—Simon de Perepunt attornavit Thomam le Latimer contra Walterum fabrum de consuetudinibus etc. et que ipse Simon exigit etc. in Benacr'.

Rex L. principi de Abbefrau et domino de Snaudon', spiritum sanioris consilii. Memoriter retinemus et vos credimus memoriter tenere quod post recessum nostrum a Castro Matildis in Elevein, quod firmari fecimus, per transmissos ad nos nuntios vestros, videlicet magistros Instructum et Philippum, capte fuerunt inter nos et vos treuge duraturе usque in unum annum a festo Sancti Andree proximo preterito, quas quidem treugas dilectus et fidelis noster R. filius Nicholai juravit in animam nostram et dilecti et fideles nostri R. comes Cornubie* et Pictavie, frater noster, et H. de Burgo comes Kancie etc., de precepto nostro juraverunt ex parte sua, et quas similiter jurari fecistis in animam vestram et imprisii vestri ex parte sua juraverunt; ita quod interceptiones interim hinc inde perpetrate per dictatores ex utraque parte datos emendarentur. Ad quos faciendum ex parte nostra pro nobis et imprisiis nostris in partibus de Elevein nuper misimus dilectos et fideles nostros magistrum A. archidiaconum Salopie et Nicholaum de Molis, et in partibus Salopie, dilectos et fideles nostros Johannem filium Alani et Johannem Extraneum juniorem, licet nobis signaveritis quod super interceptionibus predictis vobis et vestris factis tam per dilectum et fidelem nostrum Thomam Corbet quam alios de nostris nichil fuerit satisfactum; cum etiam vos super interceptionibus nobis et nostris factis, ut asseritis, ut asseritis (*sic*), satis feceritis, et si quid minus actum est, parati sitis adinplere. Vobis igitur duximus signandum quod grave nobis est et molestum si dicte et debite emende secundum formam predictarum treugarum, et sicut injunximus prefatis dictatoribus nostris, vobis et vestris facte non fuerint, in quo quod minus actum est, vobis modo debito satisfacere sumus parati. Verum quia pro adventu dilecti et fidelis nostri P. ducis Britannie, comitis Richem', qui nuper applicuit in Angliam apud Lond', convocari fecimus secunda die Quadragesime dilectos et fideles nostros R. comitem Cornubie et Pictavie, fratrem nostrum, R. comitem Cestrie et Linc', W. comitem

* Altered from *Cestr'*.

1232.
[m. 14d.] Warennie, W. comitem de Ferrariis et alios magnates nostros, tractatum habituri cum eisdem super arduis negociis nostris honorem nostrum et nostrorum specialiter tangentibus, unde etiam speramus vos in subsequenti fore gavisuros, sicut de honore vestro facturi estis et de jure, ad presens nullatenus sine gravi dispendio nostro et regni nostri, quod non credimus vos velle, nos potuimus alias divertere donec predictum tractatum cum ipsis fidelibus nostris habuerimus et super memoratis negociis nostris deliberaverimus cum eisdem. Sciatis siquidem pro certo et minime dubitetis quod habita deliberatione super negociis predictis divertemus nos versus partes Marchie, id quod minus factum est super emendis predictis vobis faciendis plene et debite adinpleturi, ita quod id vobis et vestris merito placere debeat. Et si, quod absit, infirmitate corporis vel aliquo casu inopinato detenti illuc venire non possimus, mittemus ad partes illas dilectos et fideles nostros R. comitem Pictavie, fratrem nostrum, et H. de Burgo etc. cum aliis de fidelibus nostris ad dictas emendas vobis faciendas et tractatum vobiscum habendum super firma pace inter nos et vos reformanda et statuenda; nec molestet vos quod cum tractatus haberetur super emendis vobis faciendis de interceptionibus vobis factis per predictum Thomam Corbet et complices suos, ipsum respondisse quod nullum dominium habuit in predictis malefactoribus, quorum nomina nobis signastis, preterquam in duobus, cum alii essent de potestate nostra, quoniam nos tam de hiis quam de aliis ubicunque in potestate nostra vel nostrorum fuerint inventi, vobis volumus satisfieri. Ad hoc grates vobis referimus quod, prout nobis signastis, juxta mandatum nostrum partes Marchie appropinquabatis ad colloquium super reformatione pacis predicte nobiscum habendum, et sciatis quod districte mandavimus dicto fratri nostro quod interceptiones factas vobis et vestris infra predictas treugas per Ricardum Suward' sine dilatione digne faciat emendari; quod si facere noluerit, nos eas emendare non omittemus, quia nec pro dicto fratre nostro nec pro alio volumus aliquatenus culpam perjurii incurrere. Teste rege apud Geldef', xx. die Februarii.

Henricus Fab' die Veneris proxima ante Cineres anno etc. xvj. venit coram rege et terram suam in Cudinton' in comitatu Oxonie, quam Fray Punchard' clamat versus eum, et que capta est in manum regis per defaltam ipsius, petit sibi replegiari. Et hoc signatum est justiciariis de Banco ut hoc sciant.

Midd'.—Robertus de Bello Campo et Juliana uxor ejus attornaverunt loco suo Michaelem de Anc et Ricardum de Gatemora vel alterum etc. in loquela que summonita est coram rege apud Lond' die Dominica ante festum Sancti Gregorii de intrusione, quam Willelmus filius Henrici de Sancto Albano et Alicia uxor ejus fecerunt in quoddam mesuagium in Neuton'.

Glouc'.—Ricardus abbas Westmonasterii attornavit Petrum de Burton' contra Robertum de Perham et Matildem uxorem ejus deforciantes, de consuetudinibus etc. in Burton'.

1232.

[m. 14*d*.] *Hertf'*.—Gerardus de Furnivall' attornavit Ricardum de Wudecroft contra Johannem de Bassingeburn' de secta quam idem Johannes ab eo exigit ad molendinum suum in Watton'.

Helena, que fuit uxor Willelmi de Bedeford,' die Martis ante festum Sancti Gregorii petiit a rege terciam partem tercie partis unius carucate terre cum pertinentiis in Bedeford' sibi replegiari, que capta fuit in manum regis pro defalta quam in curia regis coram justiciariis in Banco fecit, ut dicitur, versus Hawisiam que fuit uxor Henrici de Bedeford'. Et hoc eisdem justiciariis significat rex. Teste rege apud Westmonasterium, ix. die Marcii.

[m. 13*d*.] Rex licentiam dedit vinetariis Oxonie quod vendant sextercium vini pro xij. denariis usque in unum mensem post Pascha anno etc. xvj. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod sic fieri permittat. Teste rege apud Hamsted,' xx. die Marcii.

Wilt.'—Thomas Mauduit attornavit Johannem personam de Den' et Ricardum Maudut contra Petrum Pykot canonicum Sarrisburiensem, deforciantem, de secta quam exigit ab eodem Petro ad hundredum suum de Werministr', et contra eundem Petrum petentem, ne idem Thomas distringat eum ad faciendum sectam vel alias consuetudines contra libertates quas ecclesia Sarrisburiensis habet per cartas regum Anglie.

Kancia.—Thomas de Baveling' attornavit Herfredum de Gatton' in loquela etc. inter ipsum Thomam et Mabiliam uxorem ejus petentes, et Hugonem de Nevill' et Beatriciam uxorem ejus deforciantes, de consuetudinibus et serviciis etc. in Thurneham.

Ballivа Wintonie.—Garinus filius Galfridi et Benedicta uxor ejus attornaverunt Hugonem de Heref' contra Brianum de Garstrete tenentem, de v. mesuagiis in Wintonia.

Suhamt'.—Beatricia de Bovill' attornavit Henricum de Bovill' et Henricum de Bradel' contra Henricum de Brayboef' tenentem, de tercia parte j. carucate terre cum pertinentiis in Cramburn'.

Linc'.—Johannes de Cokerinton' attornavit Ricardum filium Willelmi et Hugonem de Barworth' contra Thomam filium Gileberti de eo quod idem Thomas acquietet ipsum Johannem de servicio quod Alanus de Muleton' exigit ab eo etc. in Sumercot'.

Rannulfus et Hugo filii Thoraldi, Willelmus filius Johannis et Robertus frater ejus attornaverunt Rogerum filium Thoraldi contra Johannem filium Geve, Rannulfum filium Gode et Emmam uxorem ejus et Emmam, que fuit uxor Alic' filii Ricardi, tenentes, de xv. acris terre in Skitebroc'.

Quia rex carere non potest G. de Craucumbe, quem B. de Insula petebat sibi associari ad placita warrenne in comitatu Kantebrigie placitanda, mandatum est eidem B. quod, assumpto secum vicecomite Kantebrigie, placita illa, prout melius scierit, placitet. Teste rege apud Clarend', xxx. die Marcii.

Et mandatum est eidem vicecomiti quod ad hoc una cum predicto B. diligenter intendat. Teste ut supra.

1232.

[m. 13d.] *Hibernia.*—Nicholaus Parvus attornavit Radulfum de Jerchull' et Rogerum Not contra priorem de Lantoney de assisa ultime presentationis et contra Georgium Defuble petentem, de j. carucata terre in Dunbuiny.

[m. 12d.] *Leic'.*—Rogerus le Waleis attornavit Henricum le Waleis contra Ivonem de Langeton', de hoc quod idem Ivo acquietet ipsum Rogerum de servicio quod Rogerus la Suche exigit ab eo de tenemento etc. in Overton'.

Hertf'.—Jordanus de Ainho attornavit Willelmum de Horned' in loquela etc. inter ipsum Jordanum et Juliam uxorem ejus petentes, et Willelmum de Grene et Aliciam uxorem ejus tenentes, de conventione inter eos facta de viij. acris terre et medietate v. acrarum prati et tribus solidatis redditus in Sabritesworth'.

Essex'.—Barbota uxor Martini filii Simonis attornavit ipsum Martinum virum suum contra Thomam de Benflet tenentem, de v. acris terre in Parva Benflet.

Rex nobili viro et amico in Christo karissimo* comiti Sabaudie, salutem. Referentibus nobis priore et monachis Sancte Trinitatis Cantuarie, quibus quasdam literas transmisistis, intelleximus quod vehementer moti et perturbati eratis super quibusdam dampnis et injuriis illatis in regno nostro filio vestro super redditibus suis ibidem optentis. Ad quod imprimis vestram cupimus scire dilectionem, quod grave nobis admodum est et molestum si que dampna sustinuit in regno nostro super aliquibus reddituum suorum memoratus filius vester; quoniam, teste Eo quem non latent abscondita cordium, volumus et precepimus quod homines, res et redditus ipsius filii vestri per totum posse nostrum tuti consistant et defensi, sicut nostra dominica, et hoc satis declarabit operum subsequentium effectus. Quoniam in quibuscumque poterunt procuratores ipsius filii vestri coram nobis declarare quod aliquas jacturas vel dampna sustinuerit, hoc ita digne faciemus emendari, ablata plene restituendo et illis qui hujusmodi scelus in dedecus nostrum audebant attemptare, tam gravem penam infligendo, quod et vobis et ipso filio vestro multipliciter satisfiet in hac parte. Nec est necesse nec expedit, si placet, quod memorati procuratores exeant terram nostram, sicut fieri mandastis, quoniam quamcito quibusdam minis stolidis perterriti nobis id significassent, eos et res filii vestri in partibus Kancie in quibus tunc agebant, in plena fecimus pace consistere; nec aliquis eos postea molestavit vel molestabit, immo tuti et securi stabunt in terra nostra sicut aliqui ex nostris, quos cariores habemus. Sinceritatem† igitur vestram attentius exorandam duximus quatinus, siquam indignationem erga nos vel regnum nostrum vel aliquem de nostris occasione supradicta concepistis, eam remittere velitis, indubitanter scituri quod offensam vestram, ut amici nostri specialis et dilecti, cupimus et volumus modis omnibus devitare, et ea desideranter facere que debeant amicitie vestre complacere. Teste me ipso apud Westmonasterium, xv. die Aprilis.

* Blank left in MS. for initial. † *Sciteritatem* MS.

1232.
[m. 12d.

Rex vicecomiti Notingham et Dereb', salutem. Summone per bonos summonitores omnes archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites et libere tenentes de tota balliva tua, et de qualibet villa iiij. legales homines et prepositum, et de quolibet burgo xij. legales burgenses, et omnes alios, qui coram justiciariis itinerantibus venire debent et solent, quod sint apud Noting' in crastino Sancte Trinitatis anno etc. xvj. coram dilectis et fidelibus nostris S. de Sedgrave, Adam de Novo Mercato, Willelmo Basset, Willelmo de Eboraco, magistro R. de Shardelawe et magistrum Walterum (*sic*) de Cantilup', Willelmo de Insula, quos justiciarios nostros constituimus, audituri et facturi preceptum nostrum. Facias etiam tunc venire coram eisdem justiciariis omnia placita corone, que placitata non sunt et que emerserunt postquam justiciarii nostri ultimo itineraverunt in partibus illis, ad omnia placita et omnia athachiamenta ad placita illa pertinentia, et omnes assisas et omnia placita que posita sunt ad primam assisam coram justiciariis, cum brevibus assisarum et placitorum; ita quod assise ille et placita pro defectu tui vel summonitionis tue non remaneant. Facias etiam clamari et sciri per totam bailliam tuam quod omnes assise et omnia placita que fuerunt atterminata et non finita coram justiciariis nostris apud Westmonasterium, vel coram justiciariis nostris, qui ultimo itineraverunt in comitatibus tuis de omnibus placitis, vel coram justiciariis nostris illuc missis ad assisas nove dissaisine capiendas et gaiolas deliberandas, tunc sint coram prefatis justiciariis nostris apud Noting' in eodem statu, in quo remanserunt per preceptum nostrum, vel per preceptum predictorum justiciariorum nostrorum itinerantium, vel per justiciarios nostros de Banco. Summone etiam per bonos summonitores omnes illos qui fuerunt vicecomites post ultimam itinerationem predictorum justiciariorum in partibus illis, quod tunc sint ibidem coram predictis justiciariis nostris cum brevibus de assisis et placitis que tempore suo receperunt, ad respondendum de tempore suo, sicut responderi debet, coram justiciariis itinerantibus. Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste me ipso apud Westmonasterium, vij. die Maii, anno etc. xvj.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Cantebrigie et Hunted', Essex' et Hertford' ad diem et locum, que predicti[*] justiciarii eisdem vicecomitibus mandabunt per literas suas.

Rex archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, militibus, libere tenentibus et omnibus aliis de comitatibus Noting' et Dereb', Cantebrigie et Hunted', Essex' et Hertf', salutem. Sciatis quod constituimus dilectos et fideles nostros Stephanum de Sedgrave etc. ut supra, justiciarios nostros ad itinerandum per comitatus predictos de omnibus assisis et placitis, tam corone nostre quam aliis que emerserunt postquam justiciarii nostri ultimo itineraverunt in partibus illis, et de illis etiam que atterminata fuerunt et non finita coram justiciariis nostris apud Westmonasterium vel coram justiciariis nostris, qui ultimo itineraverunt in comitatibus predictis de omnibus placitis, vel tantum de

[*] *Predictis*, in MS.

1232
[m. 12*d*.]

assisis nove dissaisine* capiendis et gaiolis deliberandis, ut sint coram eis in eo statu in quo remanserunt per preceptum nostrum, vel per predictos justiciarios nostros itinerantes, vel per justiciarios nostros de Banco. Et mandavimus vicecomiti de predictis comitatibus Noting' et Dereb' quod in crastino Sancte Trinitatis anno etc. xvj. faciat coram eis apud Noting' summonitiones fieri et athachiamenta venire cum brevibus assisarum et placitorum predictorum. Mandavimus similiter vicecomitibus de predictis comitatibus Cantebrigie et Hunt', Essex' et Hertf', quod ad dies et loca, que ipsi justiciarii eis mandabunt, faciant coram eis summonitiones fieri et atachiamenta venire cum brevibus assisarum et placitorum predictorum. Et ideo vobis mandamus quod ad hoc predictis justiciariis nostris sitis intendentes. In cujus etc. fieri fecimus. Teste ut supra.

Rex dilecto et fideli suo Ade de Novo Mercato, salutem. Sciatis quod constituimus vos justiciarium nostrum una cum dilectis et fidelibus nostris S. de Sedgrave etc. ad itinerandum ad omnia placita in comitatibus Noting' et Dereb' et aliis, ut supra. Et ideo vobis mandamus quod in crastino Sancte Trinitatis predictis sociis vestris occurrentes apud Noting' ad dictum iter incipiendum, taliter negociis nostris in eodem expediendis intendatis, quod diligentiam vestram habentes commendatam, ipsam pro tempore digne respicere debeamus cum multiplici graciarum actione. Teste ut supra.

Sicut superius est inrotulatum de itinere predictorum justiciariorum in predictis comitatibus, eodem modo scribitur de itinere justiciariorum in comitatibus subscriptis.

W. de Ralegh', R. de Lexinton', R. Duket, Adam filius Willelmi, Radulfus filius Reginaldi, in comitatibus War' et Leic', Norhamt', Bedeford' et Buk', apud Leic' in crastino Sancte Trinitatis; et in aliis comitatibus ad diem et locum etc.

[m. 11*d*.]

BREVIA PLACITORUM DE FORESTA COMITATUS EBORACI.

H. Dei gracia rex Anglie etc. vicecomiti Eboraci, salutem. Summone per bonos summonitores archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites et libere tenentes manentes infra metas foreste nostre in baillia tua, quod sint apud Eboracum a die Pasche in v. septimanas† anno regni nostri xvj. coram dilectis et fidelibus nostris Briano de Insula et Thoma de Muleton' et Henricum de Cerne sociis suis, justiciariis foreste nostre ad placita foreste nostre, sicut solent et debent venire. Summone etiam de qualibet villa existente infra metas foreste nostre predicte iiij. homines cum preposito et forestariis earundem villatarum, quod tunc sint ibidem. Summone etiam per bonos summonitores omnes homines manentes extra forestam qui placita foreste secuntur, et illos qui attachiati sunt pro foresta, quod tunc sint ibi. Summone etiam per bonos summonitores omnes forestarios nostros et viridarios de baillia tua, quod ibi habeant omnia attachiamenta sua, tam de

* Omitted in MS. † Altered from "*unum mensem*."

1232. [m. 11d.]

viridi quam de venacione de baillia sua, post ultima placita foreste ejusdem et que nondum terminata sunt. Summone etiam per bonos summonitores regardatores de ballia tua quod ibi habeant omnia regarda sua sigillis suis signata, et agistatores quod tunc sint ibi cum agistamentis suis. Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste me ipso apud Westmonasterium, xj. die Marcii, anno regni nostri xvj.

Rex dilecto et fideli suo Thome de Muleton', salutem. Sciatis quod assignavimus vos, una cum dilectis et fidelibus nostris Briano de Insula et Magistro Henrico de Cern', ad placita foreste nostre in comitatu Eboraci placitanda. Et ideo vobis mandamus quod a die Pasche anno regni nostri xvj. in unum mensem, predictis Briano et Henrico apud Eboracum ad hoc occurratis ea diligencia mandatum nostrum in hac parte exequentes, quod eam habere debeamus merito commendatam. Teste me ipso apud Lameh', xij. die Marcii.

Eodem modo mandatum est magistro Henrico de Cerne.

Rex vicecomiti Norf' et Suff', salutem. Summone per bonos summonitores xij. de legalioribus militibus baillie tue, qui non sunt de libertatibus Elyensis episcopi, quod sint coram justiciariis nostris ad primam assisam, cum in partes illas venerint, ad recognoscendum super sacramentum suum qualem saisinam ecclesia Elyensis habuit de libertatibus suis in inicio guerre mote inter dominum J. regem, patrem nostrum, et barones suos Anglie, et qualem predecessores H. nunc Elyensis episcopi habuerunt tempore R. regis avunculi nostri et domini J. regis patris nostri, scilicet, de returno brevium et de averiis captis et de placitis infra hundredum et dimidium de Midford', et infra quinque hundreda et dimidium de Wykelawe et Treling', de Wineston', et de amerciamentis colligendis tam de aliis feodis quam suis, excepto thesauro et murdro, de quibus J. quondam Elyensis episcopus nullam libertatem vel curiam habere potuit: et sicut idem episcopus cognovit, placita illa debent presentari ad comitatum de omnibus hundredis predictis sicut de hundredo de Midford'. Et habeas ibi summonitores et nomina militum et hoc breve. Interim autem de premissis eidem episcopo pacem habere permittas usque ad octabas Sancti Johannis Baptiste, anno regni nostri xvj. Teste me ipso apud Westmonasterium, xij. die Marcii, anno eodem.

Mandatum est vicecomiti Heref' quod, sicut se ipsum diligit et in fide qua regi tenetur, diligenter inquirat per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo, qui homines se fecerunt de familia Wither vel cujuslibet alterius, et itinerantes fuerunt per eundem comitatum ad triturandum et vendendum blada et alia bona clericorum Romanorum et aliorum distrahenda et asportanda, et qui homines de comitatu tuo dicta blada manibus suis trituraverunt, et eadem blada et alia bona vendiderunt et distraxerunt. Omnes autem eos de balliva sua, quos inquirere poterit ibidem sic itineratos fuisse, capiat et in prisona regis salvo custodiat, donec a rege aliud habuerit mandatum; et eos qui dicta blada trituraverunt

1232.
[m. 11d.] et eadem bona et alia bona vendiderunt et distraxerunt, ponat per vadium et salvos plegios quod sint coram rege quando preceperit inde responsuri. Et inquisitionem inde factam sub sigillo suo et sigillis eorum per quos facta fuerit, regi mittat et hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Maii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Rex mittit S. de Sedgrave et G. Basset ad partes Marchie ad emendas faciendas et recipiendas super interceptionibus hinc inde factis post treugas captas inter regem et L. etc.; ita quod erunt apud Crucem Cuelin die Jovis proxima ante Dominicam Palmarum. Et mandatum est J. filio Alani quod eis dictis die et loco occurrat et consilium efficax impendat ad predicta expedienda, iturus cum eis vel in occursum eorum usque ad vadum sub Muntgomery ad diem quem eis scire facient, ad idem faciendum. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Marcii.

Eodem modo scribitur:—

Johanni de Monem' et H. de Aldith'.

Thome Corbet, quod eis occurrat apud vadum de Muntgomery paratus ad dictas emendas faciendas quantum ad regem pertinet, secundum quod ipsi S. et G. dictatores ex parte et Edenevet Vachan et Maddoc filius Griffini dictabunt.

R. Cornubie, quod det in mandatis constabulario de Brecheniho quod predictis S. et G. dictis die et loco, scilicet, apud Crucem illam, occurrat ad emendas illas faciendas quantum ad regem pertinet; ita quod pro defectu ejus dictas treugas rumpi contingat in dampnum regis.

W. de Godarvill' quod eis ibidem occurrat, ut supra.

Constabulario de Brechennio, similiter.

Mandatum est ballivis portus Portesm' quod si aliquis miles, serviens, vel balistarius de transmarinis partibus applicet in portu suo, non permittat eum ulterius procedere in terram regis, set revertatur ad partes suas incontinenti vel in villa de Portesm' remaneat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Windles', xij. die Maii.

Eodem modo scribitur ballivis portus Heth', Dovr', Sandwici, Rumenal, Hasting', Rya, Winchels', Pevenes', Witering', Shorham, Boseham, Subt'.

Essex'.—Robertus Blundus et Albrea uxor ejus, Nicholaus de Sandon' et Agnes uxor ejus attornaverunt Johannem de Sandon' contra Walterum de Runewell' tenentem, de j. virgata terre in Beltham.

Hawisia priorissa de Clerkenewell' attornavit Martinum capellanum contra Galfridum Bataille de consuetudinibus etc. que ipsa priorissa exigit etc. in Horshell'.

1232.
[m. 11*d*.]

Norf'.—Abbas Sancti Eadmundi attornavit Johannem de Tyneteshal' et Gilbertum de Belsted' contra Henricum Freman, Johannem de Sancto Eadmundo et Matheum de Cantebrigia de consuetudinibus etc. que ipse abbas exigit etc. in Dikeleberg' et Somer'.

Essex'.—Hugo de Hodeng' attornavit Ricardum de Hockel' contra Ricardum de Brunton' tenentem, de una carucata in Colum.

Huntind'.—Willelmus de Lyndes' attornavit Petrum Cardun contra Willelmum filium Hamel' tenentem, de medietate unius hide terre, exceptis quinque acris in Moleswurth'.

Eboracum.—Petrus de Brus attornavit Robertum Engelram' et Willelmum de Houdeton' contra Willelmum de Waleton' tenentem, de una carucata et duabus partibus unius carucate terre in Askham: et contra Egidium de Kaerton' et Agnetem uxorem ejus tenentes, de una carucata et tercia parte unius carucate terre in eadem villa; et contra priorem de Parco tenentem, de duabus bovatis terre in eadem villa; et contra Willelmum filium Rogeri tenentem, de duabus partibus unius carucate terre et unius mesuagii in eadem villa: et contra Margeriam de Buylly tenentem, de dimidia carucata et tercia parte unius carucate et unius mesuagii in eadem villa; et contra Herebaldum de Holderness' et Constanciam uxorem ejus tenentes, de duabus bovatis terre in eadem villa; et contra priorem Sancte Trinitatis Eboraci tenentem, de duabus bovatis terre in eadem villa; et contra Willelmum Fayrfax tenentem, de decem bovatis terre in eadem villa.

Essex'.—Matildis filia Ernaldi attornavit Willelmum de Asseford' contra priorem de Haliwell' et Leonem de Bosco tenentes, de dimidia virgata et quarta parte unius virgate et v. acris terre cum pertinentiis in Bocking'.

Dors'.—Magister Henricus de Cern' attornavit Hugonem de Porton' contra Galfridum de Bere, de eo quod acquietet eum de servicio quod Johannes de Sancto Quintino ab eo exigit de tenemento etc. in Bere.

Oxonia.—Prior de Nujun attornavit Willelmum Thurketil' contra Racium de Mildecumbe de consuetudinibus etc. in Mildecumbe.

Villa Oxonie.—Cecilia que fuit uxor Roberti Ailmeri attornavit Maceum filium Roberti contra Radulfum Halegod tenentem, de uno mesuagio in Oxonia.

Mandatum est R. de Burgo justiciario Hibernie, in fide qua regi tenetur et sub debito prestiti sacramenti prestiti (*sic*), injungendo quod omnes denarios regis quos habet de exitibus terre Hibernie, tam de firmis villarum, finibus et perquisitis, quam de omnibus aliis exitibus terre, visis literis cum summa festinatione et sub salva custodia ad regem mittat in Angliam. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Maii.

1232.
[m. 11*d*.]

Et mandatum est L. Dublinensi archiepiscopo rogando quod ipsum justiciarium ad hoc inducat modis quibus poterit, ita quod missio illa ulterius non differatur.

Kancia.—Hugo de Clopton' venit coram rege die Martis proxima post festum Sancti Gregorii, et petiit terram suam in Carleton' sibi replegiari, quam Amphelisa, que fuit uxor Johannis de Cuilly, clamat versus eum, et que capta est in manum regis per defaltam ipsius Hugonis.

Petrus de Jatingden' venit coram rege die Jovis ante Annuntiationem Beate Virginis, et petiit terram in Jatingden' sibi replegiari, quam Editha, que fuit uxor Sampsonis filii Richeri, clamat versus eum, et que capta est in manum regis per defaltam ipsius Petri.

Rex justiciariis de Banco, salutem. Sciatis quod Jacobus Curteis et Johanna uxor ejus venerunt coram nobis apud Merleberge die Jovis in festo Annunciationis Domini, et petierunt terram suam in Ditton' sibi replegiari, que capta est in manum nostram propter defaltam quam fecerunt coram nobis, ut dicitur. Et hoc vobis signamus ut hoc sciatis. Teste.

Mandatum est justiciario Hibernie quod, si oporteat eum pro negotio regis in Angliam venire, placet regi quod in instanti estate venire possit, se iij. vel iiij. sociis, ita quod ante recessum suum ab Hibernia tam salvam custodiam dimittat ibidem quod regi vel terre sue in absentia sua non immineat periculum.

Alicia de Cauz venit coram rege apud Windles' die Jovis proxima post diem Pasche anno etc. xvj. et petiit terram suam in Langesutton' sibi replegiari, quam Felicia que fuit uxor Johannis Curing, clamat versus ipsam Aliciam nomine dotis, et que capta est in manum regis per defaltam ipsius Alicie, ut dicitur. Et hoc significatum est justiciariis de Banco ut hoc sciant. Teste rege apud Windles,' xv. die Aprilis.

Eboracum.—Philippus de Kyme petens attornavit Johannem de Hauton' contra Ricardum de Percy de consuetudinibus etc. in Torneton' Craven' et Paddocthorp,' et de consuetudinibus etc. que idem Willelmus (*sic*) exigit in Ilclay, Tadecastr.'

Dors'.—Abbas de Shireburn' et Nicholaus Malesmains posuerunt se in perambulacione de terra ipsius abbatis in Horton' et terram ipsius Nicholai in Upwimburn'; et mandatur vicecomiti Dors' quod per sacramentum proborum et legalium hominum etc. perambulacionem illam fieri faciat per certas metas et divisas, et scire faciat justiciariis ad primam assisam, cum in partes illas venerint, distincte et aperte sub sigillo suo et per iiij. milites ex illis qui interfuerint inquisicioni illi, per quas metas et divisas perambulacio illa facta fuerit.

Hugo de Nevill' et Beatricia, uxor ejus, attornaverunt Josceum de Frollebir' et Reginaldum de Wlfrinton' ad lucrandum vel perdendum

1232.

[m. 11*d*.] in loquela inter ipsos Hugonem et Beatriciam et Thomam de Bavelingeh' et Mabiliam uxorem ejus, de consuetudinibus et serviciis que predicti Thomas et Mabilia exigunt a predictis Hugone et Beatricia de tenemento in Turnham.

[m. 10*d*.] *Oxonia*.—Ricardus le Barbur et Matildis uxor ejus et Christiana soror ipsius Matildis, attornaverunt Willelmum de Mora versus abbatisam de Godestowe de uno mesuagio in Wulgoricot'.

Essex'.—Gilebertus attornavit Johannem Tete contra Willelmum Britonem de consuetudinibus etc. in Lalleford'.

Devon'.—Willelmus de Punchardun attornavit Rogerum de Lukes contra Nicholaum de Lettres de consuetudinibus etc. que idem Nicholaus a predicto Willelmo exigit etc. in Galmeton'.

Warewic'.—Willelmus de Cantilup' attornavit Galfridum Pancevot contra Willelmum filium Willelmi Corbicun, quod ipse acquietet predictum W. de Cant' de servicio quod Thomas de War' ab eo exigit etc. in Bercheston' et in Stodleg'.

Henricus de Trub'.—Rex justiciariis suis de Banco, salutem. Sciatis quod Rogerus de Mortuo Mari, attornatus Henrici de Trublevill', venit coram nobis apud Glouc' die Lune in crastino Sancte Trinitatis anno regni nostri xvj., et petiit terram ipsius H. in Pulle, quam Nicholaus de Balevill' et Avicia uxor ejus clamant versus predictum Henricum, per breve nostrum de recto sibi replegiari, et que capta est in manum nostram per defaltam ipsius Rogeri loco ipsius Henrici ad hoc attornati, ut dicitur. Et hoc vobis significamus. Teste me ipso apud Glouc', vij. die Junii.

Glouc'.—Radulfus de Wylinton' et Olimpias uxor ejus et Walterus le Escot attornaverunt Ricardum de Gersinton' versus Matillidem Gyffard', Adam de Kailly et Mabiliam uxorem ejus, Isabellam de Frivill' et priorem de Lanton', de tribus hydis terre in Syde.

Rex justiciariis suis de Banco, salutem. Sciatis quod Hugo filius Roberti de Huntiton' venit coram nobis apud Wudestok' die Veneris proxima post festum Sancte Trinitatis anno regni nostri xvj. et petiit terram suam in Huntiton' sibi replegiari, quam Alicia que fuit uxor Roberti de Huntiton' clamat versus ipsum Hugonem nomine dotis, et que capta est in manum nostram per defaltam ipsius H., ut dicitur. Et hoc vobis significamus ut hoc sciatis.

Sumers'.—Simeon prior de Bradenestok' attornavit Willelmum de Eston' versus Thomam de Reinny de debito x. marcarum, quod idem Thomas exigit a predicto priore.

Rex concessit vinetariis suis Oxonie quod usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xvj. vendant sextercium vini pro xij. denariis. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod ipsos vinetarios vina sua vendere sine inpedimento permittat, sicut predictum est. Teste rege apud Wenlac, xxiij. die Maii.

1232.
[m. 10*d*.] Mandatum est vicecomiti Staff' et Salopie quod, assumptis secum sex probis et legalibus militibus de comitatu Staff' et sex probis et legalibus militibus de comitatu Salopie, in propria persona sua accedat ad bailliam forestarie Hugonis filii Roberti de Morf' in comitatu Salopie, et ballivam forestarie Johannis filii Philippi de Kenefar' in comitatu Staff', et per sacramentum eorundem fieri faciat perambulationem inter predictas ballivas: ita quod predicta perambulatio fiat per certas divisas et metas, quia predicti Hugo et Johannes de licencia regis posuerunt se coram rege super perambulationem illam. Et perambulationem illam per sacramentum predictorum distincte et aperte factam, sub sigillo suo et per quatuor milites, qui perambulationi illi interfuerint, regi scire faciat per quas metas et divisas perambulatio illa facta fuerit. Et habeas ibi nomina militum et hoc breve. Teste rege apud Brug', j. die Junii.

Mandatum est Willelmo de Radleg' quod, si quo modo fieri possit, venire faciat coram eo in aliquo comitatuum, ubi itineraturus est in hac estate, loquelam, que mota est inter H. comitem Hereford' petentem et Rogerum de Dantes' et Matillidem comitissam Hereford' tenentes, de manerio de Wockes'. Et si ad hoc consilium apponere poterit, litteras suas sub sigillo suo ad dominum regem mittat, magno sigillo ipsius regis signandas de loquela illa coram eo summonenda. Teste rege apud Glouc', vij. die Junii.

Mandatum est vicecomiti Berk' quod, assumptis secum iiij. discretis et legalibus militibus de comitatu suo, accedat apud Wanetinges ad diem quem viderit expedire, et coram eo et ipsis militibus venire faciat Christoforum le Palmer et uxorem ejus et Petrum et Willelmum filios suos, captos et detentos in prisona prioris de Ockeburn' apud Wanetinges pro appello, quod Rogerus carectarius probator, qui mortuus est, fecit versus eos de latrocinio, et justiciam de eis fieri faciat secundum legem et consuetudinem regni domini regis. Mandatum est priori de Ockering (*sic*) quod ad diem quem idem vicecomes ei scire faciet, predictos prisones coram eo et ipsis militibus venire faciat. Teste ut supra.

De summonicione facta.[a]—Rex vicecomiti Glouc', salutem. Summone per bonos summonitores archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites et libere tenentes manentes infra metas foreste nostre in baillia tua, quod sint apud Glouc' die Lune proxima post festum Sancti Johannis Baptiste, anno regni nostri xvj., coram dilectis et fidelibus nostris Johanne de Monem', Godefrido de Craucumb,' Hugone de Nevill', Radulfo de Wylyton' et Elya Britone, justiciariis foreste nostre ad placita foreste nostre, sicut solent et debent venire. Summone etiam per bonos summonitores de qualibet villa existente infra metas foreste nostre predicte quatuor homines cum preposito et forestariis earundem villatarum, quod tunc sint ibidem. Summone etiam per bonos summonitores omnes homines manentes extra forestam, qui placita foreste sequuntur, et illos qui

[a] Cancelled "*quia aliter inferius*."

1232.
m. 10d.

attachiati sunt pro foresta, quod tunc sint ibi. Summone etiam per bonos summonitores omnes forestarios nostros et viridarios de baillia tua quod ibi habeant omnia attachiamenta sua, tam de viridi quam de venacione, de baillia tua post ultima placita foreste emersa, et que nondum terminata sunt. Summone etiam per bonos summonitores regardatores de baillia tua, quod ibi habeant omnia regarda sua sigillis suis signata, et agistatores quod tunc sint ibi cum agistamentis suis. Et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste me ipso apud Glouc', viij. die Junii.

Hibernia.—Rex R. de Burgo, justiciario Hibernie, salutem. Sciatis quod, cum dilectus et fidelis noster R Marescallus, comes Penbr' in redita suo de partibus Hibernie occurrisset nobis apud Wygorniam, et in presencia quorundam magnatum nostrorum ibidem nobiscum existentium, convenissemus cum super dote dilecte sororis nostre A. comitisse Penbr' ei reddenda in partibus Hibernie, idem comes voluntati nostre consentiens, benigne nobis concessit quod dotem predictam libenter ei assignaret et redderet. Quasdam vero terras et tenementa coram nobis nominavit, que in transcripto presentibus incluso continentur, predicte sorori nostre in dotem assignanda, et ad eadem terras et tenementa extendenda, et promisit se missurum aliquos de suis, de quibus specialiter confidit, et ad dotem predictam eidem sorori nostre assignandam: ita quidem quod, si predicte terre et tenementa in predicto transcripto contenta non sufficiant ad plene dotis assignationem, de aliis terris predicti comitis eidem sorori nostre perficiatur in loco competenti; si vero sit in terris et tenementis predictis amplius quam ad ipsam sororem nostram pertineat habendum, amensuretur residuum et ad predictum comitem revertatur. Ad dotem quidem predictam recipiendam ad opus ipsius sororis nostre, et ut predicte extensioni intersint ad videndum quod fiat ad commodum et indempnitatem ipsius sororis nostre, mittimus ad partes predictas dilectos et fideles nostros Hugonem Tyrell, Walterum de Brackel' et Radulfum Marescallum, et cum ipsis assignamus dilectos et fideles nostros Walterum de Ridelesford', Gerardum de Prendegast et Galfridum de Turvill,' archidiaconum Dublinensem, ex parte nostra vobis mandantes quatinus, sicut de vobis confidimus, aliquem de vestris discretum et fidelem et qui valorem terrarum et tenementorum predicti comitis in Hibernia sciat et cognoscat, predictis fidelibus nostris associetis ad videndum quod predicte terre et tenementa racionabiliter extendantur, ita quod recta dos et plena predicte sorori nostre assignetur de terris predictis; ea diligencia erga negocium ipsum vos intromittentes, quod tam nos quam ipsa soror nostra inde commodum reportemus et honorem, et quod pro diligencia vestra grates vobis scire debeamus speciales. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Ferlensi episcopo et domino Dublinensi archiepiscopo, adjecta hac clausula:—Negocio memorate sororis nostre taliter intendentes quod per diligenciam vestram commodum inde reportet et honorem, et sentiat sibi profuisse sinceram, quam semper

1232.

[m. 10d.] erga nos et nostros gessistis, affectionem nosque exinde paternitatem, vestram copiosa prosequi tenamur (*sic*) graciarum actione. Nolumus autem quod occasione alicujus mandati, quod tibi fecerimus, veniatis in Angliam antequam predictum negocium feliciter ad effectum perducatur. Teste ut supra.

Et mandatum est Waltero de Ridelesford', Gerardo de Prendegast et Galfrido de Turvill', archidiacono Dublin', quod una cum Hugone Tyrell', Waltero de Brackele et Radulfo Marescallo, qui ad hec missi sunt in Hiberniam, intersint extensioni predictarum terrarum et tenementorum loco regis et predicte comitisse, et videant quod plena et perfecta dos ei perficiatur.

Nomina villarum quas comes R. Marescallus offert comitisse Penbroch' pro dote sua in Hibernia:—

Villam de Kyldar' cum castro et pertinentiis.
Novam Villam in Leys.
Villam de Kylcolin.
Castrum de Foderet cum pertinentiis et cantret.
Manerium de Fornes cum castro, exceptis Hyberniensibus forinsecis.
Villam de Ederdrum cum pertinentiis.
Villam de Balimor cum pertinentiis.
Villam de Baliskerof cum pertinentiis.
Manerium de Balisey cum pertinentiis.

[m. 9d.] Brevia Placitorum de Foresta in comitatibus Glouc', Wigornie, Staff', et Salopie.

Rex Johanni de Monemuth', salutem. Sciatis quod assignavimus vos una cum dilectis et fidelibus nostris Hugone de Novill', Godefrido de Craucumb', Radulfo de Wylinton' et Elya Britone ad placita foreste nostre in comitatu Glouc' placitanda. Assignavimus etiam vos una cum predictis Hugone et Elya et Radulfo de Sutleg' ad placita foreste nostre in comitatu Wygornie placitanda. Assignavimus etiam vos una cum predictis Hugone et Elia et Johanne filio Philippi ad placita foreste nostre in comitatu Stafford' et Salopesir' placitanda. Et mandavimus vicecomiti Glouc' quod die Lune proxima post festum Sancti Johannis anno regni nostri sextodecimo, summoneri faciat coram vobis et predictis Hugone et Godefrido, Radulfo et Elya et sociis vestris in eodem comitatu apud Glouc', archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites et barones, milites et libere tenentes manentes infra metas foreste nostre in ballia sua ad placita foreste, sicut solent et debent venire. Faciat etiam coram vobis et dictis sociis vestris summoneri predictis die et loco, de qualibet villa existente infra metas foreste nostre predicte quatuor homines cum preposito et forestariis earundem villatarum, et similiter omnes homines manentes extra forestam, qui placita sequuntur, et illos, qui atachiati sunt pro foresta, quod tunc sint ibi. Faciat etiam summoneri coram vobis predictis die et loco, et omnes

1232.

forestarios nostros et viridarios de baillia sua quod ibi habeant omnia athachiamenta sua, tam de viridi quam de venatione, de baillia sua post ultima placita foreste emersa et que nondum terminata sunt, et similiter regardatores de baillia sua quod ibi habeant omnia regarda sua sigillis suis signata, et agistatores cum agistamentis suis. Mandavimus etiam vicecomitibus Wygornie, Stafford' et Salopesir' quod ad diem et locum et (*sic*) socii vestri eis significabitis, faciant coram vobis et sociis vestris predictas summonitiones fieri et atachiamenta venire, sicut predictum est. Et ideo vobis mandamus quod predicta die Lune proxima post festum Sancti Johannis Baptiste predictis Hugoni, Godefrido, Radulfo et Elye occurratis apud Glouc' ad dictum iter incipiendum, ea diligencia mandatum nostrum in hac parte exequentes quod eam merito debeamus commendare. Mandavimus etiam predictis Radulfo de Sutleg' et Johanni filio Philippi quod ad diem et locum quos vos et predicti Hugo et Elyas eis significabitis, vobis occurrant ad hoc exequendum. Teste rege apud Glouc', ix. die Junii, anno regni xvj.

Eodem modo scribitur Hugoni de Nevill' et Elye Britoni.

Et mandatum est Godefrido de Craucumb' et Radulfo de Wyliton' quod predicta die Lune predictis Johanni, Hugoni et Elye occurrant apud Glouc' ad itinerandum cum eis in comitatu Glouc'.

Johannes filius Philippus amotus est a justiciaria illa, quia est forestarius de feodo in comitatibus illis.

Pro W. Karleolensi episcopo.—Mandatum est Willelmo de Radlegh' et sociis suis justiciariis itinerantibus in comitatu Leirc' quod omnia placita, preter assisas nove dissaisine et ultime presentacionis, que tangunt W. Karleolensem episcopum, ponant in respectum usque a die Sancti Michaelis in unum mensem anno regni regis xvj., coram eis apud Westmonasterium. Teste rege apud Winchecumb', ix. die Junii, anno eodem.

Warew'.—Alicia uxor Rogeri Levelance attornavit Rogerum Levelance virum suum in loquela que est inter ipsos Rogerum et Aliciam petentes et Willelmum de Alta Ripa, de feodo unius militis cum pertinentiis, excepta una virgata terre in Meredon', Holte et Beynurth.

Buk'.—Agnes, Alicia et Isabella, filie Johannis de Blechesdon', attornaverunt Maugerum de Couel' versus Willelmum Karles, de tribus partibus unius virgate terre et unius mesuagii et xij. denariatarum redditus in Couel'.

Wyltes'.—Margareta de Ripariis attornavit Elyam de la Penne versus Robertum de Waltham de convencione inter eos facta de centum solidatis redditus in Merston'.

ITEM DE PREDICTO ITINERE PREDICTORUM COMITATUUM.

Rex vicecomiti Glouc', salutem. Summone per bonos summonitores archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites et

1232.
[m. 9d.] libere tenentes manentes infra metas foreste nostre in baillia tua, quod sint apud Glouc' die Lune proxima post festum Sancti Johannis Baptiste anno regni nostri xvj., coram dilectis et fidelibus nostris Johanne de Munem', Godefrido de Craucumb', Hugone de Nevill', Radulfo de Wyliton' et Elya Britone, justiciariis foreste nostre ad placita foreste nostre, sicut solent et debent venire. Summone etiam per bonos summonitores de qualibet villa existente infra metas foreste nostre predicte quatuor homines cum preposito et forestariis earundem villatarum, quod tunc sint ibidem. Summone etiam per bonos summonitores omnes homines manentes extra forestam, qui placita foreste secuntur, et illos qui attachiati sunt pro foresta, quod tunc sint ibi. Summone etiam per bonos summonitores omnes forestarios nostros et viridarios de baillia tua, quod ibi habeant omnia attachiamenta sua tam de viridi quam de venacione de baillia tua post ultima placita foreste emersa et que nondum terminata sunt. Summone etiam per bonos summonitores omnes regardatores de baillia tua, quod ibi habeant omnia regarda sua sigillis suis signata; et agistatores, quod tunc sint ibi cum agistamentis suis; et habeas ibi summonitores et hoc breve. Teste me ipso apud Glouc', viij. die Junii.

Et mandatum est vicecomiti Wygornie quod ad diem et locum, quos predicti Johannes, Hugo, Elyas et Radulfus de Sudlegh' ei mandabunt, summoneri faciat per bonos summonitores archiepiscopos, episcopos, etc. de foresta comitatus Wygornie per eadem verba, ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Stafford' et Salopie quod ad diem et locum, quos predicti Johannes, Hugo, Elyas et Johannes filius Philippi ei mandabunt, summoneri faciat, etc., per eadem verba, ut supra de foresta eorundem comitatuum.

Rex Radulfo de Sutlegh', salutem. Sciatis quod assignavimus vos una cum dilectis et fidelibus nostris Johanne de Munem,' H. de Nevill' et Elya Britone ad placita foreste nostre in comitatu Wygornie placitanda. Et mandavimus vicecomiti nostro Wygornie quod ad diem et locum, quos predicti Johannes, Hugo et Elyas ei scire facient, summoneri faciat coram eis et vobis archiepiscopos, episcopos, etc., ut supra. Et ideo vobis mandamus quod ad diem et locum, quos predicti Johannes, Hugo et Elyas vobis significabunt, eis occurratis ad predictum negocium una cum eis exequendum ea diligencia, quod eam merito commendatam habere debeamus. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Johanni filio Philippi ad itinerandum in comitatibus Stafford' et Salopie cum predictis Johanne, Hugone et Elya ad diem et locum quem ei scire facient.

Linc'.—Thomas filius Joce attornavit Robertum filium Gilberti versus Radulfum de Lud' et Ceciliam uxorem ejus de uno tofto cum pertinentiis in Anccastr'. Teste rege apud Bercham', xx. die Junii.

Sumers'.—Willelmus Maubaunk attornavit loco suo Rogerum de Ponte versus Johannem Revel de averiis ipsius Johannis captis et injuste detentis, ut dicitur. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Junii.

1232.
[m. 9d.]

Bedef'.—Maria uxor Henrici Patricii attornavit ipsum Henricum virum suum, et Isabella uxor Willelmi de Daggenhal' attornavit ipsum Willelmum virum suum, versus Hamonem filium Juliane tenentem, de una roda terre in Dunstapl' etc. Teste ut supra.

Glouc'.—Adam de Cailly attornavit Johannem le Peitevin versus Radulfum de Wilinton' et Olimpiadem uxorem ejus et Walterum Scottum petentes, de loquela que est inter ipsos Radulfum et Olimpiadem et Walterum petentes et predictum Adam et Mabiliam uxorem ejus tenentes, de tercia parte duarum [hidarum] terre et dimidie cum pertinentiis in Side.

Glouc'.—Isabella de Frivill' attornavit Hamonem de Wilton' et Willelmum filium Rogeri contra Radulfum de Wylinton' et Olimpiadem uxorem ejus et Walterum le Scot petentes, de tercia parte ij. hidarum terre et dimidie in Side.

Mabilia de Kailly attornavit Simonem de Bradeham et Robertum de Swindon' contra predictos Radulfum, Olimpiadem et Walterum petentes, de tercia parte ij. hidarum terre et dimidie in Side.

Norf'.—Willelmus filius Radulfi attornavit Rogerum de Boilund contra Willelmum le Esquier et Matildem uxorem ejus tenentes, de novem acris terre in Hemford'.

Norwicum.—Matheus filius Galic' attornavit Ricardum filium Galic inter ipsos Matheum et Ricardum petentes et priorem de Norwico, Agnetem de Sancto Edmundo, Petrum filium Ricardi, Rogerum de Sancto Botulfo, Hugelinam la Prestresse et Ricardum Runem tenentes, de xl. solidatis et ij. denariatis redditus et vij. mesuagiis cum pertinentiis in Norwico.

Norwicum.—Idem attornavit eundem contra Petrum filium Ricardi de vij. solidatis redditus in Norwico.

[m. 8d.] Mandatum est Andree Bokerel, majori Lond'. quod sit coram rege apud Lond' a die Sancti Johannis Baptiste in xv. dies, ostensurus quare occasione debitorum que Egidius de Trie ei debet, ut dicit, arestari fecit apud Sandwicum vina Petri del Ostel et Johannis Caillol, in quibus predictus Egidius penitus nullam partem habet, ut dicit, et que vina apreciari et per idem precium eidem Andree liberari pridie rex precepit, eo quod ipse dedit regi intelligi quod predicta vina fuerunt ipsius Egidii et quod predictus Egidius ea eidem Andree miserat in Angliam in parte solucionis debitorum que ei debuit. Interim autem de vinis illis se non intromittat, set dimittat ea in custodia hominum ipsorum Petri et Johannis: ita tamen quod non amoveantur vel alicubi ducantur donec rex aliud preceperit. Teste rege apud Norwicum, xxx. die Junii.

Et mandatum est ballivis Sandwici, quod occasione precepti eis alias facti de quater viginti et duobus doliis vini appreciandis et eidem Andree per idem precium liberandis, eidem Andree vina illa non liberent, quia Petrus del Ostel et Johannes Caillou ostenderunt

1232.

[m. 8*d*.] regi predicta vina sua esse propria: dimittant etiam custodiam ipsorum vinorum hominibus ipsorum Petri et Johannis; ita quod nichil inde amoveatur etc.

Norf'.—Matildis filia Reginaldi attornavit Robertum Brabacun in loquela etc. inter ipsos Robertum et Matildem petentes et Margaretam, que fuit uxor Hugonis de Melewud', Reinerum de Ewebir' et Sabinam uxorem ejus et Elenam sororem ipsius Sabine tenentes, de xxiiij. acris terre et medietate j. mesuagii in Melewud'.

[m. 7*d*.] *Essex'*.—R. Londoniensis episcopus attornavit Rogerum Peverel et Eliam de Crunden contra Elyam le Butiller et Avelinam uxorem ejus de divisis faciendis inter terram ipsorum in Suthanigfeld' et terram ipsius episcopi in Crunden'.

Mandatum est vicecomiti Hunted' quod sine dilatione clamari faciat per totam balliyam suam, quod nullus super forisfacturam regis emat de terris quas Matildis comitissa Heref' tenet de terris que fuerunt comitis W. de Maundevill' in balliva sua, vel quicquam inde capiat ex dono vel invadiatione ipsius absque licencia regis, nec permittat quod ipsa faciat vastum, venditionem, exilium vel destructionem de boscis, domibus vel gardinis quos tenet in manu sua. Teste rege apud Staundon', viij. die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Buk' et Midd'.

Et mandatum est tam Rogero de Dantes' quam predicte comitisse firmiter inhibendo ne super forisfacturam regis aliquam venditionem, donum, vel invadiationem faciant de predictis terris, que fuerunt predicti comitis de Mandevill' et que sunt in manu eorum.

Eodem modo scribitur vicecomiti Kancie de terris vel boscis quos Ricardus de Chileham tenet de herede Roesie de Dovr' uxoris sue. Et Ricardo de Chileham scribitur sicut superius Rogero de Dantes'.

Sussex'.—Galfridus de Sancto Leodegario attornavit Johannem Prat contra Willelmum de Sancto Leodegario et Johannam que fuit uxor Galfridi de Sancto Leodegario, tenentes, de feodis v. militum in Werteling et Dolinton'.

Essex'.—Henricus abbas de Waltham attornavit Benedictum Mar' contra Willelmum Passemer petentem, de una virgata terre in Netleswell'.

Glouc'.—Ricardus abbas de Keynesham attornavit Johannem de Keynesham et Rogerum de Winefeld' contra Alvredum de Merefeld' de consuetudinibus, etc., in Merefeld'.

Midd'.—Radulfus Argent attornavit Philippum Argent contra Thomam de Melewis' petentem, de viij. acris terre in Stanwell'.

Norhamt'.—Willelmus de Monte Acuto attornavit Willelmum de Sancto Jacobo de divisis faciendis inter terram ipsius Willelmi in Preston' et terram Henrici de Alneto in Medeford'.

1232.
[m. 7d.]

Glouc'.—Willelmus Bucevilein attornavit Herebertum de Syde et Ricardum filium Seman contra Mauricium marescallum tenentem, de j. mesuagio in suburbio Glouc'.

Wigornia.—W. Wigorniensis episcopus attornavit Ricardum de Cumpton' et Ricardum de Alvithecherch' contra Thomam de Mariscis et Aliciam uxorem ejus petentes, de dimidia virgata et xij. acris terre in Kemes'.

Berk'.—Nicholaus de Lettres attornavit Petrum de Sauz contra Radulfum de Eltleton' de secta facienda ad curiam ipsius Nicholai de Shireburn'.

Glouc'.—Radulfus de Mortuo Mari attornavit Nicholaum le Forcer et Robertum de Burleg' contra Letitiam que fuit uxor Tristram de Ribbesford' petentem, de tercia parte j. virgate terre in Strod'.

Linc'.—Robertus de Turribus attornavit Henricum filium Odonis etc. inter ipsum Robertum et Beatriciam uxorem ejus et Aliciam sororem ipsius Beatricie petentes et priorissam de Grenefeld' tenentem, de j. bovata terre cum pertinentiis in Langholm'.

Oxonia.—Margareta de Basevill' attornavit Willelmum de Mildecumb' contra Johannem filium Roberti de Gardino, de j. hida terre cum pertinentiis in Sorthampton'.

Glouc'.—Galfridus filius Ade attornavit Hugonem le Butiller contra Robertum filium et heredem Johannis Destin, de una acra prati in Rudham.

Oxonia.—Alienora comitissa Sarr' attornavit Radulfum de Wutton' et Robertum filium Johannis de Wutton' contra Galfridum Dispensarium, Nicholaum de Molis et Willelmum scissorem, de secta facienda ad hundredum ipsius comitisse de Wutton' et aliis serviens etc.

Salopia.—Laurencius de Alvithel' attornavit Robertum de Alvithel et Galfridum de Bireford' contra Willelmum filium Fachet et Isoldam matrem ejus tenentes, de octava parte unius virgate terre in Alvithel': et contra priorem hospitalis de Brug' tenentem, de dimidia virgata terre in eadem villa; et contra Thomam filium Roberti de octava parte unius virgate terre in eadem villa: et contra Johannam que fuit uxor Thome filii Stephani de j. mesuagio in eadem villa.

Kancia.—Alicia de Bendenges' attornavit Galfridum de Brayboef contra Thomam de Bauchngeham et Mabiliam uxorem ejus petentes, de consuetudinibus etc. in Thurnham.

Sussex'.—Serlo de Bulingbroc' attornavit Rogerum filium suum contra Simonem de Sharsted' tenentem, de una carucata terre in Rotherfeld'.

1232.
[m. 7d.] *Essex'*.—Johannes de Stutevill' attornavit Rogerum le Clerc et Robertum Torkard' contra priorissam de Campes' tenentem, de feodo dimidii militis in Diham.

Rex non vult quod lateat P. ducem Britannie et comitem Richem' quod firmam et constantem habet voluntatem omnimodam eidem comiti tenere conventionem, ab hoc proposito nullatenus recessurus. Licet etiam filiam suam habere non possit citra instans festum Sancti Michaelis anno etc. xvj., inde non capiet rex occasionem. Mittit siquidem rex ad eum Jollanum Balu ut per ejus insinuationem status regis ei plenius innotescat, per quem etiam in Angliam revertentem statum suum regi renunciet. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Julii.

Rex rogavit abbatem de Vendom' quod moleste non ferat quod H. de Trubl', senescallus Wasconie, nondum satisfecit ei de trescentis et lxxv. libris sterlingorum, quas ei commodavit. Mittat autem in Angliam ad instans festum Sancti Michaelis, et rex, dante Domino, tunc de debito illo ei satisfaciet. Teste rege apud Keneton', xxiij. die Julii.

[m. 6d.] *Essex'*.—Johannes de Bassingburn' attornavit Robertum filium Humfridi et Willelmum forestarium de j. virgata terre in Harpefeld', quam idem Johannes et Albrea uxor ejus petunt versus Johannem de Harpefeld'.

War'.—Ricardus de Camvill' attornavit Reginaldum de Godesfeld' contra Willelmum de Camvill' tenentem, de v virgatis terre in Seckendon'.

Kancia.—Thomas de Bauelingham et Mabilia uxor ejus attornaverunt Herefridum de Gatton' contra Hugonem de Nevill' et Beatriciam uxorem ejus deforciantes, de consuetudinibus et serviciis etc. in Thurneham.

Glouc'.—Robertus de Gurnay attornavit Johannem de Chamflur contra Thomam de Berkel' de secta quam predictus Thomas ab eo exigit ad hundredum suum de Berkel'.

[m. 4d.] Henricus de Preston', qui summonuit Rannulfum filium Henrici de esse coram rege die Jovis post Assumptionem Beate Marie ad reddendum compotum suum de tribus wapentaciis in comitatu Eboraci, venit usque Wudestok' ad diem illum ad testificandum summonitionem illam.

Mandatum est vicecomiti Kancie quod dimittat Radulfo filio Bernardi per plegios terram et catalla sua que cepit in manum regis usque ad diem Sabbati proximam post Nativitatem Beate Marie, ut tunc sit coram rege apud Wengham ad respondendum regi de hiis que contra eum proponet. Teste rege apud Sutton', v. die Septembris.

M. filio Geroldi justiciario Hibernie, salutem. Quia datur nobis intelligi quod aqua de Avenliffin currens apud Dublin' artatur per

1232.
m. 17.

voluntatem R. de Burgo, quondam justiciarii nostri Hibernie, apud Capellam Isolde aliter quam fieri debet et solet temporibus predecessorum nostrorum regum Anglie: vobis mandamus quod per visum proborum et discretorum hominum de partibus illis, quibus melius constat in quo statu cursus aque illius esse solebit apud Capellam predictam temporibus predictis, aquam predictam currere faciatis, sicut debet et solet, et quod liber ascensus et descensus pateat batellis per partes illas transeuntibus, sicut fieri debet et solet temporibus predictis. Teste apud Roffam, vj. die Septembris.

Mandatum est vicecomiti Kancie quod assisam nove dissaisine quam Henricus de Waltham araniavit versus Thomam de Bauelingeham et alios de tenemento in Turneham, et assisam nove dissaisine quam Andrina filia Roberti araniavit versus Johannem de Cund' et alios de tenemento in Poldre, venire faciat coram S. de Segrave et alios quos secum associabit apud Maidestan' tempestive instanti die Martis in festo Exaltationis Sancte Crucis. Teste rege apud Cantuariam, x. die Septembris.

Mandatum est P. de Ryvall', custodi portuum suorum, quod decetero non permittat quod aliquis transfretet in aliquo portuum qui sunt in custodia sua nec applicet, preterquam in portubus Dovr', Sorham et Portesm'; et si contingat quod aliquis alienigena et de partibus transmarinis applicet in aliis portubus quam in tribus predictis, ipsum arestari faciat et custodiri donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Dovr', x. die Septembris.

Mandatum est W. Carleolensi episcopo quod decetero non permittat quod H. de Burgo habeat aliquem clericum residentem nomine suo ad Magnum Scaccarium vel ad Scaccarium de Recepta. Teste rege apud Cantuariam, xj. die Septembris. Per regem.

Eodem modo scribitur S. de Sedgrave de clerico in Banco non permittendo residere nomine suo.

Mandatum est vicecomiti Kancie quod per totam ballivam suam sine dilatione clamari faciat quod omnes illi de comitatu suo, qui feodum j. militis integrum vel plus de rege tenent in capite et milites non sunt, arma capiant et se milites fieri faciant citra Natale Domini anno etc. xvij.: alioquin ab eo die distringas eos per terras et catalla sua quod id sine dilatione faciant. Teste rege apud Lamh', xvj. die Septembris.

Norwicum.—Henricus abbas de Waltham attornavit Nicholaum filium Rogeri et Clementem filium Sampsonis contra Willelmum Darnel petentem, de j. mesuagio in Norwico.

Bed'.—Ricardus prior de Dunstapl' attornavit fratrem Willelmum canonicum suum contra comitissam Penbroc' tenentem de consuetudinibus etc. in Tudendon', et contra Philippum de Flitt de servicio quod Rogerus de la Such' exigit ab eodem priore de tenemento quod de predicto Philippo tenet in Flitte.

1232.
[m. 4d.] *Essex*.—Ricardus abbas de Bello attornavit Robertum filium Nicholai contra Godefridum de Dunton' tenentem, de iij. acris bosci in Hoton'.

Buk'.—Roesia de Verdun' attornavit Robertum Painel contra Walterum filium Johannis petentem, de ij. virgatis terre et dimidia cum pertinentiis in la Sere.

Norhamt'.—Magister Hospitalis Sancti Bartholomei Lond' attornavit fratrem Robertum de Lond' contra Robertum filium Radulfi petentem, de consuetudinibus, etc. in Wulaveston'.

Hundredum de Stapel'.—Henricus prior de Merton' attornavit Radulfum de Latton' contra Jacobum de Cheleworth et Matildem uxorem ejus petentes, de una virgata terre in Cheleworth'.

Hugo de Vivon' et Mabilia uxor ejus attornaverunt Thomam de Tiringeham et Thomam camerarium versus Edmundum de Tudeham, Johannem de Baalun et Aldam uxorem ejus in comitatu Sumers' de consuetudinibus et serviciis de tenemento suo in Liminton'.

Mandatur vicecomiti Essex' quod permittat L. Dublinensem archiepiscopum liberum habere accessum ad H. de Burgo causa loquendi cum eo. Teste rege apud Lamh', xxviij. die Septembris.

[m. 3d.] Mandatum est vicecomiti Essex' quod, sicut se ipsum et omnia sua diligit, non permittat quod episcopus Londoniensis vel alius episcopus ducat H. de Burgo comitem Kancie ulterius quam ad capellam in qua captus fuit, set omnem quam poterit diligentiam apponat ad custodiam faciendam ibidem circa ipsum, sicut rex alias ei precepit, nec permittat quod aliquis deferat ei vel vendat vel det cibaria vel victualia aliqua ad sustentationem suam. Teste rege apud Westmonasterium, xxvj. die Septembris.

Bukingham'. Johannes filius Ricardi petens atornavit loco suo Alexandrum filium Johannis contra Robertum cocum et Matillidem uxorem ejus et Mabiliam sororem ipsius Matillidis tenentes, de dimidia virgata cum pertinentiis in Ysenhamsted'. Teste rege apud Lameh', xxviij. die Septembris.

Devon'.—Andreas de Cardinan petens attornavit Galfridum de Pridias contra Radulfum Ruffum de consuetudinibus etc. in Parva Mohr'.

Villa Oxonie.—Hugo filius Stephani attornavit Willelmum de Mora contra Thomam filium Henrici tenentem, de uno mesuagio in Oxonia.

Eborum.—Prior Sancte Trinitatis Eborum attornavit fratrem Rogerum de Eboraco et Willelmum Malesour' contra Petrum de Brus petentem, de iij. bovatis terre in Aschum.

1232.
[m. 3d.]

Eboracum.—Henricus de Sancto Walerico attornavit Johannem de la Dene contra Willelmum filium Nicholai de hoc quod idem Henricus permittat predictum Willelmum habere racionabile estoverium suum in bosco suo de Wichewod'.

Ad Scaccarium.—Abbas Abbendon' attornavit Johannem de Hanred' et Johannem de Apelford contra Petrum filium Hereberti de scutagio de Elevein, quod idem abbas exigit ab eo de tenemento in Lechamsted'.

Oxonia.—Ricardus Suward attornavit Petrum Minecan contra Stephanum filium Henrici de ij. virgatis terre in Meston'.

Heref'.—Abbas Rading' attornavit Hugonem le Porter et Reginaldum Amis contra Willelmum de Bladis petentem, de ij. virgatis terre in Ford'.

Noting'.—Hugo de Nevill' attornavit Walterum de Cavenedish contra Matildem filiam Henrici petentem, de dimidia bovata terre in Arnhal'.

Venerabilibus dominis et patribus in Christo karissimis omnibus episcopis in quorum diocesibus beneficia ecclesiastica habet Rannulfus Brito, salutem et debitam et promptam reverentiam. Sciatis me gratis et voluntate mea spontanea concessisse domino meo H. regi Anglie illustri, quod si forte non observavero terminos quos mihi concedere voluerit de fine mille librarum ei reddendo, quem cum ipso feci pro habenda gracia sua et pro habenda saisina omnium terrarum mearum quas capi fecit in manum suam, exceptis novis essartis factis per me in forestis ipsius domini regis, libere et sine contradictione et reclamatione qualibet compellere me possitis per beneficia mea ecclesiastica, que in diocesibus vestris habeo, ad observationem terminorum predictorum quos ab eodem domino meo perquirere potero, et ad solutionem debiti predicti quantum beneficia mea sufficere poterunt. In cujus etc. Valete in Domino.

Et memorandum quod hanc cartam liberavit N. de Nevill' domino Carleolensi, domini regis thesaurario, custodiendam per manum Johannis Francigene clerici sui.

Rex commisit Bertram de Crioil castrum Dovr' custodiendum a festo Sancti Michaelis, anno etc. xvj.; et concessit ei rex ad custodiam predicti castri exitus portus Dovr.' et theloneum ville Dovr', et omnes custodias pertinentes ad idem castrum. Et preterea concessit ei rex ad Scaccarium suum percipiendas ccc. marcas pro custodia ejusdem castri; ita quod idem Bertram habebit in eodem castro ad custum suum x. milites, v. servientes equites, et v. balistarios equites, et v. balistarios pedites, xx. vigiles, unum janitorem, ij. fabros, unum cementarium, unum custodem vinorum, unum custodem garnisture; et inveniet recluse victualia.

Mandatum est vicecomiti Essex' quod, si Hubertus de Burgo, comes Kancie, gratis et spontanea voluntate exire voluerit a capella in qua se tenet, tunc ipsum sub salva custodia duci faciat ad

1232.

[m. 3d.] Turrim Lond': et tunc totam gentem de comitatu suo que est circa capellam predictam per preceptum regis pro eodem H., ad propria reverti faciat. Permittat etiam L. Dublinensem archiepiscopum ad ipsum H. accedere ad loquendum cum ipso. Teste rege apud Wudestok', vij. die Octobris.

Prior et conventus Sancte Trinitatis Cantuarie habent respectum usque in unum mensem a die Pasche anno etc. xvj. de loquela que est inter regem et eos de villa et portu de Sandwico.

[m. 2d.] Rex vicecomiti Kancie, salutem. Scias quod archiepiscopi, episcopi, abbates, priores et clerici terras habentes, que ad ecclesias suas non pertinent, comites, barones, milites, liberi homines et villani de regno nostro concesserunt nobis in auxilium quadragesimam partem omnium mobilium suorum apparentium, sicut ea habuerunt in crastino Sancti Mathei apostoli anno regni nostri xvj.; videlicet, de bladis, carucis, ovibus, vaccis, porcis, haraciis, equis carettariis deputatis ad wainiagia in maneriis, exceptis bonis que predicti archiepiscopi, episcopi et alie persone ecclesiastice habent de ecclesiis parochialibus sibi appropriatis, et de ecclesiis prebendatis, et de prebendis, et de terris ad prebendas et ecclesias parochiales spectantibus. Provisum est autem generaliter a predictis fidelibus nostris quod predicta quadragesima hoc modo assideatur et colligatur; videlicet, quod de qualibet villa integra eligantur quatuor de melioribus et legalioribus hominibus una cum prepositis singularum villarum, per quorum sacramentum quadragesima pars omnium mobilium predictorum taxetur et assideatur super singulas in presentia militum assessorum ad hoc assignatorum. Et postea per sacramentum duorum legalium hominum earundem villarum inquiratur et assideatur quadragesima bonorum mobilium, que predicti quatuor et prepositi habent: et distincte et aperte imbrevietur de cujus vel quorum baronia vel libertate quelibet villa fuerit in parte vel in toto. Et postquam quadragesima fuerit assisa et in scriptum redacta, rotulus omnium particularum de singulis villis et singulis comitatibus liberetur senescallo singulorum baronum vel attornato ipsius senescalli vel ballivo libertatis ubi aliquis libertatem habuerit, si baro vel dominus libertatis velit et possit dictam quadragesimam colligere et pro ea habenda distringere; si vero nolit vel non possit, vicecomites districtionem predictam faciant; ita quod nichil inde recipiant, set tota predicta quadragesima liberetur predictis militibus assessoribus in majori et securiori villa singulorum comitatuum. Et de qualibet villa fiat summa taillia inter senescallum baronis vel ejus attornatum, vel senescallum domini libertatis et predictos assessores, et deponatur pecunia per eosdem assessores in aliquo loco tutiori ejusdem ville; ita quod assessores habeant sigilla sua et seras et claves suas super pecuniam predictam, et vicecomites sigilla sua et seras et claves suas similiter. Et assessores, statim ex quo quadragesima assisa fuerit per ipsos, mittent rotulos suos de toto itinere suo ad Scaccarium; et similiter, ex quo dicta pecunia ab eis collecta fuerit, mittent rotulos suos de recepta sua; et predicta pecunia reservetur in locis ubi deposita fuerit, donec ad mandatum

1232.
[m 2d.] nostrum deferatur usque ad Novum Templum, London'. Nichil vero capietur ab aliquo nomine quadragesime qui non habuerit de hujusmodi bonis mobilibus ad valentiam quadraginta denariorum ad minus. Ad predictam siquidem quadragesimam assidendam et colligendam in comitatu tuo modo predicto, assignavimus dilectos et fideles nostros Thomam de Camvill', Robertum de Rokel', Reginaldum de Cornhull' et Simonem de Craie,* quos, statim visis literis istis, sine dilatione coram te venire facias ad audiendum preceptum nostrum, quibus in continenti porrigas literas nostras patentes eis inde directas, quas tibi mittimus eis porrigendas. Tu vero certis diebus et locis, quos ipsi tunc providerint commodiores, venire facias coram eis singulas villas comitatus tui ad hec diligenter exequenda: ita quod negotium illud incipiatur ad ultimum a die Sancti Michaelis in tres septimanas, et sic de die in diem continuetur quousque perficiatur: et taliter et ita diligenter te cures intromittere in hiis que ad te pertinent in predicto negotio ad mandatum ipsorum assessorum, ne pro defectu tui dilationem capiat pro qua ad te et tua nos capere debeamus. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxviij. die Septembris.

Eodem modo scribitur militibus predictis usque huc:—Ad predictam siquidem xl^{am} assidendam et colligendam modo predicto in comitatu Kancie, assignavimus vos, mandantes et firmiter vobis injungentes quatinus certis diebus et locis quos ad hoc provideritis commodiores provideritis (*sic*), conveniatis ad predicta exequenda in forma supradicta: ita quod negotium istud ad ultimum incipiatur a die Sancti Michaelis in tres septimanas anno etc. xvj. et sic continuetur de die in diem donec perficiatur. Ad idem negotium magis accelerandum duo et duo divisim ad hoc intendatis, sicut commodius vos dividere et alterum alteri associare poteritis. Mandavimus enim vicecomiti Kancie quod singulas villatas comitatus sui certis diebus et locis, quos ei scire facietis, ad mandatum vestrum coram vobis venire faciat: et in aliis que dictum negotium contingunt, vobis intendat et obediat. Vos igitur juxta fiduciam, quam de fidelitate vestra gerimus, circa memoratum negotium nostrum fideliter expediendum, ea diligentia laborare studeatis, quam digna remuneratione merito respicere debeamus cum graciarum actione speciali. Ipsam autem pecuniam ita collectam in prioratu Sancte Trinitatis Kantuarie modo predicto reponi faciatis. Teste ut supra.

Rex omnibus fidelibus suis de comitatu Kancie, salutem. Sciatis quod assignavimus tales ad xl^{am}. partem omnium mobilium apparentium comitatus Kancie in forma que provisa est et eis demandata assidendam et colligendam. Et ideo' vobis mandamus quod eis ad hoc sitis intendentes et respondentes. In cujus etc. Teste ut supra.

---

* These two names are substituted for "Henricum de Cobeham et Willelmum Persore, per literas speciales loco aliorum."

1232.

[m 2d]	Eboracum.	Apud Eboracum in majori Ecclesia.	Willelmus Constabularius, Gilebertus de Atton'.	in Estriding'.
			Henricus le Waleis, Nicholaus Ward', Robertus Engeram, Henricus de Berlay, Robertus de Barkeston'.	in Westriding'.
			Adam de Hilton', Johannes medicus.	in Nortriding'.
			Adam de Bella Aqua, Willelmus de Wichedon'.	in Ripun et in Beverlaco.
	Dereb'.	Apud Noting'.	Johannes de Aencurt, Thomas Hanselin, Robertus de Dun, Jordanus de Sniterton'.	
	Noting'.	Ibidem.	Willelmus de Cressy, Hugo filius Radulfi, Gerardus de Feneincurt, Willelmus de Staunton'.	
	Sussex'.	In majori ecclesia Cycestrensi.	Hugo Sanzaver, Willelmus Bernehus, Amfridus de Feringes, Johannes le Cunte.	
	Sumers'.	Apud Shireburne.	Robertus de Blakeford', Johannes de Reigny, Matheus de Clivedon', Willelmus de Draicot'.	
	Dors'.	Ibidem.	Willelmus de Wudiate, Thomas de Hineton', Radulfus Belet, Rogerus Martel.	
	Heref'.	In castro.	Nicholaus Secularis, Ricardus Pauncevot, Paganus de Burghull cum eis.[*]	
	Glouc'.	In castro.	Radulfus de Sudleg', Petrus de Egeworth'. Thomas de Tyringham, [†]Radulfus de Chandos.	
	Wigornia.	In prioratu.	Eudo de Bello Campo, Hugo le Poher.	
	Salopia.	Apud Brug'.	Vivianus de Roshal', Willelmus de Albo Monasterio, Robertus de Wudeton', Hugo le Forester.	
	Staff'.	Apud Burton'.	Willelmus Pauntulff', Willelmus Ruffus, Galfridus de Gresley', Willelmus de Erdinton'.	

*An interlineation. † Substituted for "Radulfus de W[illegible]ton'" "per literas."

1232.
[m 2d.]

Surr'.	Apud Merton'.	Rollandus de Acstede.	
		Willelmus de Wyk',	
		Willelmus de Mara,	
		Petrus de Perefrite.	
Suhamt'.	In prioratu Wintonie.	Ricardus de Barra,	in comitatu.
		Ricardus de Cardevill',	
		Henricus de Wudecot',	
		Thomas de Gymeg'.	
		Galfridus de Insula,	in insula.
		Philippus de Glamorgan.	
Devonia.	Apud Exoniam.	Hugo Peverel.	
		Henricus de Tracy,	
		Willelmus de Bruera,	
		Ricardus de Crues.	
Leic'.	In abbatia.	Willelmus de Folevill',	
		Willelmus Basset.	
War'.	In castro de Kenill'.	Johannes de Lodbroc',	
		Adam de Napton',	
		Johannes Durvassall',	
		Mauricius Pincerna.	
Norhant'.	In castro.	Robertus de Saliceto,	
		Robertus Grimbald.*	
		Henricus de Rande,	
		Ricardus de Bernak'.	
Rotel'.	Ibidem.	Henricus de Uppingham.	
		Alanus Basset.	
Linc'.	In majori ecclesia.	Willelmus de Welles,	Lindes'.
		Walterus Bec.	
		Simon de Roppesl',	Ketstevene.
		Alexander de Pointon'.	
		Johannes de Bractoft,	Hoiland'.
		Henricus le Moine.	
Wiltes'.	In castro Sarr'.	Hugo le Droes.	
		Michael de Sturton',	
		Jacobus de Trowe,	
		Ricardus de Derneford'.	
Berk'.	Apud Rading'.	Henricus de Scaccario,	
		Radulfus Danvers, loco W. de Englefeld' per literas.	
		Robertus Achard,	
		Rogerus de Cuserug'.	
Cornubia.		Radulfus le Sor.	
		Walterus de Treverbin,	
		Radulfus de Blonhou.	
		Odo Parvus.	

* Substituted for Johannes de Ulecot "per literas."

1232.
[m. 2d.

Lanc'.	In castro.	Willelmus Blundel, Galfridus Balistarius.	
Westmeril'.	In castro Carleol'.	Thomas filius Johannis, Henricus de Suleby.	
Cumbria.	Ibidem.	Ricardus de Levinton', Petrus de Tillol.	
Norhumbria.	In castro Dunholm'.	Radulfus Surteise, Johannes le Viscunte, Jordanus Heirun, Michael filius Michaelis.	
Norf'.	In prioratu Norwici.	Fulco Baignard', Thomas Burd', Henricus de Stanho, Matheus de Morle, Willelmus de Heingham, Rogerus de Haghe.	
Suff'.	Apud Sanctum Edmundum.	Johannes de Tyneteshal', Adam de Welnetham.	in libertate Sancti Edmundi.
		Willelmus de Amblie, Hugo Talemasch', Ricardus Mauduit, Robertus de Holm'.	
		Johannes de Tyneteshal', Adam de Whelnetham.	in libertate Sancti Edmundi.
Essex'.	Apud Turrim Lond'.	Henricus filius Aucheri, Ricardus le Butiller, Simon de Pelham, Radulfus filius Willelmi.*	
Hertf'.	Ibidem.	Petrus de Tany, Petrus de Godinton,† Henricus de Boclande.†	
Midd'.	Ibidem.	Nicholaus de Sancto Germano, Henricus Bocointe.	
Bedef'.	Apud Wardon'.	Radulfus Moryn, Hugo de Saleford'.	
Buk'.	Apud Wuburne.	Nicholaus de Haveresham, Radulfus Barre, Radulfus Harang',‡ Walter Durdent.‡	
Cantebrigia.	Apud Bernewell'.	Henricus de Colevill', Stephanus le Bloy, Warinus de Saham, Galfridus de Caxton'.	

* Substituted for Willelmus de Herlaue.

† Substituted for Galfridus de Childewic'

‡ Substituted for Rogerus de Sauteresdon and Ricardus de Turri de la Penne "per literas quia languidi sunt."

1232.
[m. 2d.]

Hunted'.	In prioratu.	Ricardus de Beinvill', Oliverus Maufe.
Oxonia.	In castro.	Robertus de Amary, Hugo de Wiethull'.

Litere de xl^{ma}. assidenda et colligenda de terris et libertatibus H. Elyensis episcopi.

Rex vicecomiti Cantebrigie et Hunted' salutem. Scias quod assignavimus dilectos et fideles nostros Henricum le Evesk', Warinum de Saham, Matheum Christien et Thomam de Stagno ad xl. omnium mobilium H. Elyensis episcopi et 'hominum' de terris et libertatibus suis in comitatibus Cantebrigie et Hunted' assidendam et colligendam. Et ideo tibi precipimus quod, occasione precepti nostri quod tibi alias fecimus, ut venire faceres coram generalibus assessoribus dicte xl. in comitatibus predictis de singulis villis iiij. homines et prepositum, de terris et libertatibus ipsius episcopi predictos homines et prepositum coram eis venire non facias; quoniam ipse episcopus ad mandatum nostrum coram predictis assessoribus ad hoc specialiter datis venire faciet, quibus intendens sis in omnibus aliis que dictum negotium contingunt in eadem forma quam de precepto nostro teneris intendere predictis generalibus assessoribus nostris comitatuum predictorum, ne tibi possit improperari quod vel hii vel alii in executione predicti negotii per defectum tui impediantur, pro quo ad te nos graviter capere merito debeamus. Teste rege apud Rading', xviij. die Octobris.

Et mandatum est generalibus assessoribus in eisdem comitatibus per diversas literas quod occasione mandati regis, quod eis fecit de predicta xl. illorum comitatuum generaliter facienda, in nullo se intromittant de xl. mobilium ipsius episcopi vel hominum suorum de terris et libertatibus suis. Teste ut supra.

Rex Elyensi episcopo salutem. Quia ad instantiam vestram speciales assignavimus assessores ad xl. mobilium vestrorum et mobilium hominum de terris et libertatibus vestris assidendam et colligendam: videlicet, in comitatibus Cantebrigie et Hunt', Henricum le Eveske, Warinum de Saham, Matheum Christien et Thomam de Stagno; in comitatibus Norf' et Suff', Robertum de Halsted', Walterum de Stanham, Ricardum filium Martini et I . . . . Hervi; et in comitatibus Essex' et Hertford', Walterum de Ely, Ricardum de Chiwell, Johannem de Litlebir' et Galfridum de Verly; et precepimus vicecomitibus nostris predictorum comitatuum quod occasione generalis mandati nostri prius facti de collectione predicte xl., villatas de terris et libertatibus vestris coram generalibus assessoribus nostris comitatuum predictorum venire non faciant; vobis mandamus rogantes quatinus nostre providentes indempnitati in hac parte sicut nos facimus vestre, singulas villatas de terris et libertatibus vestris coram predictis specialibus assessoribus ad hoc datis diebus et locis quos ipsi ad hoc providebunt et vobis scire facient, venire faciatis; ita quidem quod negotium illud ad ultimum incipiatur, in singulis comitatibus predictis, in crastino Animarum anno etc. xvij., et de die in diem continuetur donec perficiatur; vos igitur

1232.
[m. 2d.] juxta fiduciam quam de paternitate vestra reportamus, ea que dictum negotium deposcit, . . . vestris exequi faciatis, quod diligentia vestra debeat inde merito commendari, cum gratiarum actione speciali. Teste ut supra.

Istis specialibus assessoribus scribitur in forma qua superius scribitur generalibus assessoribus, mutatis tamen articulis secundum quod prenotatum est.

Et memorandum quod nomina istorum assessorum de singulis comitatibus scripta sunt in brevi dicto episcopo directo.

Mandatum est vicecomiti Essex' quod, si aliquando bene custodierit Hubertum de Burgo comitem, ipsum multo melius et diligentius custodiat, ita quod nullo modo capellam, in qua se tenet, exeat quin statim capiatur cum exierit, et ducatur incontinenti usque ad Turrim Lond', sub pena iiij. milium librarum. Teste rege apud Rading', xvj. die Octobris.

Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod, si Margareta uxor H. de Burgo comitis Kancie, exeat libertatem Sancti Edmundi, statim eam capiat et ducat usque ad Turrim Lond', constabulario ejusdem Turris liberandam. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Essex' et Hertford' quod, sicut se ipsum diligit, non permittat de cetero quod aliquis, sive vir religiosus sive alius, sine speciali mandato regis accessum habeat ad H. de Burgo, nec cum eo loquatur nec literam (?) vel mandatum aliquod ei deferat; nec etiam homines sui qui de licentia regis cibum suum parabant et ei serviebant, aliquando decetero ad eum accedant vel cibaria sua ei deferant, set, quando cibaria sua parata fuerint, deferant ea usque ad clausum extra capellam et tunc per aliquos de suis ad hoc assignatos, et qui prius juraverunt quod nullum nuntium vel mandatum ei deferent vel ab eo suscipient alicui alii nuntiandum, cibaria sua in capellam ad ipsum faciat (?) deferri. Parvum etiam sigillum suum, quod ipse adhuc retinuit apud se, in presentia sua visis literis faciat confringi et comminui. Teste rege apud Rading', xviij. die Octobris.

Mandatum est eidem vicecomiti quod, sicut se ipsum diligit, non permittat quod aliquis hominum loquatur aliquod verbum cum H. de Burgo, comite Kancie, nec' quod decetero comedat nisi semel in die, et tunc non habeat nisi unum panem oboli et unam magnam cofatam cervisie. Salterium etiam ejus ab eo faciat amoveri, ita quod decetero inspectionem ejus non habeat. Teste rege apud Rading', xxij. die Octobris.

Mandatum est vicecomiti Essex' quod per transmissos ad H. de Burgo etc. duos barones regis qui de rege tenent in capite, summoneri faciat eum quod veniat ad Curiam Regis ad standum recto et judicium ejusdem curie subeundum super transgressionibus quas regi fecit, et super querelis quas alii de regno faciunt adversus eum; et sic de tercio die in tercium summoneri eum faciat semel, secundo et tercio, donec tres habeat summonitiones. Comitatum autem tuum assideri faciat apud Boisars . . . . oct . . . Omnium Sanctorum; ita quod eo die eum posset utlagare per preceptum regis. Et videat ipse vicecomes quod tot et tales habeat eo die circa capellam ad ipsam custodiendam, quod ipse H. nullo modo inde queat exire quin statim capiatur. Teste . . . . xxiij die Octobris.

17 HENRY III.

1232.
[m. 17.] *De quercubus datis.*—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat priorisse et sanctimonialibus de Merlaue v. quercus in foresta de Windles' ad scindulas faciendas ad domos suas cooperiendas, de dono regis. Teste rege apud Wycumbe, xxix. die Octobris anno etc. xvij. Per Radulfum filium Nicholai.

Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat leprosis de hospitali Sancti Bartholomei extra Oxoniam sex quercus in foresta de Pauncehal' ad scindulas etc. ut supra.

Pro monialibus de Litlemora.—Rex concessit priorisse et monialibus de Litlemore et successoribus earum quod habeant de dono regis inperpetuum illam hidam terre cum pertinenciis in Henred', quam rex Ricardus avunculus regis dedit Johanni de Edgareston' habendam tota vita sua, et quam idem Johannes eis concessit ad eundem terminum, sicut plenius in carta eis inde confecta continetur. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod eisdem priorisse et monialibus de predicta hida terre cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Hugone de Sampford'.—Rex perdonavit Hugoni de Sampford' novem marcas et dimidiam, quas ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii, de prestito ei facto in Hibernia et in Wallia tempore J. regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predictis ix. *m.* et dimidia quietum esse faciant. Teste rege apud Lamh', ij. die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat G. de Craucumbe vij damas et tres damos in foresta de Blakemora, ad parcum suum de Bere instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro quibusdam hominibus de Kancia.—Willelmus Coc et Elena uxor ejus et Alardus juvenis et Letia uxor ejus, versus quos Hugo de Sandwic' petit in curia abbatis Sancti Augustini Cant' vij. acras terre cum pertinentiis in Sellinge, et unde posuit se super juratam de gavelikinde, quia breve illud nondum formatum est, habent literas directas vicecomiti Kancie quod scire faciat predicto abbati quod in loquela illa non procedat nec eos in aliquo occasionet. Teste ut supra.

De calce data.—Mandatum est Petro de Rivall' quod de calce regis, quam fieri fecit in bosco de Chippeham, habere faciat Ele comitisse Sarisburie centum quarteria de dono regis, ad fabricam ecclesie sue de Lacok'. Teste ut supra.

1232.

[m. 17.] *Pro quibusdam hominibus de Kancia.*—Walterus le Prude petiit breve de pace de ij. acris terre cum pertinentiis in Chileham, unde posuit se super juratam de gravelikind' in curia Ricardi de Chilleham et Roesie [uxoris] ejus, versus Radulfum le Riche et Agnetam uxorem ejus; et, quia dictum breve nondum formatum est, habet literas directas vicecomiti Kancie quod scire faciat predictis Ricardo et Roesie, quod in loquela illa non procedant nec eos inde in aliquo occasionet. Teste ut supra.

De filio Willelmi de Clinton'.—Mandatum est ballivis de Odiham quod Willelmum de Clinton', filium Willelmi de Clinton', quem cepit per preceptum P. Wintoniensis episcopi, liberari faciat Reginaldo de Moyun et Radulfo le Pohier, assignato predicti Willelmi ad predictum filium suum recipiendum. Teste ut supra.

De manerio de Kirketon' commisso S. de Sedgrave.—Rex commisit S. de Sedgrave, justiciario Anglie, manerium de Kirketon' cum soca et omnibus aliis pertinentiis suis ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit; et dedit ei rex omnia blada, carucas et instaura, que rex habuit in eodem manerio. Et mandatum est P. de Rivall' quod de predicto manerio cum soca et omnibus pertinentiis suis, et de predictis bladis, carucis et instauris plenam ei saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Lamh', iij. die Novembris.

De bissis datis.—Mandatum est Thome de Moleton' quod habere faciat Ricardo de Bello Monte tres bissas in foresta Carleoli, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Novembris.

Pro comite Britannie, de manerio de Costes'.—Mandatum est P. de Rivall' quod plenam saisinam habere faciat Warnero Engaigne, ballivo P. ducis Britannie, de manerio de Costes' cum pertinentiis, quod fuit Alani quondam vicecomitis Rohan ad opus predicti comitis. Faciat etiam habere Warnero omnia instaura et catalla inventa in manerio predicto que fuerunt predicti vicecomitis, eo quod R. Marescallus comes Penbroc manucepit quod dictus dux Britannie respondebit executoribus testamenti predicti vicecomitis de omnibus instauris et catallis predictis. Et si quid inde amotum fuerit vel distractum post mortem ejusdem vicecomitis, id revenire et eidem Warnero liberari faciat. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Novembris.

Pro abbate de Funtenay.—Mandatum est P. de Rivall' quod talem saisinam habere faciat abbati de Funtenay de medietate unius molendini cum pertinentiis in Hatfeld', qualem inde habuit antequam deveniret in manus H. de Burgo, comitis Kancie, per venditionem, quam Willelmus de Hobrug' eidem comiti fecit de altera medietate ejusdem molendini, que fuit ejusdem Willelmi. Teste ut supra.

De gavelikindeis de Kancia.—Rex concessit probis hominibus de comitatu Kancie quod loco magnarum assisarum que capi consueverunt per xij. milites de tenemento quod tenetur in gavelikind'

1232.
Jan. 17. et inter gavelikindeis, decetero capiantur jurate per xij. homines gavelikindeis, sicut plenius continetur in carta quam rex eis inde fieri fecit. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi faciat et teneri. Teste ut supra.

De manerio de Twiford' commisso R. comiti Marescallo.—Rex commisit R. Marescallo, comiti Penbroc, ad se sustentandum in servicio suo, quamdiu regi placuerit, manerium de Twiford' cum pertinentiis, quod R. comes Cestrie aliquando tenuit de ballio J. regis. Et mandatum est vicecomiti Buk' quod de predicto manerio plenam ei saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Lamh', viij. die Novembris.

De manerio de West Kinton commisso eidem.—Eodem modo scribitur vicecomiti Wiltes' pro eodem comite de manerio de West Kinton'.

Pro Ricardo de Gray.—Rex perdonavit Ricardo de Gray tres marcas, que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de amerciamento itineris justiciariorum in comite Kancie pro defalta. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Ricardum de predictis iij. marcis quietum esse faciant. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro comite Cornubie.—Mandatum est P. de Rivall', quod dominus rex concessit R. comiti Cornubie et Pictavie quod teneat omnes terras et tenementa, que habet de dote Isabelle uxoris sue bene et in pace, ita quod decetero nullam sectam faciat ad curiam heredum G. quondam comitis Glouc', occasione terrarum et tenementorum predictorum, et quod idem comes Cornubie curiam suam habeat de militibus et liberis hominibus suis qui tenent de dote predicta: et quod idem comes decetero colligat scutagium de feodis militum et liberorum hominum predictorum de dote uxoris sue tenentium, quotiens contigerit scutagium dari et currere in regno Anglie; et per manus ipsius heredis inde respondeat ad Scaccarium regis. Et ideo mandatum est eidem quod sic fieri permittat. Teste rege apud Lamieam, ix. die Novembris.

Pro Johanne filio Galfridi.—Rex P. de Rivall' salutem. Quia datum est nobis intelligi quod occasione mortis Henrici de Oyly captum est in manum nostram manerium de Clendon', quod Johannes filius Galfridi habuit de dono predicti Henrici, et unde fuit in seisina per duos annos et amplius ante mortem ipsus Henrici; vobis mandamus quod de predicto manerio ipsi Johanni talem saisinam habere faciatis, qualem habuit die quo predictus Henricus obiit. Teste me ipso apud Lameiam, ix. die Novembris.

Pro Jordano de Barnevill'.—Rex Philippo de Albiniaco salutem. Quia datum est nobis intelligi quod ballivi H. de Trublevil' de Insula ceperunt in manum ipsius domini sui terram Jordani de Barnevil' in Gerner', eo quod dicebatur ipsum Jordanum mortuum esse, qui

1232.
[m. 17 sanus est et incolumis; vobis mandamus quod de predicta terra ipsi Jordano talem seisinam habere faciatis, qualem inde habuit quando disseisitus fuit occasione predicta. Et si quid inde captum vel amotum fuerit, id ei sine dilacione reddi faciatis. Teste ut supra.

Pro Anketillo Mallore.—Rex perdonavit Anketillo Mallore v. marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de debito Willelmi de Muletorp', cujus filiam et heredem idem Anketillus habuit in uxorem; quod quidem debitum predictus Willelmus debuit Aaron Judeo Eboraci. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Anketillum de predictus v. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Lamh', viij. die Novembris.

Pro Ricardo la Veille.—Mandatum est P. de Rivall' quod de terra illa in Meaudon et Lestepl', quam Ricardus la Veille tenuit in dotem Marie uxoris sue, et de qua fecit ipsum disseisiri occasione custodie terre et heredis Roberti Mauncel, quam habuit per H. de Burgo etc., eidem Ricardo plenam saisinam habere faciat una cum rebus et catallis que idem Ricardus habuit in predicta terra de Meaudon et in le Stepl', que est de dote predicte uxoris sue, quando idem P. ipsum Ricardum inde fecit disseisiri. Teste ut supra.

De c. et l. li. *ad opus Savarici per manum fratris Hugonis de Stocton'.*—Mandatum est P. de Rivall' quod c. et l. *li.* quas recepit apud Novum Templum London' per manum fratris Hugonis de Stocton', thesaurarium de Templo, ad opus regis de denariis, qui fuerunt Huberti de Burgo, comitis Kancie, liberet Petro Joiberti nuntio S. de Malo Leone in parte solutionis annui feodi sui. Teste rege apud Lamh', xj. die Novembris.

De tradendis in ballium.—Quia constat regi per inquisitionem quod Walterus Wyther et Philippus Wyther appellant Robertum Hatewy de morte Rannulfi de Linden' odio et athia etc.; mandatum est vicecomiti Glouc' quod si idem Robertus invenerit ei xij. probos et legales homines qui eum manucapiant etc. coram justiciariis ad primam assisam etc. tunc tradat etc.

Pro Agneta que fuit uxor Willelmi comitis Arundell'.—Mandatum est P. de Rivall' quod singulis annis, quamdiu terra comitis Arundell' fuerit in manu regis, faciat habere Agnete filie W. quondam comitis Arundell', que est sanctimonialis apud Bocland, xl.s. de terra predicta, quia rex didicit quod eadem Agnes percipere consuevit singulis annis xl.s. tempore predicti comitis de dono suo ad se sustentandam et etiam tempore H. de Burgo, dum terra predicta fuit in manu sua. Teste ut supra.

De allece deliberando.—Mandatum est assessoribus xl. in comitatu Norf' quod allec Simonis de Cocham et aliorum mercatorum, quod arestari fecerunt apud Jernem' occasione xl. quam exigunt ad opus regis, sine dilatione deliberari faciant.

1232.

[m. 17.] *Pro Waltero filio Rogeri Hacun.*—Quia Walterus filius Rogeri Hacun plene etatis est, mandatum est vicecomiti Bed' quod de tota terra que fuit predicti Rogeri die quo obiit et ipsum hereditarie contingit, que etiam capta fuit in manum regis occasione terrarum Rannulfi Britonis, in cujus custodia idem Walterus fuit, ei sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium xiij. die Novembris. Per justiciarium.

Pro H. de Burgo: de saisina terrarum suarum.—Mandatum est P. de Rivall' quod de omnibus terris Huberti de Burgo, tam de hereditate sua quam de perquisitis suis, aliis quam terris et tenementis, que de rege tenuit in capite, ipsi Huberto plenam saisinam habere faciat cum omnibus catallis et instauris, que in dictis terris inventa fuerunt, quando capte fuerunt in manum regis per preceptum suum, scilicet, de Hadfeld' Peverel, quod habuit de dono W. de Mandevill' comitis Essex' in comitatu Essex'; et de Burgo, Sutherton,' Beston', Newenton',* Rugham cum pertinentiis, quod habuit de hereditate sua in comitatibus Norf' et Suff'; et de Wurmegaye, Stowe, Roubeton', Fineberg' cum pertinentiis, de terra que fuit Beatricie de Warenn, quondam uxoris sue in eisdem comitatibus; et de Aspel', Henlawe cum pertinentiis, que habuit de dono Reginaldi de Sancto Walerico in comitatibus Buk' et Bedeford'; et de terris quas habuit in Ringested', Chelveston', Caldecot', Stanwik' cum pertinentiis, quas habuit de dono W. comitis de Ferr' in comitatu Norhamt'; et de terris quas habuit in Wateleg' cum pertinentiis de dono comitisse Augi in comitatu Noting'; et de terris quas habuit in Herthull' cum pertinentiis, de terra, que fuit predicte Beatricie quondam uxoris sue in comitatu Eboraci; et de terris quas habuit in Elmore de dono Rogeri filii Nicholai in comitatu Glouc'; et de terris quas habuit ad firmam ad terminum de Henrico de Menstreworth' in Menstreworth' in eodem comitatu; et de terris quas habuit in Wynfrod' cum pertinentiis de dono Gileberti de Aquila in comitatu Dors'; et de terris quas habuit in Bensted' cum pertinentiis de dono Willelmi de Mobray in comitatu Surr'; et de terra quam habuit in Shenes cum pertinentiis ad firmam de Willelmo de Colevill' et Matilde uxoris ejus in eodem comitatu; et de terris quas habuit in Flescing cum pertinentiis de terris que fuerunt predicte Beatricie quondam uxoris sue in comitatu Sussex'; et de terris quas habuit in Tunstall cum pertinentiis de dono Roberti Arsic in comitatu Kancie; et de terris quas habuit in Neweton', Achalt' et Roseland' de dono comitis de Gisnes in eodem comitatu; et de terris quas habuit in Kingesdon' cum pertinentiis de dono Reginaldi de Cornhull' in eodem comitatu; et de terris quas habuit in Cumpton' cum pertinentiis de dono Matildis comitisse Essex' in comitatu Warewic'; et de terra quam habuit in Wulward' de dono Thome de Wulward'; et de edificiis, que habuit in Westmonasterio de feodo abbatis Westmonasterii in comitatu Middelsex'; et de terris quas habuit in Porteslad' de hereditate predicte Beatricie uxoris sue in comitatu Sussex'; retentis in manu domini regis castris de

* *Sic* in MS. *See* p. 188.

1232.
[m. 17.] Skenefrict', de Grosmunt', de Blanccbastell' et de Horneby, cum omnibus eorum pertinentiis et catallis et instauris in eis inventis. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Novembris.

Wasconia. Pro monialibus de Fonte Ebroldi.—Mandatum est senescallo Wasconie quod permittat moniales de Fonte Ebroldi pacifice possidere redditum suum annuum in Insula Oleronis, sicut illum habuerunt temporibus H. regis avi, R. regis avunculi et J. regis patris domini regis. Teste rege apud Dunstapl', xvij. die Novembris.

De quodam palefrido regis infirmo.—Mandatum est episcopo Carleolensi quod necessaria inveniat cuidam palefrido regis moranti apud Hereghes infirmo, una cum custode suo, donec rex miserit propter eum; et computabitur etc. Teste ut supra.

Pro Roberto Hardel.—Mandatum est ballivis Roff' quod deliberari faciant Roberto Hardel catalla sua, que arestaverunt in villa sua occasione mortis Radulfi de Chelmereford', de qua rettatus fuit, quia protestatum est et judicatum in curia regis quod idem Robertus de morte predicta non est culpabilis. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Novembris.

De elemosinis pacandis.—Mandatum est P. de Rivall' quod elemosinas constitutas honorum de Glouc' et de Arundell' de terminis transactis postquam custodia eorundem honorum devenit in manum regis, pacari faciat, sicut comites eorundem honorum eas pacare consueverunt. Teste P. Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium, xiiij. die Novembris. Per eundem et justiciarium.

De paagio equorum apud Portesm'.—Mandatum est custodi portus Dovr' quod nullum alium paagium capiat in portu Dovr' de equis transfretantibus quam capi consuevit tempore J. regis etc. usque ad tempus quo H. de Burgo recepit custodiam castri Dovr', qui malam toltam de equis transfretantibus levavit, que hactenus duravit: cui etiam custodi prohibitum est ne decetero malam toltam capiat, quia rex vult quod penitus deleatur. Teste rege apud Dunstapl', xvij. die Novembris. Per eundem.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Alienore comitisse Penbr' decem damas in foresta de Bernewod', contra instans Natale Domini, de dono regis. Teste rege apud Norhamt', xviij. die Novembris. Per Radulfum filium Nicholai.

De quercubus datis.—Mandatum est H. de Nevill' quod abbati de Lavinden', ad clocherium ecclesie sue quod nuper cecidit reparandum, faciat habere quatuor quercus in foresta de la Saucee, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro Roberto Grimbald'.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod, quamdiu Robertus Grimbaud' intendit negocio regis de xl. reddenda et colligenda in comitatu Norhamt', de secta comitatus et wapentachiorum pacem habere permittat. Teste ut supra.

1232.
[m. 16.] *Pro Nicholao de Molis.*—Rex perdonavit Nicholao de Molis xl. solidos qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de scutagio Pictavie de feodo unius militis quod deregc tenet in Karswell' et in Depeford', et xx. solidos de scutagio de Eleveyn de eodem feodo. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Cauz et Radulfo Tyrel.—Rex commisit Galfrido de Cauz et Radulfo Tyrel manerium de Cuendon', quod magister Hurricus aliquando tenuit, ad se sustentandos in servicio regis, quamdiu regi placuerit; scilicet unam medietatem uni et aliam medietatem alii. Et mandatum est P. de Rivall' quod de predicto manerio plenam eis saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Norhamt', xxj. die Novembris. Per justiciarium.

Pro Willelmo Talebot.—Eodem modo scribitur eidem P. pro Willelmo Talebot de manerio de Wyggeford', quod idem Hurricus tenuit, ei commisso ad se sustentandum, quamdiu regi placuerit. Per justiciarium.

Pro Engelardo de Cygoigny.—Eodem modo scribitur eidem P. de manerio de Osmundeston' cum pertinentiis, quod fuit in manu R. comitis Cestrie, commisso Engelardo de Cygoigny ad se sustentandum, quamdiu regi placuerit. Teste ut supra. Per justiciarium.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat priori Sancti Andree Norhamt' xx. quercus in boscis de Pochele et Gatesle, de dono regis ad operationem turris sue. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De damis datis.—Mandatum est Petro de Rivall' * quod habere faciat W. Carleolensi episcopo sex damas in foresta de Havering contra Natale Domini, anno xvij., de dono regis. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Maundevill'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod secundum extensionem quam rex fieri precepit de terris Galfridi de Maundevill' in Hanteworth' et in Bratton', et quam penes se habent depositam, secundum quod melius providere poterunt, terminos rationabiles habere faciant predicto Galfrido de debitis illis reddendis que debet Copino Judeo Oxonie, Bonefey Judeo Walingford', et Jocepin Judeo Bristoll', pro quorum debitis terre predicte capte fuerunt in manum eorundem Judeorum; ita quod de exitibus illarum terrarum assignetur singulis annis aliqua certa pars ad debita predicta solvenda, et de residuo possint predictus Galfridus et uxor ejus et liberi ipsius sustentari, et quod decetero non currant usure in debitis predictis. Teste ut supra. Per comitem Marescallum.

Pro Baldewino de Ver.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod, donec inquisitio facta fuerit quantum terra, que fuit R. quondam comiti Cestrie et Lincolnie, valeat per annum, permittat Baldewino de Ver predictam terram excolere et seminare. Teste rege apud Norhamt', xxij. die Novembris.

* Substituted for "Ricardo de Muntfichet."

1232.

[m. 16.] *Pro Radulfo filio Nicholai.*—Rex concessit Radulfo filio Nicholai custodi terre et heredis Hugonis Poinz c. solidos annuos, quos Robertus de Muscegros reddere consuevit G. quondam comiti Glouc' ratione dotis uxoris sue pro quadam terra in Sutton', que est de hereditate Nicholai Poinz filii et heredis predicti Hugonis, et postea Huberto de Burgo, quamdiu custodia terre et heredis predicti comitis fuit in manu sua, habendos usque ad etatem predicti Nicholai de Poinz, ad quem predicti c. solidi reverti debent, cum fuerit plene etatis. Et mandatum est P. de Rivall' quod de predictis c. solidis eidem Radulfo saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem Roberto de Muscegros quod de predictis c. solidis eidem Radulfo sit intendens et respondens, sicut predictum est.

Pro episcopo Dunholmensi.—Mandatum est B. de Insula quod loquelam, que est coram eo inter regem et R. Dunholmensem episcopum de boscis suis inter Usam et Derewent', ponat in respectum usque ad octabas Sancti Hillarii, anno xvij. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat abbatisse Sancte Marie de Pratis extra Norhamt' x. fusta in foresta de Saliceto ad reparationem ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro heredibus Rannulfi comitis Cestrie de partibus suis.—Provisum est quod manerium de Barewe cum pertinentiis remaneat Hugoni de Albin', qui est in custodia regis, pro capitali mesuagio suo de parte sua que eum contingit de hereditate, que fuit R. quondam comitis Cestrie et Lincolnie, et quod eidem Hugoni remaneant ad presens maneria de Campeden', de Covintr' et de Olneya in tenantiam partis sue de hereditate predicta, donec perfecta et stabilis partitio fiat de hereditate, que fuit predicti comitis, inter heredes ipsius comitis. Ita quidem quod, si ipsi Hugoni non fuerit plene satisfactum per predicta maneria in parte sua, recuperare possit versus participes suos id quod ei deerit, et similiter participes sui recuperare possint versus eum, si plus habeat quam habere debet. Et mandatum est P. de Rivall' quod predicta maneria in manu regis pro parte predicti Hugonis retineat et salvo custodiat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo provisum est quod castrum de Cerdel' cum manerio et pertinentiis suis pro capitali mesuagio remaneat W. de Ferrariis, comiti Dereb', et Agneti uxori sue de parte ipsius Agnetis, que eam contingit etc. et quod eisdem comiti et uxori sue remaneant ad presens castrum et villa de West Derb' cum pertinentiis una cum terris, quas predictus comes Cestrie habuit inter Ribbel et Merse, et villa de Buckebroc' cum pertinentiis in comitatu Norhamt', et villa de Naveneb' in comitatu Linc', in tenantiam partis predicte Agnetis de hereditate predicta, donec partitio fiat etc., ut supra. Provisum est etiam quod Hawisie de Quency remaneat castrum

1232.

[m. 16.] de Bulingbroc' et manerium cum pertinentiis pro capitali mesuagio, et quod habeat in tenantiam omnes alias terras que predictus comes habuit in Lindes' et Hoiland', donec predicta partitio fiat. Ita quidem etc. ut in proximo brevi. Et mandatum est eidem P. de Rivall' quod de terris predictis et castris assignatis ad opus ipsorum comitis de Ferrariis et uxoris sue, et de terris assignatis ad opus predicte Hawisie, sicut predictum est, plenam eis saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat priori de Davintr' xv. quercus in foresta regis de Poghel' et xv. quercus in Gatesl', ad operationem ecclesie sue de Davintr', de dono regis. Teste rege apud Davintr', xxiij. die Novembris. Per ipsum regem.

De denariis mittendis ad regem.—Mandatum est W. Carleolensi episcopo quod omnes denarios regis, quos habet in custodia et quos habiturus est, in brevi ad regem mittat sub salvo conductu versus partes Wigornie; ita quod, si rex non fuerit in partibus illis, deferantur sub salvo conductu ad marchiam, ubi rex tunc erit. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Robertus le Esclater et Emma uxor ejus non sunt culpabiles de morte Walteri prepositi, ut rex intellexit per inquisitionem; habent literas directas vicecomiti Suhamt' de eis tradendis in ballium, xij. etc. Teste ut supra.

Pro Leodegario de Diva.—Rex concessit Ligerio de Diva quod de debitis, que debet Judeo Notingh', reddat per annum eidem Judeo quatuor marcas, donec plene reddiderit ei debita predicta, et quod decetero non currant usure in debitis predictis. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod predictum Judeum coram eis venire faciant et inquiri quantum idem Ligerus debeat eidem Judeo, et postea de debitis predictis fieri et inrotulari faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Kenilleworth', xxiiij. die Novembris.

Pro comite R. Marescallo.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod saisinam habere faciat R. comiti Marescallo de manerio de Clatford' cum pertinentiis, quod fuit in manu Walerandi Teutonici, et quod idem Walerandus regi reddidit, salvis eidem Walerando rebus et catallis suis, que habet in manerio predicto. Teste rege apud Bordesle, xxv. die Novembris. Per ipsum regem.

Pro Galfrido de Bathonia.—Rex terram, que fuit Rollandi de la Genwar', in Mapeldreham cum pertinentiis commisit Galfrido de Bathonia servienti suo ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod eidem Galfrido de predicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Wenlac, xxvij. die Novembris.

1232.
[m. 16.] *Pro Walerando Teutonico.*—Rex commisit Walerando Teutonico manerium de Croxton' cum pertinentiis, quod fuit in manu H. de Burgo, ad ipsum Walerandum sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est P. de Rivall' quod eidem Walerando de predicto manerio cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Wenlac, xxix. die Novembris. Per P. de Rivall'.

Pro Waltero de Clifford'.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Waltero de Clifford' duas bissas in foresta de Den', de dono domini regis. Teste rege apud Wenlac', j. die Decembris.

Pro priore de Wenlac.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod omnia placita comitatus sui tangentia priorem de Wenlac, quem rex misit in servicium suum ad partes transmarinas, ponat in respectum usque ad reditum suum de partibus predictis. Teste rege apud Wenlac, ij. die Decembris.

De castro et manerio subtus Lymam.—Rex castrum suum et manerium subtus Lymam cum omnibus pertinentiis suis commisit Gileberto de Sedgrave, ad custodiendum predictum castrum de exitibus ejusdem manerii et ad se inde sustentandum in servicio regis, donec rex ei alibi providerit. Et mandatum est Petro de Rivall' quod de predictis castro et manerio cum pertinentiis eidem Gileberto plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Salopiam, iiij. die Decembris. Per ipsum regem. Per Petrum de Rivall'.

Idem habet literas domini regis patentes per eadem verba.

Pro Alvredo de Suligny.—Alvredus de Sulyny fecit regem securum per Robertum Lupum et Normannum de Sulygny, quod habebit recto si necesse fuerit herenesium suum et res suas, que arestate sunt in villa de Portesm' occasione mortis cujusdam hominis de villa sua, qui obiit ex casu cujusdam candelabri, ut dicitur, et in cujus hospitio hernesium et res ipsius Alvredi tunc inventa fuerunt. Et mandatum est ballivis de Portesm' quod hernesium suum et res suas ea occasione arestata, ei deliberari faciat (*sic*). Teste rege ut supra.

Pro Thoma de Newerc.—Rex perdonavit Thome de Newerc', clerico, unam marcam de misericordia in quam inciderat coram iiij. militibus justiciariis assignatis ad assisam nove dissaisine capiendam in comitatu Noting'; Hugo filius Sewini et Robertus filius Reyneri, eo quod non habuerunt coram eisdem justiciariis Aliciam et Margaretam filias Milonis le Walur, neptes predicti Thome, quas plegiaverunt. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipso Hugonem et Robertum de predicta marca quietos esse faciant. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est P. de Rivallis quod in foresta de Wauberg' x. fusta, et in foresta de Suppel' alia x. fusta, faciat habere magistro Johanni de Cadamo ad quoddam kaium faciendum ante ecclesiam suam de Wisebech', de dono regis. Teste rege apud Salopiam, v. die Decembris. Per ipsum Petrum.

1232.

[m. 16.] *De providentia contra Natale Domini.*—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod emi faciat ad opus regis in balliva sua contra Natale Domini c. et l. congruas et unum vel duos vel tres porpesios, si inventi fuerint; et mittat eos usque Glouc' liberandos ibidem ballivis Glouc', qui eos mittent usque Wigorniam una cum aliquo de hominibus ipsius wicecomitis Sumers', per quem regi significet precium predictorum, quod rex ibidem reddi faciet. Teste ut supra.

Et mandatum est ballivis Glouc' quod piscem illum recipiant et mittant usque Wigorniam, et custum etc. faciet rex acquietari. Teste rege ut supra.

Et mandatum est ballivis Coventr', Bannebir', Bristoll', Stratford', Brackel', Oxonie, Heref', Glouc', quod servienti regis ad eos misso ad piscem emendum et ad alias provisiones faciendas ad opus regis contra Natale Domini sint auxiliantes et consulentes, et cariagium ei habere faciant ad ea que emerit carianda usque Wigorniam. Et custum, cum ventum fuerit usque Wigorniam, faciet rex acquietari. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Blakemora faciat habere J. comiti Lincolnie et constabulario Cestrie, x. quercus, de dono regis. Teste rege apud Salopiam, vij. die Decembris. Per ipsum regem.

Pro Willelmo Burdet.—Mandatum est vicecomiti Leic' quod in pleno comitatu suo et per assensum totius comitatus loco Willelmi Burdet, quem rex duxit amovendum, si necesse fuerit alium faciat eligi coronatorem etc.

Pro monialibus de Brewod'.—Rex etc. dilecto sibi P. de Rivall', salutem. Sciatis nos per cartam nostram concessisse priorisse et albis monialibus de Brewod' quod libere et sine impedimento essartare possint et excolere unam acram et dimidiam, ad perticatam nostram, de bosco suo quem habent in Calverton' infra forestam nostram comitatus Noting', et eas fossato et haya claudere, ita quod fere intrare possint et exire, et quod illa acra et dimidia inperpetuum sint quiete de vasto et regardo et visu forestariorum, viridariorum et regardatorum et omnium ministrorum suorum. Et ideo vobis mandamus quod predictas priorissas (*sic*) et moniales predictam acram et dimidiam de predicto bosco suo essartare permittatis et excolere et quietas esse, sicut predictum est. Teste me ipso apud Salopiam, viij. die Decembris, anno regni nostri xvij.

Pro Galfrido de Overton'.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod loco Galfridi de Overton' coronatoris regis in comitatu illo, quem rex duxit amovendum, in pleno comitatu suo et per assensum totius comitatus, alium eligi faciat coronatorem. etc.

[m. 15.] Mandatum est ballivis Bristoll' quod de vinis, que canonici Heref' emi facient in villa sua ad opus commune sue vel ad opus singulorum ipsorum proprium, ipsos de theloneo quietos esse permittant, accepta securitate ab hiis qui dicta vina ement quod ad

1232.
[m. 15.] opus predicte commune emantur. Vadium etiam eorum quod ceperunt et tenent pro theloneo de vinis que ibi nuper emerunt, eis sine dilatione faciant deliberari. Teste rege apud Heref', xiij. die Decembris.*

Pro Pagano de Chaurces.—Mandatum est P. de Rivall'† quod plenam saisinam habere faciat Pagano de Chaurces de maneriis de Linlegh' et de Wylye cum pertinentiis, que fuerunt in manu Ricardi de Argent'. Faciat etiam habere eidem Pagano de bladis et catallis inventis in eisdem maneriis, ad valentiam bladorum et catallorum que idem Ricardus habuit de bladis et catallis ipsius Pagani inventis in predictis maneriis, quando rex eidem Ricardo predicta maneria commisit. Teste ut supra.

Pro priore de Bermundes'.—Mandatum est P. de Rivall' quod plenam saisinam habere faciat priori de Bermundes' de quadam terra [et] molendino cum pertinentiis in Querendon', que dimiserat ad firmam Petro de Grendon' capellano R. quondam comitis Cestrie et Linc', et quod idem capellanus dimisit predicto comiti, qui ea tenuit usque ad mortem suam; et ideo capta fuerunt in manum regis una cum terris predicti comitis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilup'.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum quod Hubertus de Burgo tempore quo castrum de Muntgomery fuit in manu sua, injuste et sine judicio dissaisivit Willelmum de Cantillup' seniorem de feodis viij. militum in comitatu Salopie; mandatum est vicecomiti illi quod eidem Willelmo de predictis feodis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Heref', xiiij. die Decembris.

Eodem modo scribitur constabulario de Muntgomery.

Pro decano et capitulo Heref'.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod de vinis que decanus et canonici Heref' emi facient in villa sua ad opus commune sue vel ad opus proprium singulorum ipsorum, nichil capiant ad villam suam claudendam occasione consuetudinis quam rex eis ad hoc concessit capiendam; et vadia eorum que propter hoc ceperunt et adhuc tenent pro vinis que nuper emi fecerunt ibidem, et similiter denarios quos ab eis propter hoc ceperunt, eis deliberari faciant. Teste ut supra.

De quietantia sectarum comitatus et hundredorum.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod quamdiu Hugo de Duddel' et Rogerus le Poher intendent quadragesime episcopi Herefordensis et hominum suorum assidende et colligende per preceptum regis, permittat eos esse quietos de sectis comitatus et hundredorum, nec eos interim ponat in retornis juratarum vel regwardis. Teste ut supra.

Pro comite de Ferrariis.—Mandatum est P. de Rivall' quod sine dilatione plenam saisinam habere faciat W. comiti de Ferrariis de manerio de Naveneby, quod idem comes habere debet in tenantiam, quousque terre, que fuerunt R. comitis Cestrie et Linc', extente fuerint et partite. Teste ut supra.

* This entry is cancelled 'quia aliter inferius.'

† Corrected from 'vicecomiti Essex.'

1232.
[m. 15.]

Pro hominibus de Maworthin et Lugworthin'. — Mandatum est vicecomiti Heref' quod occasione precepti regis alias ei facti, quod habere faceret Waltero de Baskervill' arreragia sua de tempore quo fuit vicecomes Heref', non distringat homines regis de Lugworth' vel Maworthin' ad reddendum ei arreragia que ab eis exigit. Teste ut supra.

Pro episcopo Herefordensi de custodia clericorum.—Rex ad tres clericos salvo custodiendos, qui nuper capti fuerunt apud Leministr', commodavit H. Herefordensi episcopo gaiolam Heref', ita quod in ea sint nomine ipsius episcopi et sub custodia sua donec deliberentur. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod ipsos clericos in predictam gaiolam admitti faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Ros, xvj. die Decembris.

De prisone deliberando per plegios.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod Henricum de Marcham et Robertum fratrem ejus et Reginaldum de Catthorp' captos et in prisona regis detentos apud Noting' occasione appelli, quam (*sic*) Johanna de Lameleg' facit versus eos de roberia et pace regis fracta, per salvos plegios deliberet usque ad adventum justiciariorum in partes illas. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Dene faciat habere Reginaldo capellano de Wilton' ij. quercus ad quendam batellum faciendum ad passagium subtus Wilton', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Ricardo Talebot.—Ricardus Talebot, filius et heres Gileberti Talebot, reddidit regi in garderoba sua apud Sanctum Briavellum die Veneris proxima post festum sancte Lucie anno xvij. decem marcas de fine quem idem Gilebertus fecit cum rege ad primam transfretationem suam ne transfretaret cum rege. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum Ricardum de illis x. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Sanctum Briavellum, xvj die Decembris.

Pro comitissa Penbroc'.—Quia rex didicit per inquisitionem factam per preceptum suum, quod custodia terre et heredis Simonis de Chelefeld', unacum maritagio ejusdem heredis, pertinet ad Alienoram comitissam Penbr' occasione terre que fuit comitisse de partito in Neubir', que est in manu ipsius comitisse: mandatum est vicecomiti Kancie quod de tota terra, quam idem Simon tenuit de feodo ipsius comitisse de partito in balliva sua, cum herede predicto sine dilatione plenam sasinam habere faciat. Teste rege apud Sanctum Briavellum, xvij. die Decembris.

De piscando ad opus Regis.—Mandatum est S. de Sedgrave quod piscari faciat in vivario de Kenilleworth' visis literis ad lucios et bremias ad opus regis, et omnes lucios qui ibi capientur salvo custodiri faciat et mitti usque Wigorniam, ita quod ibi sint in instanti vigilia Natalis Domini contra adventum regis, et in pane poni faciat et mitti usque Wigorniam. Teste ut supra.

1232.
[m. 15.]

Pro Jordano de Stodham.—Quia rex accepit per inquisitionem etc. quod v. acre terre cum pertinentiis in Bareworth', que fuerunt Johannis filii Rogeri utlagati pro latrocinio, extiterunt in manum regis per unum annum et unum diem, et quod idem Johannes terram illam tenuit de Jordano de Stodham; mandatum est vicecomiti Hertford' quod de predicta terra ipsi Jordano plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De vinis custodiendis.—Mandatum est constabulario Glouc' quod quatuor dolia vini que probi homines Bristoll' domino regi dederunt, recipiat ab eis et salvo custodiat donec aliud inde dominus rex precipiat. Teste rege apud Strigoill', xx. die Decembris, anno etc. xvij.

Pro Thoma de Forgia.—Thomas de Laforge reddidit regi in garderoba apud Sanctum Briavellum per manum vicecomitis Glouc' die Lune in vigilia Sancti Thome apostoli anno etc. xvij., ducentas sagittas de servicio suo regi debito de anno xvj. de tenemento suo quod de rege tenet in Upton'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Thomam de illis ducentis sagittis quietum esse faciant. Teste rege apud Sanctum Briavellum, xix. die Decembris.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta regis de Den' faciat habere capellano ecclesie Sancti Briavelli tres quercus ad operationem ejusdem ecclesie, et Gileberto de Sedgrave unam quercum, et Johanni Wulwin' minitori unam quercum ad maeremium, et Roberto de Wakering' unum bonum robur ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De obsidibus liberandis.—Mandatum est Johanni Extraneo quod de v. obsidibus qui in custodiam suam traditi sunt occasione deliberationis filii Ignavi Vachan, duos, videlicet Reginaldum filium Resi et Johannem filium Philippi le Bret liberet Trahero filio Hoel,' et ceteros tres obsides patribus suis tradat, videlicet Eustachium Roberto de Witten' patri suo, et Ricardum Hugoni de Fraxino patri suo, et alium Ricardum Henrico de Penebrug' patri suo. Teste rege apud Ledebir', xxiij die Decembris.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod quod (*sic*) in foresta de Dene faciat habere priori Parve Malvernie decem quercus ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Wigorniam, xxv. die Decembris.

De tradendo in ballium.—Willelmus de Langedon' detentus in prisona apud Salopiam pro morte Ricardi Furet, unde rettatus est, habet literas directas vicecomiti Salopie quod tradatur in ballium xij. etc. usque ad adventum justiciariorum. Teste rege apud Wigorniam, xxvij die Decembris per regem.

1232.
[m. 15.] *De mulieribus deliberandis.*—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod Johannam, que fuit uxor Swani de Barkesford' utlagati pro roberia et pace regis fracta, et Margaretam uxorem Elye le Dichare socerum ipsius Swani, qui fugit pro eodem, et Agnetem uxorem Ricardi de Esthal' qui fugit pro eodem, et Hewisiam uxorem Nicholai de Bustoc qui fugit pro eodem; que quidem mulieres capte sunt et detente in prisona regis apud Wigorniam pro malo retto ipsorum virorum suorum, a prisona regis quietas deliberet. Teste rege apud Wigorniam, xxvij. die Decembris.

Pro uxore comitis Cestrie.—Rex bene vult si placet heredibus R. quondam comitis Cestrie et Linc' quod Clementia, que fuit uxor ipsius comitis, teneat manerium de Smytheby quod fuit ipsius comitis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est P. de Rivall' quod ipsam Clementiam dictum manerium tenere permittat, si placet predictis heredibus, sicut predictum est. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat abbati de Persor' xx. quercus in foresta de Fecham, de dono regis, ad reparationem domorum suarum que combuste fuerunt. Teste ut supra. Per G. de Craucumbe.

De robore dato.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat recluse de Bretford' unum robur in foresta de Clarendon' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Theok', xxviij. die Decembris.

De bremiis datis.—Mandatum est eidem quod in vivario regis de Feckeham faciat habere Johanni filio Philippi ducentas bremias ad ponendum in vivario de Flederich' in foresta de Kenefar'. Teste ut supra.

Pro quodam prisone deliberando.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod ex quo vicecomes Staff' per preceptum regis ei significaverit quod Willelmus molendinarius, qui captus est et in prisona regis apud Notingham detentus pro malo retto, invenerit ei salvos plegios de comitatu Staff' de esse coram justiciariis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc ipsum Willelmum a predicta prisona faciat deliberari. Teste rege apud Theokebiry, xxx. die Decembris.

Et mandatum est vicecomiti Staff' etc.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Cliva faciat habere Willelmo de Cantilup' juniori tres damas, de dono regis. Teste rege apud Theok', xxx. die Decembris.

De herieto perdonato.—Rex perdonavit Edithe que fuit uxor Ricardi Caretter heriettum quod ab ea exigitur occasione mortis ipsius viri sui. Et mandatum est ballivo de Bureford' quod eidem Edithe pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro Thoma Corbet.—Rex perdonavit Thome Corbet c. solidos qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de prestito facto

1232.
[m. 15.] Roberto Corbet patri ipsius Thome in Hibernia tempore Johannis regis, et unam marcam que ab eo exigitur per eandem summonitionem de prestito eidem Thome facto tempore predicti regis Johannis. Et mandatum est baronibus de scaccario quod ipsum Thomam inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro canonicis de Thorkes'.—Quia rex intellexit per inspectionem cartarum W. quondam Lincolniensi episcopi et predecessorum suorum, quod prior et canonici de Thorkes' sunt in possessione advocationis ecclesie sancti Petri de Thorkes'; mandatum est H. Lincolniensi episcopo quod, non obstante appellatione quam Philippus de Lascell', vicecomes Linc', coram eo fecit nomine regis ne quis admitteretur ad predictam ecclesiam ad presentationem ipsorum prioris et canonicorum, ad presentationem eorundem hac vice idoneam personam ad eandem ecclesiam admittat; salvo tamen regi et heredibus suis jure quod rex protestatur habere in advocatione ejusdem ecclesie. Teste ut supra.

De coronatore.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod in pleno comitatu suo loco Johannis Cumyn, coronatoris in Wigornia, qui languidus est, et loco Walteri Wille, coronatoris in eadem villa, qui mortuus est, per assensum proborum hominum de willa Wigornie eligi faciat duos alios coronatores etc. Teste ut supra.

Rex perdonavit probis hominibus Glouc' demandam ducentarum et quater viginti lampredarum que ab eis exiguntur per summonitionem Scaccarii de tempore Johannis regis.*

1233. *Contra H. de Burgo de disseisina.*—Quia constat regi per inquisitionem, quam fieri fecit, quod H. de Burgo injuste et sine judicio disseisivit Philippum filium Willelmi de quadam pastura que vocatur Laingefen cum pertinentiis in Magna Horkel', et Ricardum filium Willelmi de quatuor solidatis redditus cum pertinentiis in eadem villa, et Johannem filium Willelmi de v. acris terris (*sic*) cum pertinentiis in eadem villa, et Robertum filium Willelmi de tribus solidatis redditus cum pertinentiis in eadem villa; mandatum est Petro de Rivall' quod predictis Philippo de predicta pastura cum pertinentiis in Horkel', Ricardo de iiij. solidatis redditus in eadem villa, Johanni de v. acris terre in eadem villa, et Roberto de iij. solidatis redditus in eadem villa, plenam saisinam habere faciat salvo jure unius cujusque. Teste rege apud Glouc', ij. die Januarii.

De roboribus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Fratribus Minoribus Glouc' tria robora in foresta de Den' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Glouc', iij. die Januarii.

Pro Henrico filio Nicholai.—Rex concessit Willelmo de Cumbe, qui est in castro de Corf' cum Henrico filio Nicholai constabulario ejusdem castri, quod non ponatur in assisis, juratis vel recognitionibus

* Cancelled 'quia aliter in rotulo finium.'

1233.

[m. 15.] quamdiu fuerit in eodem castro cum predicto constabulario. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod eidem Willelmo hanc libertatem interim habere permittat. Teste rege apud Glouc', iij. die Januarii.

Pro priore et canonicis Sancte Trinitatis Lond'.—Mandatum est vicecomiti Leic' quod de terra, quam Petrus de Sancto Edwardo habuit in Roteby et quam idem Petrus dedit priori et canonicis Sancte Trinitatis Lond', eisdem priori et canonicis sine dilatione talem saisinam habere faciat qualem idem Petrus inde habuit die quo terram illam eis dedit, unacum omnibus catallis ubicunque inventa fuerint in ballia sua, si que inde ab aliquibus amota fuerint; ipsos etiam priorem et canonicos in saisina ejusdem terre cum predictis catallis manuteneat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Den' faciat habere sacriste ecclesie Sancti Petri Glouc' x. quercus ad reparationem ejusdem ecclesie, de dono regis. Teste rege apud Wincheccumbe, iiij. die Januarii.

De roboribus datis.—Eodem modo scribitur eidem pro priore de Lantoen' de tribus roboribus ad focum suum in eadem foresta. Teste ut supra.

De commissa Willelmo Blome quadam terra.—Rex commisit Willelmo Blome decem libratas terre, quas Henricus de Helyun tenuit in Faleweslˈ ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod eidem Willelmo de predicta terra plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Wincheccumbe, iiij. die Januarii. Per comitem R. Marescallum.

Pro Thoma de Stok'.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod loquelam, que est in comitatu suo per breve regis de recto inter Thomam de Stok' petentem et Randulfum de Hurl' tenentem, qui est in partibus Wallie in servicio regis, ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post Pascha, anno xvij. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Windles' faciat habere Ricardo de Gray' viij. quercus ad se hospitandum apud Turroc, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', vij. die Januarii.

Mandatum est Petro de Rivall' quod in foresta regis de Shotor' faciat habere Fratribus Minoribus Oxonie xv. quercus ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem pro Fratribus Predicatoribus ibidem de totidem quercubus. Teste ut supra.

[m. 14.] *Pro Martino de Cicestr' et sociis suis.*—Rex vicecomiti Sussex', salutem. Scias quod de blado, quod fuit Huberti de Burgo apud Burne, quod vendidistis Martino de Cyeestr' et sociis suis pro xiij. libris, et quod postea fulgure fuit combustum, perdonavimus ei sex

1233.

libras et decem solidos. Et ideo tibi precipimus quod de predictis sex libris et decem solidis pacem eis habere permittas. Teste rege apud Glouc', ij. die Januarii. Per Petrum de Rivall'.

Pro abbate de Croxton'.—Quia constat regi per inquisitionem factam per preceptum suum quod H. de Burgo injuste et sine judicio disseisivit abbatem de Croxton' de una bovata terre et de quadam bercaria et de pastura ad trescentas oves et de decem acris prati cum pertinentiis in Seggebroc': mandatum est vicecomiti Linc' quod de predictis bovata terre, bercaria, pastura et prato, per visum eorum qui predicte inquisitioni interfuerunt, eidem abbati plenam saisinam habere faciat. Teste me ipso apud Wudestok', vij. die Januarii.

Pro Isabella de Dovr'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod de tota terra, quam Simon de Chelefeld' tenuit in Adling' de Isabella de Dovr', quam idem vicecomes cepit in manum regis occasione alterius terre quam idem Simon tenuit de comitatu Glouc', cujus heres est in custodia regis, eidem Isabelle plenam saisinam habere faciat.

De catallis de Linlegh' et de Wilye.—Mandatum est vicecomiti Hertf' quod omnia catalla nuper inventa in maneriis de Linleg' et de Wylye faciat esse in pace, ita quod nichil inde amoveatur donec rex aliud inde preceperit, propter quandam inquisitionem quam rex fieri precepit de catallis inventis in eisdem maneriis quando rex illa maneria commisit Ricardo de Argent'. Teste ut supra.

Pro Philippo Britone et Roberto de Cantuaria.—Rex in manerio de Wiggeford' quod Magister Urricus aliquando tenuit et quod Willelmus Talebot postea habuit de ballio regis, commisit Philippo Britoni c. solidatas terre cum pertinentiis ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est P. de Rivall' quod predictas c solidatas terre in eodem manerio eidem Philippo assignari faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem pro Roberto de Cantuaria, clerico, de aliis c. solidatis terre in eodem manerio, quas rex ei commisit.

Pro Willelmo de Cropping', Roberto de Musters et Bertelot le Bigod.—Rex terram, quam Baldewinus de Sancto Martino tenuit de terris comitis Sancti Pauli in Alfeton', commisit Willelmo de Cropping', Roberto de Musters et Bertelot le Bigot, militibus regis, ad se sustentandos in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est P. de Rivall' quod de terra illa eis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis comiti R. Marescallo.—Mandatum est Petro de Rivall' quod habere faciat R. comiti Marescallo decem, tam damos quam damas vivos, in foresta de Savernak', et in foresta de Melkesham x tam damos quam damas vivos, et in foresta de Chipeham x

1233.

[m. 14.] tam damos quam damas vivos, et in foresta de Braden' x tam damos quam damas vivos, mittendos in Hiberniam ad instaurandum parcos suos; ita quod in predictis forestis non habeat per totum nisi decem damos et xxx damas. Teste rege apud Wudestok', ix die Januarii. Per Radulfum filium Nicholai.

De debitis que H. de Burgo debet Templariis.—Rex ad instantiam magistri milicie Templi in Anglia concessit quod Philippus de Heye eat usque ad castrum Divisarum ad loquendum ibidem cum H. de Burgo domino suo, in presentia militum eum custodientium et in presentia ipsius magistri, de debitis que idem H. fratribus ejusdem Templi debet et que idem magister ab eo exigit. Et mandatum est eidem Philippo quod illuc eat, et de debitis cum ipso domino suo loquatur et non de aliis in presentia et audientia predictorum custodum suorum, quibus rex mandavit quod ad loquendum cum eo inde et non aliunde eis liberum habere faciant accessum. Teste ut supra.

Et mandatum est ipsis custodibus, scilicet Ricardi (*sic*) de Wyavill', Ricardo de Punchardun, Hamoni Crasso et Humfredo de Millers quod ipsos magistrum et Philippum ad loquendum cum ipso H. de predictis debitis et non aliunde, et hoc in presentia et audientia sua liberum habere faciant accessum. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Chedne vel heredi suo.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum regis, quod terra quam Henricus de Winescot', qui suspensus fuit pro morte Agnetis et Margerie de Wudeland' tenuit in comitatu Devonie, extitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de Ricardo de Chedne; mandatum est vicecomiti Devonie quod eidem Ricardo vel heredi suo, si obierit, de terra illa plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De duabus carucatis boum datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod duas carucatas boum cum ipsis carucis que sunt in terra de Alfeton, quam rex commisit Willelmo de Crepping', Roberto de Monasteriis et Bertelot le Bigot ad se sustentandos in servicio regis quamdiu ei placuerit, eisdem Roberto et Bertelot habere faciat de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Sabloil.—Mandatum est H. de Vivon', senescallo Wasconie, quod per [pro]bos et legales homines per quos rei veritas melius inquiri poterit, diligenter inquirat utrum terra illa, quam comes Engolismi tenuit in Olerun, sit jus et hereditas Roberti de Sablel, et si Galfridus Martell pater ipsius Roberti fuit seisitus de terra illa tanquam de jure suo usque ad tempus quo comes Marchie ipsum inde dissaisivit. Et si per inquisitionem inde factam constiterit ei terram predictam esse jus ipsius Roberti sicut predictum est, tunc inde seisinam predicto Roberto habere faciat. Teste rege apud Wudestok', xij die Januarii, anno xvij. Per ipsum regem, coram P. Wyntoniensi episcopo et P. de Rivall'.

1233.
[m. 14.]

De terra quam Rannulfus Bonipar' tenet in Olerun.—Mandatum est eidem quod diligenter inquirat per probos et legales homines per quos rei veritas melius inquiri poterit, quantum terra illa in Olerun, quam Henricus de Trublevill' tempore quo fuit senescallus noster Wasconie assignavit Rannulfo Bonipar, valeat per annum, et utrum valeat quadraginta libras vel amplius: et, si non valeat amplius quam quadraginta libras, tunc permittat ipsum Rannulfum terram illam in pace tenere, et si valeat amplius etc., nobis scire faciat de quanto valeat amplius secundum quod inquisierit, et tunc terram illam in manu regis reservet. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta regis de Blakemor' faciat habere Willelmo de Cantilup' seniori decem damas et tres damos ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De fide dictis habenda.—Rex mittit ad P. ducem Britannie et comitem Richem' Amauricum de Sancto Amando, rogans quod fidem habeat hiis que ei ex parte regis ei (*sic*) exponet de statu ville conservando. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Philippo de Albin'.

De equo dato qui fuit Fulconis de Bridyport'.—Rex vicecomiti Oxonie, salutem. Precipimus tibi quod equum illum, qui fuit magistri Fulconis de Bridiport, et qui inventus fuit in manu Godefredi de Cudesdon' suspensi pro morte ejusdem magistri Fulconis, et postea appreciatus fuit ad unam marcam, facias habere Jacobo Hose de dono nostro. Teste me ipso apud Wudestok', xij. die Januarii, anno xvij. Per S. de Segrave.

De armis que fuerunt R. comitis Cestrie in castro Sancti Jacobi super Beveron'.—Mandatum est constabulario de Sancto Jacobo super Beveron' quod omnes balistas et quarellos et alia arma que fuerunt R. quondam comitis Cestrie et Linc' et sunt in custodia sua, liberet ad opus regis Philippo de Albin' et, cum rex certus fuerit de pretio balistarum quarellorum et aliorum, inde respondebit rex executoribus testamenti predicti comitis in Anglia. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Reginaldo de Finegal.—Mandatum est justiciariis Hibernie quod habere faciant Reginaldo Finegal vel ejus nuncio ad opus suum centum solidos ad Scaccarium Dublin' singulis annis, sicut eos percipere consuevit pro terra sua de Thothmunt in Hoc[illegible]y, antequam R. de Burgo justiciariam Hibernie habuit per preceptum regis. Teste ut supra. Per ipsum regem, coram episcopo Wintoniensi, justiciario et comite Marescallo.

Eodem modo scribitur thesaurario Hibernie.

Pro Nicholao le Chaundeler.—Rex terram, quam Walterus de Burgo tenuit in Trun[illegible]ton' in comitatu Kancie de terris Normannorum, commisit Nicholao le Chandeler, servienti suo, ad se sustentandum

1233.

[m. 14.] in servicio regis quamdiu ei placuerit. Et mandatur Petro de Rivall' quod eidem Nicholao de predicta terra sine dilatione plenam saisinam habere faciat sicut predictum est. Teste rege apud Wudestok', xiij. die Januarii. Per ipsum regem, coram P. de Rivall', R. filio Nicholai et G. de Craucumbe.

De hundredo de Aure.—Rex concessit R. Marescallo, comiti Penbroc', hundredum de Aure cum pertinentiis, habendum et tenendum de rege et heredibus suis sibi et heredibus suis inperpetuum, sicut plenius continetur in carta regis ei inde confecta. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod eidem comiti de predicto hundredo cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra, coram Wintoniensi episcopo, justiciario et P. de Rivall'.

Hibernia. Pro Waltero de Lascy.—Rex Walterum de Lascy retinuit in servicio suo. Et mandatum est justiciariis Hibernie quod omnes loquelas in Hibernia ipsum Walterum tangentes, exceptis assisis nove disseisine, ultime presentationis et placitorum de dote, ponant in respectum usque ad festum sancti Michaelis anno regni etc. xvij. ita quod de nulla loquela, que sit contra eum mota, ponatur in defaltam coram justiciariis itineraturis apud Dublin' ad festum Sancti Hillarii anno eodem occasione absentie sue. Teste ut supra.

De duobus militibus comitis de Ferrariis missis usque Sanctum Jacobum.—Mandatum est Philippo de Albin' quod Galfridum de Cropze et quendam alium militem socium suum quem secum ducit, milites comitis W. de Ferr', quos rex mittit ad ipsum Philippum ad morandum cum eo in garnisone in villa Sancti Jacobi super Beveron' loco ipsius comitis, qui habet in uxorem unam de heredibus R. quondam comitis Cestrie et Linc', ad custum predicti comitis de Ferrariis, admittat in predicta villa, et de quarta parte exituum provenientium de villa Sancti Jacobi et redditnum ejusdem ville que ipsum comitem contingit ratione predicte uxoris sue, predicto Galfrido et socio suo responderi faciat quamdiu ibidem moram fecerint nomine predicti comitis. Teste ut supra.

Contra Willelmum Talebot.—Rex vicecomiti Essex' salutem. Precipimus tibi quod non permittas quod Willelmus Talebot, cui commisimus manerium de Wygeford' quod fuit Urrici ingeniatoris tenendum quamdiu nobis placuit, et quod postea concessimus Roberto de Kant', clerico de capella nostra, et Philippo Britoni ad se sustentandos in servicio nostro quamdiu nobis placuerit, faciat vastum, venditionem vel exilium de terris, domibus, boscis aut molendinis ejusdem manerii, vel quod capiat tallagium vel auxilium de hominibus ejusdem manerii quamdiu idem manerium fuerit in manu sua, salvis predicto Willelmo catallis suis que habet in manerio predicto. Teste P. Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxiij. die Januarii, anno xvij. Per justiciarium.

1233.
[m. 14.] *Pro Hugone de Sherdelawe.*—Rex vicecomiti Kancie* salutem. Precipimus tibi quod ad res et catalla Hugonis de Sherdelawe, qui est in prisona nostra in turri Lond', manum non mittas nec mitti permittas donec aliud a nobis mandatum inde receperis. Et si quid inde amovisti vel amoveri fecisti, id revenire facias. Teste P. Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxij. die Januarii, anno regni nostri xvij.

Eodem modo scribitur Gileberto ballivo Petri de Rivall'.

Pro Johanne filio et herede Henrici de Cobeham.—Rex vicecomiti Kancie salutem. Monstravit nobis Johannes filius et heres Henrici de Cobeham quod, cum predictus Henricus pater suus teneret quandam terram in Cobham et in Sornes reddendo decem libras per annum de Ada de Quatuor Maris, qui eam tenuit de Willelmo de Quatuor Maris, qui eam tenet de nobis in capite, terram ipsam cepisti in manum nostram post mortem predicti Henrici patris sui, eo quod dicebatur quod predicti Adam et Willelmus Normanni fuerunt, et non sunt. Et ideo tibi precipimus quod de predicta terra cum pertinentiis, nisi capta fuerit in manum nostram ob aliam causam rationabilem, eidem Johanni plenam seisinam habere facias. Et si quid cepisti vel capi fecisti de rebus et catallis in terra predicta inventis, id reddi facias executoribus testamenti predicti Henrici ad exequendum testamentum suum. Teste P. Wintoniensi apud Westmonasterium, xxij. die Januarii. Per S. justiciarium, coram P. Wintoniensi episcopo.

Pro Reginaldo de garderoba regis.—Rex commisit Reginaldo de garderoba terram que vocatur La Rode cum pertinentiis ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod de predicta terra cum pertinentiis eidem Reginaldo plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Rading', xxij. die Januarii. Per literas regis sub privato sigillo.

Pro Ada Esturmy.—Rex commisit Ade Esturmy terram, que fuit Johannis le Poher in Japun, Barneby et Waplinton' ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod de predicta terra cum pertinentiis eidem Ade plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste episcopo Wintoniensi apud Westmonasterium, xxij. die Januarii. Per literas regis sub privato sigillo.

Hibernia. Pro abbate de Buell.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod diligenter inquirat per probos et legales homines si abbates, qui pro tempore fuerunt in abbatia de Buell' ordinis Cysterciensis, a tempore Roedrici quondam regis Conacie fuerunt saisiti de redditu viginti et quinque modiorum ordei in tribus cantredis de Tyrmany et de Trichota et de Magne, qui sunt in

* Substituted for 'Sussex,' cancelled.

1233.

Conacia, de dono predicti regis et de concessione successorum suorum: et si Ricardus de Burgo per voluntatem suam, quamdiu fuit justiciarius Hybernie, disseisivit predictam abbatiam de redditu predicto: et si per inquisitionem inde factam invenerit quod predictus Ricardus ipsam abbatiam inde disseisiverit, tunc abbati ejusdem domus de predicto redditu plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Windleshor', xxvj. die Januarii.

Pro comite de Gisnes.—Mandatum est constabulario Dovr' quod, si per inquisitionem, quam rex ei precepit faciendam, si antecessores comitis de Gisnes consueverunt esse quieti de paagio in portu Dovr', invenerit quod inde temporibus suis quieti de jure fuissent, tunc a predicto comite nullum paagium in predicto portu exigi permittat: et vadia ipsius comitis que in villa Dovr' dimisit occasione predicti paagii ei deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Macia Besill'.—Mandatum est P. de Rivall' quod omnes exitus terre quam rex dedit Macie Besill' in Gomeshelve de tempore quo terra illa fuit in manu regis, antequam rex eam ei dedit, eidem Mascie habere faciat de dono regis. Teste ut supra.

De dote uxoris Willelmi Pauntulf'.—Mandatum est P. de Rivall' quod per visum et testimonium legalium hominum assignari faciat Hawisie, que fuit uxor Willelmi Pauntulf', rationabilem dotem suam, que eam contingit de terris et tenementis que fuerunt ipsius Willelmi et sunt in manu sua. Teste ut supra.

Rex perdonavit Willelmo filio Radulfi de Ditton xxx. solidos qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de misericordia in quam incidit de duello, quod vadiatum fuit et percussum inter ipsum Willelmum et Walterum de Brugford'. Et mandatum est vicecomiti Surr' quod pacem ei inde habere permittat. Teste ut supra.*

Pro Thoma de Albo Monasterio.—Rex commisit Thome de Blancmuster custodiam gaiole Wintonie cum omnibus terris et tenementis ad predictam custodiam pertinentibus, habendam quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suhamt' quod ei inde plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Windles', xxvij. die Januarii. Per justiciarium.

Rex commisit Waltero de Dayvill' terras que fuerunt Roberti le Bret in Wika, qui duxit in uxorem Emicinam neptem predicti Walteri, custodiendas donec predicta Emicina, que pregnans est ut dicitur, pepererit.†

Pro Baldewino de Frivill'.—Baldewinus de Frivill' venit in curia regis et duxit cum eo Margeriam filiam et heredem Radulfi de Killingthorp', et eam regi reddidit; pro qua reddenda rex precepit ipsum Baldewinum prius distringi. Et mandatum est P. de Rivall' quod ipsum Baldewinum ea occasione non distringat nec

* Cancelled 'quia aliter inferius.' † Cancelled 'quia in rotulo finium.'

1233.
[m. 14.] distringi faciat: et si quid de rebus aut catallis sui occasione predicta capi fecerit, id ei reddi faciat. Teste P. Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxix. die Januarii. Coram S. de Sedgrave, justiciario.

De perdonatione xxx. solidorum.—Rex xxx. solidos quos Willelmus filius Radulfi de Dytton', qui pugnavit cum Waltero de Brugford', in ipso duello conventionavit eidem Waltero regi reddendos de lx. solidis et i. denario qui ad regem spectant de eodem duello, et quos xxx. solidos (*sic*) ab eodem Willelmo exiguntur per summonitionem Scaccarii, eidem Willelmo perdonavit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Windles', xxvij. die Januarii. Per Radulfum filium Nicholai.

Et mandatum est vicecomiti Surr' quod ei pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro Waltero de Evermue.—Quia Walterus de Evermue finem fecit cum comite Marescallo pro custodia terre et heredis Paulini de Theyden, quam rex eidem comiti concessit: mandatum est P. de Rivall' quod de terra, que fuit predicti Paulini et quam capi fecit in manum regis, ipsi Waltero saisinam habere faciat.

[m. 13.] *Pro archidiacono Berk'.*—Mandatum est vicecomiti Berk' quod, occasione condempnationis qua magister W. archidiaconus Berk', postquam iter arripuit ad curiam Romanam, in curia Christianitatis condempnatus est erga abbatem de Bello Loco Regis in lx. marcis, non permittat quod Walterus Ingrith et Radulfus de Wulvel', qui prius emerant blada ipsius archidiaconi, inpediantur per aliquem quin libere et sine inpedimento dicta blada abducant et pro voluntate sua inde disponant. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Februarii.

Pro prioribus Cantuarie et Dovr'.—Mandatum est Petro de Rivall'* quod demandam, quam facit de feodo prioris et monachorum sancte Trinitatis Kantuarie et prioris Dovr' de amerciamentis ultimi itineris justiciariorum in comitatu Kancie, ponat in respectum quamdiu ecclesia Cantuarie fuerit sine archiepiscopo. Et si quid inde ceperit, eis sine dilatione reddat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Kancie.

Pro Warino filio Galfridi.—Rex perdonavit Warino filio Galfridi, quondam custodi gaiole Wintonie, escapium prisonum in custodia sua in dicta prisona tunc existentium, videlicet Galfridi de Hibernia, Luce de Sutton', Roberti Horne, Rogeri de Ponte Fracto, Galfridi le Boye, Thome de Wigornia, Ade de Shaftebir', Ade de Forde, Willelmi Legard de Stening, Roberti le Flemeg, Ricardi filii Johannis, Willelmi filii Michaelis de Merleberg', Johannis filii Rogeri le Engleis, Rogeri le Rus carpenter, Roberti Hereberti de Cherint', Galfridi filii Johannis,

* Substituted for 'Willelmo de Haverhull'.

1233.
[m. 13.] Emme de Hann', Edithe de Oxonia. Et mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Suhamt' quod ipsum Warinum de predicto escapio quietum esse faciant. Teste P. Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxxj. die Januarii.

Pro abbate de Tychefeld'.—Mandatum est viceecomiti Suhampt' quod, assumptis secum probis et legalibus hominibus de comitatu suo, accedat ad terram regis de Porecestr' et terram abbatis de Tychefeld' in eadem villa, que fuit episcopi Abrincensis, et per sacramentum predictorum legalium hominum fieri faciat partitionem inter terram regis, que debet regi remanere, tam in dominicis quam in homagiis, et omnibus aliis rebus, ita quod rex habeat portionem suam que ad eum pertinet tam de meliori quam de pejori, et predictus abbas similiter habeat portionem suam que ad eum pertinet tam de meliori quam de pejori. Teste rege apud Westmonasterium, primo die Februarii.

Pro Johanne filio Philippi.—Mandatum est P. de Rivall' quod in manerio de Mesham, quod fuit Johannis de Wauton', assignari faciat Johanni filio Philippi qui habet in custodia sua filium et heredem predicti Johannis de Wauton'.[1] Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Februarii. Per ipsum regem, coram episcopo Wintoniensi et justiciario.

Hibernia. Pro Ricardo Duket et aliis.—Rex pacari fecit Ricardo Duket, quem mittit ad partes Hibernie pro quibusdam negotiis suis ibidem expediendis, liberationes suas usque ad clausum Pasche anno xvij. Et mandatum est M. filio Geroldi justiciario Hibernie et E. thesaurario et B. camerario quod a termino predicto, quamdiu predictus Ricardus fuerit in partibus illis in servicio regis, faciant ei habere singulis diebus tres solidos de thesauro regis ad se sustentandum in servicio regis. Teste rege apud Windles', xxx. die Januarii. Per Wintoniensem episcopum et S. de Sedgrave justiciarium.

Eodem modo scribitur eisdem pro G. de Langelon' et Henrico de Pilardint', servientibus regis, illuc missis pro quibusdam negotiis regis, quibus pacate sunt liberationes sue, videlicet, utrique illorum xij. denariis a die Jovis in octabis sancti Hillarii anno xvij. usque ad diem Jovis proximam post clausum Pascha anno eodem, utraque die computata. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Roberto de Lexinton' xv. quercus in foresta de Savernac de dono regis ad se hospitandum apud Sarr'. Teste ut supra.

Pro Henrico de Bernevall'.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Henrico de Bernevall' tres carucatas virgarum et iiij. carettas clausture in bosco de Bere in balliva W. Briwer'. Teste ut supra.

[1] Sic in MS.

1233.
[m. 13.] *Pro Willelmo Blome.*—Mandatum est P. de Rivall'* quod Willelmo Blome, qui habet de ballio regis terram quam Henricus de Helyun prius tenuit in Falewel', faciat habere de dono regis l. solidatas de redditu ejusdem terre de termino Natalis Domini anno xvij. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro Petro de Malo Lacu.—Mandatum est P. de Rivall' quod plenam saisinam habere faciat Petro de Malo Lacu de manerio de Uphaven' cum pertinentiis, salvis Gileberto Basset catallis suis que habet in eodem manerio. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Februarii. Per episcopum Wintoniensem et justiciarum.

Pro Henrico de Bernevall'.—Mandatum est eidem P. quod habere faciat Henrico de Bernevall' duo robora in foresta de la Bere ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Gileberto Basset.—Mandatum est eidem P. quod, non obstante eo quod rex fieri precepit Petro de Malo Lacu plenam saisinam de manerio de Uphaven' cum pertinentiis, habere faciat Gileberto Basset catalla sua que habuit in dicto manerio quando illud capi precepit rex in manum suam. Teste ut supra.

Pro episcopo Dunholmensi.—Mandatum est eidem P. quod loquelam, que est inter dominum regem et R. Dunolmensem episcopum de boscis suis inter Usam et Derewent', poni faciat in respectum usque ad Pascha anno etc. xvij. Teste ut supra. Per eundem Petrum.

Eodem modo scribitur Briano de Insula.†

Wasconia, pro Rannulfo Bonipar.—Mandatum est Hugoni de Vivon' quod, quamdiu Rannulfus Bonipar bene et fideliter regi servierit, permittat eum pacifice et sine inpedimento tenere terram illam in insula de Olerun, quam H. de Trublevill' tunc senescallus Wasconie ei assignavit ad se sustentandum in servicio regis; illam scilicet terram que non est de feodo Roberti de Sabloil. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Februarii. Per episcopum Wintoniensem.

De bremiis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Baldewino de Ver x. bremias de dono regis in vivario de Rowell', quod est in custodia regis cum filio et herede comitis Glouc'. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Februarii, anno xvij. Per eundem P.

Pro Templariis.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod de manerio de Banstede cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat magistro et fratribus milicie Templi in Anglia in tenantium, pro debitis que Hubertus de Burgo debet domui Templi. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Februarii. Per ipsum regem, coram episcopo Wintoniensi, justiciario, comite Marescallo et Petro de Rivall'.

† Substituted for 'vicecomiti Berk'. * Cancelled.

1233.
[m. 13.]

De roboribus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Clarendon' faciat habere Willelmo de Lascy iiij. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro monialibus de Stodleg'.—Rex per cartam suam concessit monialibus de Stodleg' quod inperpetuum habeant unum equum summarium itinerantem singulis diebus, scilicet semel in die, ad mortuum boscum in bosco de Pauncehal' ad focum suum. Et mandatum est P. de Rivall' quod equum illum itinerantem eis habere permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De satisfaciendo Romanis de dampnis suis.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod de manerio de Hadfeld' Peverel, quod est in manu H. de Burgo, sine dilatione plenam saisinam habere faciat Roberto Passelewe, ad respondendum de exitibus ejusdem manerii clericis Romanis, Italicis et aliis, de dampnis eis per ipsum H. illatis, donec super predictis dampnis eis fuerit satisfactum. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Februarii. Per ipsum regem, coram episcopo Wintoniensi, justiciario et comite marescallo.

Eodem modo scribitur vicecomitibus:

Norf' et Suff':—de maneriis de Burg', Sutherton', Beston', Levinton', Rugham, Wurmegaye, Stowe, Roubeton' et Fineberge.

Bed' et Buk':—de maneriis de Aspel' et Henlawe cum pertinentiis.

Norht':—de terris in Ringsted', Chelveston', Caldecot' et Stanwic'.

Glouc':—de terris in Elmore et in Menstreworth'.

Eboraci:—de terra in Herthull'.

Dors':—de terra in Winifrod'.

Sussex':—de terris in Flescing' et Porteslad'.

Surr':—de terra in Shenes.

War':—de terra in Wuleward'.

Kancie:—de terris in Tunstall', Neuton', Acholt, Ruseland' et Kingesdon'.

Noting':—de terra in Wetel'.

Pro hominibus de Lenn'.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod quasdam libertates, quas Johannes rex per cartam suam concessit hominibus de Lenn', et quas dominus rex concessit et carta sua confirmavit eis, teneri faciat sicut hucusque eis usi sunt; et predictam confirmationem in pleno comitatu suo legi. Teste ut supra.

Pro Bertram de Gartlip'.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod permittat Bertram de Gartlip' pacifice tenere manerium de Geynche cum pertinentiis, quod habet de ballio regis quamdiu fuerit in servicio regis, et donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium, viij die Februarii. Per Petrum de Rivall'.

1233.
[m. 13.] *Pro Hugone de Sampford'.*—Rex perdonavit Hugoni de Sampford' xxx. solidos qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de catallis Hugonis filii Baldewini fugitivi. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum Hugonem de predictis xxx. solidis quietum esse faciant. Teste ut supra. Per Petrum de Rivall'.

De damis datis.—Mandatum est Petro de Rivall' quod habere faciat Roberto de Insula tres damas in parco de Palingham, qui fuit comitis Arundell', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Februarii. Per P. de Rivall'.

Mandatum est eidem P. quod habere faciat Simoni de Monte Forti x. damas in parco de Barewe ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra. Per justiciarium.

De quercubus datis.—Mandatum est eidem quod habere faciat Stephano de Segrave, justiciario, x. quercus in bosco de Stowde ad se hospitandum apud Coldevuerton', de dono regis. Teste P. Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium, ix. die Februarii.

Pro uxore comitis Cestrie.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod de omnibus feodis militum et serviciis liberorum hominum, que assignata fuerunt in dotem Bertree, quondam comitisse Cestrie, matris R. quondam comitis Cestrie et Linc', in baillia sua, plenam saisinam habere faciat Clemencie nunc comitisse Cestrie, uxori quondam comitis predicti, ad feoda et servicia predicta tenenda in dotem, sicut predicta Bertrea ea tenuit tempore suo; salvo eidem comitisse jure suo, si quod habet, ad recuperandum versus heredes predicti comitis, si minus habent in dotem de terris et feodis que fuerunt predicti comitis quam habere debet, et ad ipsam pertinet habendum; et salvo similiter predictis heredibus jure suo, si quod habent, ad recuperandum versus predictam comitissam, si ipsa plus habeat in dotem de predictis feodis et serviciis quam habere debet et ad ipsam pertinet habendum. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Noting' et Dereb'.

Pro executoribus testamenti R. Cantuariensis archiepiscopi.—Mandatum est P. de Rivall' quod retento semine ad terras seminandas, que ex ordeo seminari debent, in omnibus maneriis archiepiscopatus Cantuariensis qui est in custodia sua, praeter maneria de Hereghes et de Hese, totum ordeum residuum, quod appreciatur ad trescentas libras, liberari faciat executoribus testamenti Ricardi quondam Cantuariensis archiepiscopi in parte solutionis debitorum que rex eis debet pro bonis ipsius archiepiscopi que ad opus regis retenta fuerunt; ordeum etiam illud triturari faciat per operationes archiepiscopatus Cantuariensis. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Februarii. Per episcopum Wintoniensem et justiciarium.

Pro Hugone de Shardelawe.—Mandatum est S. de Segrave, justiciario Anglie, quod, si Hugo de Shardelawe, qui est in prisona regis apud Turrim London', invenerit ei bonos et sufficientes plegios ad standum

1233.
[m. 13.]

recto super roberia facta clericis Romanis, Italicis et aliis unde ipse rettatus est, tunc ipsum per predictos plegios dimittat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra. Per Petrum de Rivall'.°

Pro Willelmo Beaufitz.—Mandatum est ballivis portus Portesm' quod non inpediant Willelmum Bealfiz quin libere possit hac vice cartare navem suam peregrinis transfretare volentibus, qui sunt in villa sua. Teste P. Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium, x. die Februarii. Per justiciarum.

De liberatione data.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod habere faciant Thomasie, que fuit uxor Rogeri de Bosco, ad sustentationem suam et puerorum suorum liberationem unius denarii quam Johannes carpentarius regis percipere consuevit per manum ballivorum regis Wintonie de elemosina regis constituta, cum areragiis ipsius liberationis a festo Sancti Michaelis anno xvj. usque ad octabas Purificationis anno xvij. Faciant etiam habere eidem Thomasie, preter illam liberationem unius denarii, de prima elemosina quam vacare contigerit, liberationem trium obolorum ad se et pueros suos sustentandos. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Februarii.

Hertf'. Pro Pagano de Chaurc'.—Quia constat domino regi per inquisicionem quam fieri precepit, quod Ricardus de Argentoein', quando recepit maneria de Linlegh' et de Wylye cum pertinentiis de ballio domini regis quamdiu regi placuerit, recepit in eisdem maneriis totam terram inbladatam, pro quo fecit retinere apud Wylye de bladis Pagani de Chaurc' ad seminandum centum et xx. acras de frumento, scilicet ad quamlibet acram tres bussellos, et ad centum acras seminandas de avena, scilicet ad quamlibet acram quatuor bussellos, et ad xx. acras seminandas de ordeo, scilicet, ad quamlibet acram quatuor bussellos, et ad quinque servientes sustentandos a festo Sancti Michaelis usque ad festum Sancti Petri ad Vincula xxj. summas de mestillone, et ad sustentacionem duarum carucatarum a Natali Domini usque ad Pentecosten xxiiij. quarteria avene et xxiij. travas et viij. garbas avene, et quod recepit duas carucas de octo bobus et quatuor equis de precio sexaginta solidorum, et quatuor aucas precio viij. denariorum, et quandam aulam, grangiam et quandam boveriam, quas idem Ricardus fecit asportare; et quod recepit preterea apud Linlegh' xxvij. summas et vj. bussellos frumenti ad seminandum lxxvj. acras, et xv. summas et vj. bussellos de mestillone ad seminandum xlij. acras, et ad sustentacionem quinque servientium xxvj. quarteria mestillonis usque ad festum Sancti Petri ad Vincula, scilicet, cuilibet servienti per viij. septimanas unam summam, et li. summam avene et dimidiam ad seminandum c. et tres acras, et ad sustentacionem duarum carucarum a festo Sancti Michaelis usque ad Pentecosten xl. quarteria avene; et quod recepit unam carucam de quatuor bobus et duobus equis precio xxx. solidorum, et pro alia caruca

° Substituted for 'per eundem justiciarium.'

1233.
[m. 13.] xx. summas ordei; et quod recepit ferrum et acerum precio xviij. denariorum, et unum equum herchur precio dimidie marce, et unam summam frumenti et viij. denarios ad opus cujusdam servientis, et unam bygam pretio sex denariorum, et tres alveos precio sex denariorum; et quod recepit furragium ad sustentacionem predictarum carucarum; mandatum est vicecomiti Hertford' quod de catallis predicti Ricardi in baillia sua faciat habere predicto Pagano ad valenciam omnium predictorum. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Februarii.

Pro Ricardo de Argent'.—Mandatum est vicecomiti Hertford' quod, non obstante mandato regis ei facto de distringendo Ricardo de Argent' ad reddendum Pagano de Chaurc' catalla per ipsum Ricardum asportata de maneriis de Linleg' et de Wylie, districtionem illam ponat in respectum usque ad diem Lune proximam post Cathedram Sancti Petri, anno xvij. Teste P. Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium, xiiij. die Februarii. Per eundem, coram justiciario.

Pro Roberto Passelewe.—Rex perdonavit Roberto Passelewe, cui commisit custodiam terrarum et heredum Henrici de Crammavill' cum maritagio eorundem heredum, usuram excedentem primum debitum quod idem Henricus mutuo accepit de Elya Episcopo Judeo Lond', et quod cucurrit in eodem debito post primum praestitum dicto Henrico inde factum. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod predictum Elyam solum de sorte debiti illius contentum esse, et sic fieri inrotulari faciant. Teste P. Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium, xv. die Februarii. Per privatum sigillum.

Pro Milisanta de Muntfichet.—Quia rex intellexit per inquisicionem quam vicecomes Norf' nuper fecit per preceptum regis, quod Osbertus de Stradesct', qui mortuus est, ut dicitur, tenuit de Milisanta de Muntfichet racione dotis sue quam habet de dono Willelmi de Warenn' quondam viri sui de honore de Wermegay, et non de Huberto de Burgo racione terrarum que fuerunt Beatricis filie et heredis predicti Willelmi, quam idem Hubertus habuit in uxorem; mandatum est eidem wicecomiti (*sic*) quod de custodia terrarum, que fuerunt predicti Osberti et quas de eadem Milisanta tenuit in capite racione predicta, eidem Milisante saisinam habere faciat ad faciendam inde rectis heredibus predicti Osberti quod secundum legem et consuetudinem regni fuerit faciendum. Teste P. Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium, xv. die Februarii. Per eundem, coram justiciario.

Pro Johanne Travers, cive London'.—Quia rex accepit per inquisicionem factam per preceptum suum, quod Johannes Travers, civis Lond', non tenuit manerium de Farnham, quod fuit comitis Sancti Pauli, post mortem ipsius comitis de rege ad firmam nisi a xxvij. die Maii anno x. usque ad viij. diem Septembris anno eodem, quando rex manerium illud commisit Reimundo de Burgo; mandatum est baronibus de Scaccario quod de annua firma c. solidorum quam pro eodem manerio exigunt ab eodem Johanne per summonicionem Scaccarii de sex annis et dimidio subscriptis, scilicet, de

1233.

[m 13.] dimidio anno decimo et de annis regni regis Henrici xj. xij. xiij. xiiij. xv. et xvj., ipsum Johannem quietum esse faciant. Teste P. Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium, xvj. die Februarii. Per eundem justiciarium.

Rex Ricardo comiti Cornubie qui habet in manu sua de ballio regis*

Pro comite Cornubie.—Mandatum est P. de Rivall' quod Ricardo comiti Cornubie, qui habet in manu sua de ballio regis honorem de Eya, faciat habere saisinam de omnibus terris cum pertinentiis quas Jordanus de Saukevill' tenuit de eodem honore die quo obiit, salvo regi maritagio heredis ipsius Jordani. Teste rege apud Lamb' xxij. die Februarii. Per ipsum regem, coram episcopo Wintoniensi et justiciario.

De manerio de Hunichild commisso P. de Rivall.—Rex commisit Petro de Rivall' manerium de Hunichild cum pertinentiis, quod fuit Henrici de Ver, ad se sustentandum [in] servicio suo donec recti heredes ipsius Henrici hereditatem suam recuperent. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod de predicto manerio cum pertinentiis eidem Petro plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxiij. die Februarii. Per ipsum regem, coram episcopo Wintoniensi et justiciario.

Idem Petrus habet inde literas patentes per eadem verba directas "omnibus etc."

De tradendo in ballio.—Quia rex accepit per inquisicionem factam per preceptum regis, quod Adam le Rus rettatus est de morte Matildis Barre, quondam uxoris sue, odio et athia et non eo quod culpabilis sit; mandatum est vicecomiti Buk' quod si idem Adam invenerit ei sex probos et legales homines de comitatu suo qui eum manucapiant habere eum coram justiciariis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, tunc ipsum Adam tradat in ballium etc. Teste ut supra. Per justiciarium.

[m. 12.] *De damis et roboribus datis.*—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Hugoni Painel v. damas et v. robora ad focum suum in foresta regis de Braden', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij. die Februarii. Per ipsum regem.

Mandatum est eidem P. quod habere faciat Fulconi filio Warini duos damos et xij. damas in foresta de Braden', de dono regis. Teste ut supra. Per breve regis sub privato sigillo.

Pro comite Patricio.—Rex cepit homagium Patricii comitis de Dunbar de terra, quam comes Patricius, pater suus, de rege tenuit in capite et que ipsum hereditarie contingit. Et mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod eidem comiti de tota predicta terra, quam predictus pater suus de rege tenuit in capite, in balliva sua

* Cancelled.

1233.
[m 12.] die quo obiit et que ipsum hereditarie contingit, sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra. Per ipsum regem coram episcopo Wintoniensi, justiciario et G. de Craucumbe.

Pro Radulfo filio Nicholai, de custodia terre et heredum Jordani de Saukevill'.—Rex concessit Radulfo filio Nicholai custodiam terrarum quas Jordanus de Saukevill' tenuit de rege in capite de honore Peverel, cum maritagio et custodia heredum ipsius Jordani. Et mandatum est P. de Rivall' quod de predictis terris et ipsis heredibus ipsi Radulfo plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra. Per ipsum regem coram G. de Craucumbe et W. de Kirkeham.

Idem Radulfus habet inde literas patentes de custodia illa habenda sibi vel cui eam assignare voluerit usque ad legitimam etatem ipsorum heredum.

Uxori ipsius Jordani mandatum est quod heredes ipsius Jordani liberet eidem Radulfo.

De maneriis de Weston' et Acholt commissis Petro de Rivall'.—Rex commisit P. de Rivall' maneria de Weston' et de Acholt, que sunt in custodia Roberti Passelewe de terris H. de Burgo, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est eidem Roberto de maneriis illis cum pertinenciis eidem Petro plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Februarii. Per justiciarium.

Pro Hugone de Sampford'.—Rex commisit Hugoni de Sampford' manerium de Pastelden', quod Willelmus de Fruges tenuit de terris Normannorum, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est P. de Rivall' quod eidem Hugoni de predicto manerio cum pertinenciis plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per ipsum regem coram episcopo Wintoniensi et justiciario.

Pro episcopo Carleolensi.—Mandatum est P. de Rivall' quod de manerio W. Carleolensis episcopi de Hornecastr', quod cepit in manum regis per preceptum suum, ipsi episcopo sine dilatione plenam saisinam habere faciat cum omnibus rèbus, catallis et instauris in dicto manerio inventis, et cum omnibus libertatibus suis quas habuit in eodem manerio die quo inde fuit disseisitus; et si quid inde amotum fuerit, id ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Cumbr' quod de omnibus terris, wardis, firmis et rebus ipsius episcopi, quas cepit in manum regis, ei plenam saisinam habere faciat, cum omnibus libertatibus quas habuit die quo fuit disseisitus; et si quid, etc. ut supra.

Pro Johanne Francigena.—Mandatum est Thome de Multon' quod de decem acris terre de costera bosci regis de Warnel et de clauso ejusdem costere, quam Johannes Francigena tenuit et quam rex capi precepit in manum suam, eidem Johanni sine dilatione talem saisinam

1233.
[m. 12.] habere faciat qualem inde habuit quando ea cepit in manum regis, nec inde in aliquo se intromittat occasione primi precepti. Teste P. Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxv. die Februarii, anno regni nostri xvij. Per eundem et justiciarium.

Pro Waltero de Kirkeham, de xenniis archiepiscopatus Cantuariensis.—Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod de xenniis, que monachi ecclesie Christi Cantuarie reddiderunt nobis ad Natale Domini et ad Pascha anno regni nostri sexto decimo ratione archiepiscopatus Cantuariensis vacantis et in manu nostra existentis, dilectus et fidelis noster W. de Kirkeham, decanus Sancti Martini London', tunc custos archiepiscopatus predicti, liberavit predictis monachis per preceptum nostrum quindecim porcos et dimidium et quadringentas sexaginta et sex gallinas, de dono nostro. Idem etiam custos liberavit per preceptum nostrum monialibus de Sancto Sepulcro Cantuarie et de Davinton' et recluse de Hakinton' xviij. agnos, duodecim caseos, duo millia et quadringenta ova de dono nostro, ita quod de predictis xenniis nichil restat reddendum de tempore predicto. Et ideo vobis mandamus quod ipsum ad Scaccarium nostrum inde quietum esse faciatis. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxv. die Februarii, anno regni nostri xvij.

Mandatum est Jordano Oliveri et sociis suis assignatis ad gaiolam de Ivelcestr' deliberandam quod, si nullus appellet Rogerum Carpicat de morte Hugonis de Muntsorel, unde rettatus est et pro qua tenetur in dicta prisona, tunc accepta securitate per salvos plegios de x. marcis ad opus regis faciat eum terram regis pro morte predicta abjurare, quia rex sectam suam ei perdonavit. Teste rege ut supra.[a]

De chevreronibus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat P. de Malo Lacu sexaginta keveronos in foresta regis de Savernak' ad se hospitandum apud Uphaven', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Furneaus.—Mandatum est Willelmo Ruffo et Bernardo de Grimesb' quod Roberto de Furneaus, qui habet in uxorem neptem W. Carleolensis episcopi, plenam saisinam habere faciat de terra sua in comitatu Notingh', quam ceperunt in manum regis occasione contentionis mote inter regem et ipsum episcopum, cum omnibus catallis in ea inventis. Et si quid inde amotum fuerit per eos vel suos, id ei sine dilatione reddi faciant. Teste ut supra.

De latis faciendis.—Mandatum est P. de Rivall' quod nuntio magistri Elye de Derham has literas regis ei deferenti faciat habere maeremium in foresta de Melkesham ad vij. millia latarum facienda ad aulam regis Wintonie. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Februarii. Per episcopum Wintoniensem.

[a] Cancelled 'quia in finibus.'

1233.
[m. 12.] *Pro Roberto de Pavilly.*—Rex commisit Roberto de Pavilly, ad se sustentandum in servicio nostro quamdiu regi* placuerit, terram quam Drogo de Barentin et Johannes de Plesset' tenuerunt de ballio regis in Gersich'. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod de predicta terra ipsi Roberto plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per Wintoniensem et justiciarium.

Pro Henrico Mustel.—Quia rex accepit per inquisitionem factam [per] preceptum suum quod Robertus Coignee, utlagatus pro morte hominis, tenuit de Hugone Mustel patre Henrici Mustel, cujus heres ipse est, sex acras terre cum pertinenciis in Heydon', et quod terra illa extitit in manu regis per unum annum et unum diem; mandatum est vicecomiti Wigornie quod de predicta terra ipsi Henrico plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Radulfo Haket.—Rex commisit Radulfo Haket c. solidatas terre cum pertinenciis, quas Willelmus Blangernun tenuit in Farneham de terra comitis Sancti Pauli, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est Petro de Rivall' quod de predicta terra cum pertinenciis eidem Radulfo plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per justiciarium.

De quercubus ad operationem Dovr'.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat constabulario Dovr' ducentas quercus in foresta de Tunebrig', ducendas usque Dovr' ad operationem castri Dovr'. Teste ut supra.

Pro Drogone de Barentin et Johanne de Plesset'.—Rex commisit Drogoni de Barentin et Johanni de Plesset' terram illam cum pertinenciis in Chaugrave, quam Willelmus de Huntercumbe tenuit, ad ipsos sustentandos in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod ei (*sic*) de predicta terra plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per justiciarium et episcopum Wintoniensem.

De quercubus datis abbati de Bynedon'.—Mandatum est Petro de Rivall' quod habere faciat abbati de Bynedon' lx. quercus in foresta de Blakemor' ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem coram Radulfo filio Nicholai.

Pro Arnulfo filio Alufi et Hamone filio Constantini filii Alufi.—Mandatum est vicecomiti Lond' quod de quadam domo, que fuit Constantini filii Alufi et Arnulfi fratris ejus in Judaismo Lond', quam Hubertus de Burgo cepit in manum suam post mortem predicti Constantini, plenam saisinam habere faciat predicto Arnulfo et Hamoni filio predicti Constantini. Teste ut supra. Per regem coram episcopo Wintoniensi et justiciario.

* In place of 'nobis'—cancelled.

1233.
[m. 12.]

Pro canonicis de Cumwell'.—Rex concessit per cartam suam priori et canonicis de Cumwell' quod* mercatum illud quod teneri consuevit apud Cumwell' per diem Veneris, de cetero teneatur ibidem singulis septimanis per diem Martis, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Kancie etc. Teste ut supra.

Pro Amaurico de Sancto Amando.—Mandatum est P. de Ryvall' quod habere faciat Amaurico de Sancto Amando x matrices bremias in vivario de Fecham, de dono regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Wasconia, pro Willelmo de Boeles.—Rex commisit Willelmo de Boeles ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit, terram de la Fane cum pertinenciis, quam rex prius ei concesserat ad vitam suam. Et mandatum est Hugoni de Vyvonia quod de predicta terra plenam saisinam ei habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per ipsum regem coram Wintoniensi et justiciario.

Pro monachis Sancte Crucis Burd'.—Mandatum est H. de Vivonia quod manuteneat abbatem et monachos Sancte Crucis Burd' et homines, terras, redditus, res et possessiones suas in juribus suis, que hactenus habuerunt et quibus hucusque usi sunt, salvo in omnibus jure regis. Teste ut supra.

Pro Hugone Dispensatore.—Rex per cartam suam concessit Hugoni Dispensatori quod ipse et heredes sui et homines sui de Lucteburg cum pertinenciis et de Burton', Hukelescot', Fretheb' et de Erndesby' sint inperpetuum quieti de sectis comitatus et hundredorum et de auxiliis vicecomitis et de visu franciplegii et de murdro, et quod ipse Hugo et heredes sui inperpetuum habeant hanc libertatem quod non ponantur in assisis, juratis, vel recognitionibus; et quod ipse et heredes sui habeant inperpetuum liberam warennam in manerio suo de Lucteburg', sicut plenius continetur in cartis regis ei inde confectis. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod predictas cartas in comitatu suo legi faciat et sicut predictum est observari. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Eboraci de hominibus suis de Parlint'; et vicecomiti Linc' de hominibus suis de Cybezay et de Hautebarg', non nominata warenna.

Pro Willelmo le Bigod et uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod habere faciat Willelmo le Bygod et Margarete uxori ejus sectam, quam homines de honore de Raleg' fecerunt et de jure facere debuerunt et consueverunt ad hundredum eorum de Berdestapl', quod de rege tenent in capite, antequam rex per cartam suam concederet H. de Burgo quasdam libertates per quas predicta carta eis subtracta fuit; quam quidem cartam de libertatibus predictis una cum aliis rebus suis idem Hubertus regi reddidit. Teste ut supra. Per justiciarium.

* The words 'ipsi et successores eorum,' following 'quod,' have been cancelled.

1233.
[m. 12] *Pro abbate de Fareresham.*—Eodem modo scribitur eidem vicecomiti pro abbate de Faveresham de secta quam homines de Trilleg' et de Ospring ad hundredum de Faveresham.

Pro Roberto Passelewe.—Rex concessit Roberto Passelewe manerium de Sparle cum pertinenciis, quod fuit Henrici de Veer, ad se sustentandum in servicio regis, donec rex manerium illud reddiderit rectis heredibus. Et mandatum est Petro de Rivall' quod eidem Roberto de predicto manerio plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Februarii.

Idem Robertus habet inde literas patentes.

Mandatum est Alexandro de Dors' quod statim visis literis liberet Willelmo Hardel ducentas libras quas adhuc habet in custodia sua de denariis cambii regis, et quas rex precepit liberari Ricardo Renger et nondum liberavit. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Februarii.*

Pro Ferrando balistario.—Rex mittit ad partes Wasconie Ferrandum balistarium ad standum ibidem in servicio regis, sicut Hugo de Vivonia viderit expedire et secundum quod ei injunget. Et mandatum est eidem Hugoni quod ipsum ad hoc admittat, et provideat unde sustentetur quamdiu steterit in servicio regis. Ipsum etiam et res suas manuteneat et protegat, non permittens eum injuste per aliquem gravari. Teste ut supra.

Pro Deulebeneye filio Chere et heredibus ipsius Chere.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Computate Deulebeneye filio Chere et aliis heredibus ipsius Chere et sociis predicti Deulebeneye in fine, quem nobiscum fecerunt pro debitis Isaac cirographarii et predicte Chere uxoris ejus, xlv. libras, quas predicti Judei liberaverunt Petro de Rivall' in garderoba nostra apud Wygorniam anno regni nostri tercio ad expensas nostras ibidem acquietandas, sicut idem Petrus recognovit quod eas recepit per testimonium venerabilis patris P. Wintoniensis episcopi. Teste eodem P. Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium, primo die Marcii. Per eundem episcopum coram justiciario.

Hibernia. Pro episcopo Ardecadensi.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod talem saisinam habere faciat Jocelino Ardecadensi episcopo de episcopatu Ardecadensi ad quem consecratus est, qualem Robertus quondam Ardecadensis episcopus predecessor suus habuit die quo obiit. Teste ut supra.

Et per literas patentes mandatum est militibus, liberis hominibus et aliis tenentibus de episcopatu Ardecadensi quod in omnibus, que ad ipsum episcopatum pertinent, ipsi tanquam domino suo sint intendentes et respondentes. Teste ut supra.

* Cancelled 'quia non recepit.'

1233.
[m. 12.]

Pro Drogone de Barentin et Johanne de Plesset'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie, sicut rex alias ei mandavit, quod de terra quam Willelmus de Huntercumbe tenuit in Changrave plenam saisinam habere faciat Drogoni de Barentin et Johanni de Plesset', nec dimittat eo quod dicta terra est de feodo de Walingf' quin sine dilatione hoc mandatum regis exequatur; salvis tamen ipsi Willelmo catallis suis que habet in dicta terra, salvo regi instauro suo quod ipse Willelmus recepit, et quod ipse vicecomes ipsis Drogoni et Johanni liberet. Teste rege apud Kenet', iiij. die Marcii.

Pro uxore Willelmi Briwere.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod de terris quas Willelmus Briwerr' tenuit in Cruk' et in Craft cum pertinenciis de maritagio Johanne uxoris sue, et quas cepit in manum regis occasione mortis ipsius Willelmi, eidem Johanne plenam saisinam habere faciat, non obstante mandato regis ei facto de terris que fuerunt ipsius Willelmi in manum regis capiendis. Teste ut supra.

Rex commisit Johanne que fuit uxor Willelmi Briwer' maneria de Assele, Sumburn', Stoebrug' et Langestok' cum pertinenciis, et cum duobus molendinis, quorum unum est in villa de Sumburne et alterum in Langestok', licet non sint pertinencia ad predicta maneria, sicut predictus Willelmus ea tenuit die quo obiit, ad se sustentandam donec heredes predicti Willelmi assignaverint eidem Johanne rationabilem dotem suam, que eam contingit de terris et tenementis que fuerunt predicti Willelmi quondam viri sui. Et mandatum est vicecomiti Suhampt' quod de predictis maneriis cum pertinenciis eidem Johanne plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Coram episcopo Wintoniensi et justiciario.

Pro S. de Sedgrave.—Rex per cartam suam dedit Stephano de Sedgrave manerium de Meleburn' cum omnibus pertinenciis suis, habendum et tenendum de rege et heredibus suis sibi et heredibus suis imperpetuum, faciendo servicium feodi unius militis pro omni servicio. Et mandatum est P. de Rivall' quod de manerio illo cum pertinenciis ei sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Keneton', v. die Marcii.

De balistis quas S. de Sedgrave liberavit P. de Rygallo deferendas usque Kaermerdin'.—Mandatum est S. de Sedgrave, justiciario Anglie, quod de balistis regis, que sunt in Turri Lond', liberari faciat Petro de Rivall' x balistas ligneas deferendas usque Kaermerdin ad munitionem castri de Kaermerdin, scilicet iiij. balistas ad duos pedes et sex balistas ad unum pedem. Teste ut supra.

De quarellis illuc cariandis.—Mandatum est P. de Rivall' quod de quarellis regis, quas rex fabricari fecit apud Sanctum Briavellum, deferri faciat v millia quarellorum usque ad castrum de Karmerdin, ponenda in eodem castro ad munitionem ejusdem castri. Teste ut supra.

1233.
[m. 12.]

De villa de Kaermerdin.—Rex commisit probis hominibus suis de Kaermerdin villam de Kaermerdin, ad percipiendum exitus ejusdem ville a Pascha anno xvij. usque in unum annum, in auxilium claudendi villam suam de Kaermerdin. Et mandatum est P. de Rivall' quod villam ipsam predictis hominibus habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro hominibus de Kaermerdin'.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod occasione concessionis regis, quam rex eis fecit de consuetudinibus et theloneis quibusdam capiendis in villa Bristoll' ad ipsam claudendam, nullam consuetudinem vel theloneum aliquod capiat (*sic*) ab hominibus de Kaermerdin, qui villam suam claudant de voluntate regis, cum contigerit ipsos ad villam suam venire cum mercandisis suis, donec rex aliud preceperit. Teste ut supra.

Pro Petro de Rivall'.—Petrus de Rivall' per preceptum regis liberavit Petro Jobard', nuncio Savarici de Malo Leone, in parte solutionis annui feodi ipsius Savarici centum et l. libras quas recepit apud Novum Templum Lond' per manum fratris Hugonis de Stocton', thesaurarii de Templo, ad opus regis, de denariis qui fuerunt Huberti de Burgo depositis in eodem Templo. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Petrum inde quiletum esse faciant. Teste rege apud Keneton' viij. de Marcii.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Windles' quod habere faciat Petro de Rivall' x. quercus in foresta de Windles' ad focum suum cariandas usque Lond', de dono regis. Teste rege apud Kenet', x. die Marcii.

Pro nepote Roberti de Meisy.—Mandatum est P. de Rivall' quod terram illam quam Robertus de Meysy tenuit in Penyton', quam capi fecit in manum regis occasione terrarum que fuerunt G. quondam comitis Glouc' que sunt in custodia ipsius P. per preceptum regis, de quo idem P. credebat predictum Robertum terram illam tenuisse, reddi faciat Roberto de Meysy nepoti ipsius Roberti, de quo idem Robertus predictam terram tenuit; et catalla ipsius Roberti, capta et retenta a servientibus ipsius P. occasione premissa, eidem reddi faciat. Teste rege apud Kenyton', xj. die Marcii.

De maeremio dato.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat fratri G. elemosinario regis sex postes tortos, duas pannas et tres trabes et latas pertinentes in foresta de Windles', ubi commodius capi poterunt, ad cariandum usque Kenyton' ad quandam elemosinariam ibidem faciendam. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Mandatum est eidem quod in foresta de Savernak' faciat habere R. Cycestrensi episcopo etc. maeremium ad l. copulas ad operationem ecclesie Sancte Margarete extra Merleberg', de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem coram Wintoniensi episcopo et justiciario.

1233
[m. 12]

De tradendo in ballium.—Quia rex intellexit per inquisicionem quam fieri fecit, quod Christiana la Danesche appellat Wyganum filium Joscelini de morte Rogeri filii Ricardi Adgar' odio et atia et non eo quod inde culpabilis sit, tibi precipimus quod si idem Wyganus invenerit xij. legales homines qui eum manucapiant habere coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint ad standum inde recto, si quis versus eum inde loqui voluerit; mandatum est (*sic*) vicecomiti Suff' quod tunc predictum Wyganum a prisona regis deliberet et eum tradat predictis xij. hominibus in ballio, sicut predictum est. Teste rege apud Kenit', xiiij. die Marcii.

Pro episcopo Ardfartensi.—Mandatum est coronatoribus comitatus Hereford' quod equum J. quondam Ardfartensis episcopi, qui in custodia sua est occasione Roberti le Chamberleng vadletti ipsius episcopi, per infortunium nuper submersi apud Heref' in adaquando equum illum, per visum proborum hominum appreciari faciant, et per idem precium eidem episcopo liberari ad respondendum inde coram justiciariis ad primam assisam etc. Teste rege ut supra.

Et mandatum est justiciariis proximo itineraturis in eodem comitatu quod predictum equum ut predictum est appreciatum eidem episcopo, tanquam Deo dandum, habere faciant. Teste ut supra.

De carpentariis recipiendis.—Mandatum est Odony aurifabro quod Willelmum le Ruter et Hugonem de Abbendun' carpentarios recipiat ad operationes regis faciendas apud Westmonasterium, et eis habere faciat singulis diebus quibus operantur liberationes suas quales magister Nicholaus et Burnell' carpentarii regis ibidem operantes habent, usque ad instans Pascha, anno regni regis xvij. Teste rege ut supra.

Pro Croxton'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod rex dedit et concessit per cartam suam Deo et ecclesie Sancti Johannis de Croxtun' et abbati et canonicis ibidem Deo servientibus, xlviij. solidatas redditus cum pertinenciis in Tuiford', et decem solidatas et octo denariatas redditus cum pertinenciis in Skeftinton, et viginti et sex denariatas redditus cum pertinenciis in Tylton', et xx. solidatas redditus quas homines de Role reddere consueverunt regi singulis annis de assartis factis in campis de Role, et xxij. solidatas redditus cum pertinenciis quas homines de Rol' reddere consueverunt singulis annis ad Scaccarium de assartis factis in predictis campis de Rol', sicut plenius continetur in carta regis quam inde habent. Et mandatum est eisdem baronibus quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Kenit', xvj. die Marcii.

[m. 11.] *Pro Willelmo de Picheford'.*—Rex commisit Willelmo de Picheford' ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit, terris (*sic*) que fuerunt W. comiti Arundell', existentibus in manu regis, et quamdiu ei placuerit Hugoni de Albiniaco heredi predicti comitis, ex quo ad etatem pervenerit, manerium de La Grave cum pertinenciis

1233.
[m. 11.] in comitatu Sussex', quod est de feodo predicti heredis, et quod Hubertus de Belhus prius tenuit de ballio regis. Et mandatum est Petro de Rivall' quod de predicto manerio ipsi Willelmo plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro abbate et monachis de Bruera.—Rex concessit abbati et monachis de Bruera pro se et heredibus suis per cartam suam, quod non namientur vel distringantur ab aliquo sive vicecomite vel ballivo alio nostro vel alieno, per oves suas, quamdiu predicti abbas et monachi habuerint alia animalia et peccora sive catalla, per que possint sufficienter namiari vel distringi, cum necesse fuerit pro debito aut servicio quod debeant regi aut heredibus suis vel aliis quibuscumque, sicut plenius continetur in carta regis quam inde habent. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi faciat et teneri per totam ballivam suam super forisfacturam regi decem librarum. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Sumers', Oxonie.

Pro Hugone de Nevill'.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod non distringat Hugonem de Nevill' pro scutagio exercitus Pictavie post primam transfretacionem regis, reddendo de feodis militum que de rege tenet in capite in balliva sua, de quo colligendo non habuit breve regis nec illud collegit, ut dicit. Et diligenter inquiri faciat quis fuerit vicecomes tempore predicti scutagii et quis illud receperit, et ipsos distringi faciat per catalla sua ita quod eos habeat ad Scaccarium post Pascha anno xvij., ad satisfaciendum regi de predicto scutagio. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Devonie. Teste ut supra.

De vinis arestandis ad opus regis.—Mandatum est ballivis Suht' quod de melioribus vinis, que ventura sunt vel que venerunt ad villam vestram, cujuscumque fuerint, arestari faciant ad opus regis quinquaginta dolia vini super matrem, scilicet xxx. dolia vini Wasconie et xx. dolia vini Andegavie. Teste rege apud Kenit', xvij. die Marcii.

De denariis Alexandri de Dorset'.—Mandatum est priori sancte Trinitatis Lond' quod, antequam iter arripuerit veniendi ad regem usque Mertun' hac instanti die Veneris in festo Sancti Edwardi, liberari faciat Arnaldo clerico de garderoba regis, qui ex parte regis ad eum venturus est, ducentas et xl. libras, quas habet penes se de denariis Alexandri de Dorset', in parte solutionis trescentarum librarum quas idem Alexander debuit regi, ut simul inveniendo secum ipsos denarios ad regem possit deferre. Teste rege apud Merton, xvij. die Marcii.

De domibus que fuerunt Alexandri de Dors'.—Rex majori et vicecomitibus Lond', salutem. Precipimus vobis quod domos Alexandri de Dors', in quibus habitabat, et alias similiter quas cepistis in manum nostram, et alia bona et catalla sua que signastis, deliberari

1233.

[m. 11.] faciatis priori sancte Trinitatis Lond' et aliis executoribus testamenti ipsius Alexandri ad execucionem testamenti sui faciendam, quia predicti executores securos nos fecerunt de debito quod predictus Alexander nobis debuit. Teste me ipso apud Merton', xviij. die Marcii. Coram Wintoniensi episcopo et S. de Segrave justiciario.

Pro Pagano le Archer.—Rex concessit Pagano le Archer, servienti suo, illos duos denarios in die de elemosina sua constituta, quos Roberto carettario Huberti de Burgo aliquando concessit per ipsum Hubertum in Brehull'. Et preceptum est vicecomiti Buk' quod predictos duos denarios in die eidem Pagano habere faciat. Teste rege apud Merton', xviij. die Marcii. Per justiciarium et coram domino Wintoniensi.

De domo Ricardi capellani in London'.—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod capiant in manum regis domum quam Ricardus de Sancto Johanne capellanus habuit de dono regis in London', et eam liberent ballivo Petri de Rivall', quem ad eos ad hoc miserit, custodiendam ad opus regis. Teste rege apud Merton', xix. die Marcii. Per ipsum P. de Rivall'.

Pro Joldewino de Doe.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod permittat Joldewinum de Doe tenere manerium de Pidinton' quod fuit Reginaldi comitis Bolonie, et quod habet de ballio domini regis, cum eisdem libertatibus et quietanciis, cum quibus dictus comes illud tenuit in vita sua. Teste rege apud Merton', xix. die Marcii. Per G. de Craucumb'.

Pro priore hospitalis de Portesm'.—Mandatum est constabulario castri Matillidis quod priori hospitalis de Portesm' vel ejus certo nuncio litteras domini regis ei deferenti plenam saisinam habere faciat de domibus cum pertinenciis, que fuerunt Nicholai le Waleys in villa castri Matildis, quas idem Nicholaus legavit predicto hospitali, salvo servicio annuo domini feodi inde debito. Teste rege apud Merton', xix. die Marcii.

De terra que fuit Alexandri de Dors' apud Bagshet' et catallis ibidem.—Mandatum est Petro de Rivall' quod de terra, que fuit Alexandri de Dors' in Baggeset', plenam saisinam habere faciat Roberto de Reigny, cui predictus Alexander eam dedit in vita sua. Catalla vero, que fuerunt ejusdem Alexandri in eadam terra, liberari faciat executoribus testamenti sui ad execucionem testamenti sui faciendam. Et, si quid inde amotum fuerit, id ei sine dilacione faciat reddi. Teste rege apud Merton', xix. die Marcii.

Pro Gileberto de Sedgrave.—Rex perdonavit Gileberto de Sedgrave quinque marcas que exiguntur ab eo per summonicionem Scaccarii de prestito ei facto in Britannia. Et mandatum est vicecomiti Leyc' quod eidem Gileberto pacem inde habere permittat. Teste rege apud Keniton', xvj. die Marcii.

1233.
[m. 11.]

Pro Johanne Gace.—Mandatum est vicecomiti Middels' quod occasione precepti quod rex ei fecit de seisina facienda Judeis de terra Saery filio Reynery in Brainford', que est vadium Judeorum, et quam Johannes Gace tenet ad firmam de predicto Saero, eundem Johannem de predicta terra non disseisies, et, si ipsum inde disseisivisti occasione primi precepti nostri, predictam saisinam ei sine dilatione habere facias, quia predictus Johannes securitatem fecit regi quod predictis Judeis satisfaciet a die Pasche in xv. dies super tanto quantum pertinet ad terram predictam de debitis ipsorum Judeorum. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Quia rex intellexit per inquisitionem etc. quod Radulfus de Bradel', Johannes filius Johannis et Ern' filius Emerici, capti et detenti in prisona regis pro morte Hugonis filii Henrici, rettati sunt inde odio et athia et non eo quod inde culpabiles sint; mandatum est vicecomiti Rotel' quod si singuli predictorum invenerint ei sex probos et legales homines qui eos manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam etc., tunc ipsos a prisona deliberet et eos in ballio tradat predictis sex hominibus, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Devonie pro Thoma Wambe, quem Sibilla, que fuit uxor Rogeri de Lukes, appellat de morte predicti Rogeri odio et athia et non etc. ut inquisitio dicit, tradendo in ballium xij. etc.

Pro abbate de Gresteng'.—Rex electioni facte de fratre Willelmo monacho de Gymeges in abbatem de Grestein regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod de omnibus terris et tenementis ad abbatiam de Grestein spectantibus in balliva sua, de quibus proximus predecessor suus fuit saisitus die quo obiit, ei sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Sumers', Buk', Sussex', Wiltes', Suff', Norht', Suhamt'.

Et mandatum est omnibus militibus et liberis hominibus et aliis tenentibus de eadem abbatia, quod ipsi tamquam domino suo sint intendentes et respondentes.

Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat fratri Rogero heremite de Blecingel' per singulas viij. septimanas unum quarterium bladi ad se sustentandum quamdiu regi placuerit, de gratia sua. Teste rege apud Croinden', xxi. die Marcii.[a]

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in bosco de Standon', qui est in manu domini regis, faciat habere Roberto de Becco, capellano domini Cycestrensis episcopi, x. quercus in auxilium domorum suarum, que combuste fuerunt apud Westmull', reedificandarum. Teste ut supra.

[a] Cancelled 'quia in alio rotulo per contrabreve.'

1233.
[m. 11.]

De decimis fenorum de Olneya.—Quia per viros fide dignos et quibus rex fidem habet indubitatam coram ipso rege protestatum est quod R. comes Cestrie et Linc' ante mortem suam concessit quod decime fenorum darentur de dominicis suis; significatum est probis hominibus de Olneya quod rex occasione custodie sue non vult quod decime predicte minus reddantur de terris que sunt in custodia sua cum Hugone de Albiniaco, de portione que eum contingit de terris que fuerunt ipsius comitis. Teste rege apud Otteford', xxiiij. die Marcii.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Odyham faciat habere Engelardo de Cygoyny tres quercus, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Bertramo le Gros.—Rex commisit Bertram le Gros ad se sustentandum in servicio suo, quamdiu regi placuerit, terram illam in Dunmawe de terra comitis Sancti Pauli, quam prius tenuerat de ballio regis et quam rex capi fecit in manum regis et in manu sua tenuit. Et mandatum est P. de Rivall' quod de predicta terra ipsi Bertramo plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Otteford', xxv. die Marcii.

Pro Thoma de Hemmegrave.—Rex terram quam Henricus de Veer tenuit in Mutford' commisit Thome de Hemmegrave ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu ei placuerit. Et mandatum est P. de Rivall' quod eidem Thome de predicta terra cum pertinenciis sine dilatione plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Petro de Rivall', thesaurario regis, quod in parco de Blechingel', qui fuit comitis Glouc', faciat habere Rogero de Clare x. damas et ij. damos ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Otteford', xxv. die Marcii. Per ipsum regem.

Hibernia. Pro electo Ossoriensi.—Mandatum et Eustachio cancellario Cycestrensi, thesaurario Hibernie, quod permittat W. Ossoriensem electum habere liberam amministrationem omnium temporalium ad episcopatum Ossoriensem pertinentium, non inpediens ipsum vel homines suos quin inde libere possint disponere; et omnes exitus et proventus ejusdem episcopatus eidem electo habere faciat, qui inde provenerunt a tempore quo rex ei concessit custodiam ejusdem episcopatus per literas inde directas R. de Burgo, dum fuit justiciarius Hibernie. Et, si quid inde distractum fuerit vel ab hominibus suis injuste per vos vel per vestros ablatum, id ei restitui facias. Teste ut supra.

Pro Bartholomeo Peche.—Rex concessit Bartholomeo Peche custodiam terre et heredum Radulfi filii Briani, qui tenuit in capite de honore Peverel qui est in manu regis, habendam usque ad etatem ipsorum heredum cum maritagio eorundem heredum. Et mandatum est P. de Rivall' quod de predicta custodia cum pertinenciis eidem Bartholomeo plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Tenham, xxvij. die Marcii.

1233.
[m. 11.]

Et memorandum quod per hanc custodiam quietus est rex de x. libris quas idem Bartholomeus singulis annis percipere consuevit ad Scaccarium regis de feodo. Per Petrum de Rivall'.

Pro Willelmo Haket.—Rex perdonavit Willelmo Haket v. marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de prestito ei facto in Hibernia tempore Johannis regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Cantuariam, xxx. die Marcii.

Pro Thoma de Gorges.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod secundum tenorem literarum regis, quas penes se habet, faciat habere Thome de Gorges, qui de ballio regis habet manerium de Porestok', singulis annis quantum ei deest de xx. libris ultra extentam predicti manerii, quamdiu dictum manerium fuerit in manu sua, per preceptum regis. Teste rege apud Cantuariam, iiij. die Aprilis. Per justiciarium.

De fustis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Willelmo capellano regis, persone de Oxendon', x. fusta in bosco de Rowell', de dono regis. Teste ut supra.

Pro monachis Sancte Trinitatis Kantuarie.—Mandatum est Odoni aurifabro et socio suo custodibus operationum regis Westmonasterii quod, si homines prioris et monachorum Sancte Trinitatis Kantuarie, qui ducunt petram ad fabricam refectorii sui per Tamisiam, fecerint eos securos quod petra quam ducunt est eorundem prioris et monachorum, tunc ipsos non inpediant quin libere et sine inpedimento cariare possint vj. navatas petre ad predictum refectorium perficiendum. Teste ut supra.

De secta ad molendinum regis in Cantuaria.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod decetero non distringat pistores vel alios homines Cantuarie ad sectam faciendam ad molendinum regis quod habet in eadem villa, aliter quam secta illa fieri consuevit ad molendinum predictum tempore Henrici regis avi, Ricardi regis avunculi et Johannis regis patris domini regis usque ad guerram motam etc. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De perdonatione transgressionis.—Rex ad instantiam prioris de Chartos' in Anglia perdonavit Radulfo Cato homini suo forisfactum quod fecit in foresta de Selewod' capiendo unam bestiam, cum qua captus fuit, et propter quod inprisonatus detinetur in prisona regis apud Ivelcestr'. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod a predicta prisona ipsum deliberari faciat. Teste rege apud Faversham, v. die Aprilis. Per justiciarium.

Et mandatum est justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu illo quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro hominibus Kantuarie.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod, antequam exequatur preceptum regis nuper ei factum de non

1233
[m. 11.] distringendis pistoribus vel aliis hominibus de Cantuaria ad sectam faciendam ad molendinum regis in Cantuaria, aliter quam rex tunc ei precepit, per sacramentum proborum et legalium hominum, per quos rei veritas melius sciri poterit, qualem sectam pistores et alii homines de Cantuaria facere consueverunt ad molendinum regis in Cantuaria temporibus Henrici regis, Ricardi regis et Johannis regis usque ad guerram etc., et postquam constiterit ei per predictam inquisitionem qualis secta fieri consuevit ad idem molendinum temporibus predictorum regum, non distringat pistores et homines de eadem villa Cantuarie ad faciendum decetero aliam sectam ad predictum molendinum quam fieri consuevit temporibus predictis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Brehull' faciat habere Joldewino de Doe tres damas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Picheford'.—Rex dedit Willelmo de Picheford' blada seminata in terra de la Grave que fuit Huberti de Belhus, et quam rex ei commisit ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit, cum catallis et instauris in predicta terra inventis. Et mandatum est P. de Rivall' quod eidem Willelmo de predictis bladis plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Maydenestan', vj. die Aprilis.

Pro monachis de Rufford'.—Rex licenciam dedit abbati et monachis de Rufford' quod curiam abbatie sue ampliari faciant per unam acram de bosco regis, quam quidem acram licet eis includere cum prefata curia sua quietam de omnibus que ad forestam regis et forestarios pertinent. Et mandatum est P. de Rivall' quod permittat predictos abbatem et monachos curiam suam sine inpedimento ampliare, sicut predictum est. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

De maeremio dato.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta regis de Savernac' faciat habere Briano de Insula xx. cheverones, et in foresta de Chipeham ad pannas et postes faciendos iiij. quercus, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est B. de Insula quod in foresta regis de Shotovr' faciat habere Godefrido de Craucumbe sex quercus ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Maydenestan', vj. die Aprilis.

Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Johanni de Derteford' xxxv. quercus in foresta de Porecestr', non de majoribus vel de minoribus set de mediocribus secundum electionem carpentariorum, ad reparationem duarum galiarum regis. Teste ut supra.

De capreolis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Arundell', que est in custodia sua per preceptum regis, faciat habere Petro filio Herberti v. capreolos de dono regis. Teste rege apud Otteford', x. die Aprilis. Per Radulfum filium Nicholai.

1233.
[m. 11.] *De luciis et perchiis et rochiis datis.*—Mandatum est vicecomiti Noting' quod in vivario regis de Clipston faciat habere B. de Insula x. parvos lucios et c. rochias et perchias ad vivarium suum de Scardeclive instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Otteford', xij. die Aprilis.

Pro abbate et monachis de Rufford'.—Rex concessit abbati et monachis de Rufford' per cartam suam quod ipsi et successores sui inperpetuum libere et sine inpedimento fossato et haya claudere possint terram illam, quam habent in Werkenefeld' de dono Radulfi filii Nicholai, ita quod fere bestie sine inpedimento intrare possint et exire, et quod eandem terram absque inpedimento excolere possint et in ea edificare et pro voluntate sua inde disponere.

Et mandatum est P. de Rivall' quod ipsos abbatem et monachos predictam terram fossato et haya claudere permittat, ita quod fere bestie etc. ut supra. Teste ut supra.

De quodam officio dato.—Rex officium illud, quod magister Edwardus, quondam cocus conventus Sancte Trinitatis Kantuarie et quod ad collationem regis pertinet ratione archiepiscopatus Cantuarie vacantis vacantis (*sic*) et in manu regis existentis, dedit cum omnibus pertinenciis suis Willelmo coco suo habendum tota vita sua. Et mandatum est custodi archiepiscopatus* Cantuarie quod eidem Willelmo predictum officium assignet et de omnibus que ad officium illud pertinent sine dilatione plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per Willelmum de Kirkeham.

De imaginibus faciendis.—Mandatum est R. Passelewe quod fieri faciat vel emi, si prompte inveniantur, duas imagines pulcras et bene depictas, unam ad similitudinem Beati Johannis Ewangeliste et aliam ad similitudinem Beati Stephani martiris, quales conveniunt predictorum sanctorum figuris, ita quod rex imagines predictas promptas et decenter provisas inveniat in capellis suis Westmonasterii in primo adventu suo Lond'; et quod inde possit commendari.

Pro B. de Insula.—Rex concessit per cartam suam B. de Insula per cartam suam (*sic*) quod ipse et heredes sui inperpetuum habeant unum mercatum apud manerium suum de Tarente Gundevill' singulis septimanis per diem Mercurii, et quod habeant ibidem inperpetuum unam feriam singulis annis per tres dies duraturam, videlicet in vigilia et in die et in crastino Sancti Martini, nisi mercatum illud et feria sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi, et predicta mercatum et feriam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat A. comitisse Penbroc' x. damos in foresta Rokingham, de dono regis. Teste rege apud Otteford', xiij. die Aprilis. Per R. filium Nicholai.

* The words 'custodi archiepiscopatus' are substituted for 'priori et conventui Sancte Trinitatis.'

1233.

[m. 11.] Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta regis de Windles' faciat habere R. comiti Cornubie xviij. damas ad parcum suum de Merlawe instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Croinden', xiiij. die Aprilis. Per R. filium Nicholai.

Pro Sancto Thoma de Boulton' et fratribus ibidem.—Rex concessit priori et fratribus leprosisis (*sic*) de hospitali Sancti Thome martiris de Boulton' per cartam suam, quod de propria mora sua de Boulton' frussire possint et excolere sexties xx. acras ad perticam nostram propinquiores predicto hospitali ex parte orientali et ex parte aquilonari inter predictum hospitale et boscum suum de Birchefald', ita quod id quod prius frussiri fecerunt et excolere de mora predicta ante predictam concessionem regis in Gilwelawe computentur eis in predictis sexties xx. acris eis assignandis. Concessit etiam rex eis quod predicte sexties xx. acre quiete sint inperpetuum de reguardo, et quod eas claudere possint fossato et haya, ita quod fere bestie libere et sine impedimento intrare possint et exire. Et mandatum est Thome de Stratton', forestario de feodo foreste Norhumbrie, quod, assumptis secum forestariis, viridariis et aliis discretis et legalibus hominibus, in presentia sua et per visum eorum amensurari faciat predictas sexties xx. acras ad perticam regis per certas metas et divisas in eadem mora prioris et fratrum leprosorum et inde ipsis plenam seisinam habere faciat, ita quod, computato ipsis eo quod prius frussiri fecerunt et excolere ante predictam concessionem regis de mora predicta, habeant in universo sexties viginti acras ad perticam regis, sicut predictum est. Teste rege apud Croynden', xv. die Aprilis.

Et mandatum est justiciariis qui proximo itineraturi sunt ad placita foreste in comitatu Norhumbrie, quod predictos priorem et fratres predictas sexties viginti acras frussire et excolere, et quod eas teneant quietas de reguardo et ipsas claudere fossato et haya permittant, sicut predictum est, ita quod inde coram eis non occasionentur. Teste ut supra.

Rex concessit venerabili patri P. Wintoniensi episcopo per cartam suam quam habet, quod ipse et successores sui habeant unam feriam apud manerium suum de Farnham singulis annis duraturam per iij. dies, videlicet in vigilia et in die Omnium Sanctorum et in crastino, nisi feria illa sit ad nocumentum vicinarum feriarum. Et mandatum est vicecomiti Sudht' quod in pleno comitatu legi et predictam feriam clamari faciat. Teste rege ut supra.

[m. 10.] *Pro Cecilia de Abrincis.*—Quia rex per inquisitionem factam accepit quod Cecilia de Abrincis fuit saisita de amerciame[n]tis hominum suorum quos habet in dotem in hundredo de Folkestan', donec H. de Burgo, tempore quo habuit custodiam terrarum que fuerunt Willelmi de Abrincis et heredis ipsius Willelmi, ipsam Ceciliam inde injuste et sine judicio disseisivit; mandatum est P. de Rivall' quod de predictis amerciamentis ipsi Cecilie decetero plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Strafford', xviij. die Aprilis. Per episcopum Wintoniensem et justiciarium.

1233.
[m. 10.] *Pro Waltero filio Roberti.*—Quia rex accepit per inquisitionem etc. quod xxx. acre terre cum pertinentiis in Magna Horkesl', quas H. de Burgo. tempore quo honor de Reyleg' fuit in manu sua, abstulit Roberto filio. Philippi, non sunt pertinentes ad predictum honorem tamquam tenende in dominico ipsius honoris set jus Walteri filii et heredis ipsius Roberti, ut quas tenere debet in dominico de predicto honore; mandatum est P. de Rivall' quod de predictis xxx. acris terre cum pertinentiis ipsi Waltero plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Strafford', ut supra. Per Wintoniensem episcopum et justiciarium.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat W. comiti de Ferrariis x. quercus ad cheverones in foresta de Savernak' de dono regis, ad quandam coquinam suam apud Stamford' faciendam. Teste ut supra.

Mandatum est P. de Rivall' quod in parco regis de Gillingham faciat habere J. comiti Linc' et constabulario Cestrie decem quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Strafford', xix. die Aprilis, anno xvij. Per G. de Craucumbe.

Pro hominibus de Gloucestr'.—Probi homines de Glouc' reddiderunt regi apud Strafford' die Mercurii post octabas clausi Pasche anno xvij.[a] xij. lampredas, per quas una cum xij. alosis finem fecerunt cum rege ut quieti essent de ducentis et octoginta lampredis, que ab eis exigebantur per summonitionem Scaccarii de tempore Johannis regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos de predictis xij. lampredis quietos esse faciant. Teste.

Pro Willelmo de Albiniaco.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Willelmo de Albiniaco seniori x. parvos lucios et x. parvas bremias matrices in vivario de Rowell', ad vivarium suum de Stok' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Huberto Hoese.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod plenam saisinam habere faciat Huberto Hoese de manerio de Winterburn' cum pertinentiis, quod in manu sua esse debet usque ad etatem heredis Ricardi Walensis occasione venditionis quam Willelmus de Putot, ad quem custodia predicti manerii pertinebat, eidem Huberto fecit, ut dicit. Et si quid de catallis ipsius Huberti vel de redditibus ipsius manerii ceperit, id ei reddi faciat. Teste ut supra. Per G. de Craucumbe.

Pro scissori R. comitis Cornubie.—Mandatum est H. de Vivon', senescallo Wasconie, quod plenam saisinam habere faciat Willelmo le Scot, scissori R. comitis Cornubie, de domo illa in Burdegala quam comes ei tradidit, et quam postea rex, cum esset in partibus Burdegale eidem Willelmo concessit, de qua Henricus de Trublevill', tempore quo fuit senescallus Wasconie, ipsum disseisivit, ut dicit. Teste ut supra.

[a] The words 'post . . . xvij' are substituted for 'in crastino sancti Aelphegi.' The two dates coincide.

1233.
m 10.

Pro Eudone filio regis.—Rex commisit Eudoni filio regis terram illam cum pertinentiis in Audebir', que fuit Willelmi de Abrincis et est in manu regis occasione terre et heredis ipsius Willelmi existentis in manu regis, ad se sustentandum in servicio regis usque ad etatem predicti heredis. Et mandatum est P. de Rivall' quod eidem Eudoni de terra predicta cum pertinentiis et cum una caruca boum, que regis est, in eadem terra plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxi. die Aprilis.

Pro episcopo Wintoniensi.—Rex concessit P. Wintoniensi episcopo per cartam suam quod ipse et successores sui imperpetuum habeant unam feriam apud manerium suum de Farnham singulis annis per tres dies duraturam, scilicet, in vigilia et in die et in crastino Omnium Sanctorum, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Surr' quod feriam illam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro monialibus de Tolesworth' (sic).—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat monialibus de Tolesworth' elemosinam constitutam in manerio de Covintr', quod est in custodia regis, sicut eam habere consueverunt quando manerium illud fuit in manu Rannulfi quondam comitis Cestrie. Teste ut supra.

De denariis ad operationem aule turris Lond'.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod habere faciant W. de Sancto Edmundo, constabulario turris Lond', denarios de thesauro regis ad operationem aule regis de eadem turri perficiendam. Et cum constiterit regi quantum ei liberaverint ad eandem operationem, rex breve suum de Liberate eis habere faciet. Teste rege apud Lamh', xxij. die Aprilis.

Pro Henrico de Tybetot.—Rex commisit Henrico de Tybetot manerium de Sopiland' cum pertinenciis, quod Johannes de Vallibus tenuit de ballio regis, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est P. de Rivall' quod de predicto manerio cum bladis, que sunt in terris ejusdem manerii et cum una caruca boum quam rex habuit in eodem manerio, que rex ei dedit, plenam saisinam ei habere faciat sicut predictum est, salvo tamen regi custo quod posuit in terris predicti manerii seminandis. Teste rege apud Lamh', xxij. die Aprilis. Per ipsum Petrum.

Pro Huberto Hoese.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Huberto Hoese x. carettatas busce ad focum suum et x. carettatas virge et x. carettatas ramille in Graveling' ad closturam, de dono regis. Teste rege apud Lamh', xxiiij. die Aprilis.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat A. comitisse Penbr' xx. quercus in foresta de Tunebrug' de dono regis, ad reparationem domorum suarum de Keynes', que nuper combuste fuerunt. Teste ut supra. Per eundem Petrum.

De damis datis.—Mandatum est eidem P. quod habere faciat Willelmo Lungesp', consanguineo regis, tres damas in foresta de

1233.
[m. 10.] Chipeham et tres damos in foresta de Melkesham et tres damos in foresta de Braden', de dono regis contra festum militie sue. Teste ut supra. Per eundem P.

Geres.' Pro Emerico Buche.—Rex commisit Emerico Buche terram illam cum pertinentiis in insula de Geres', que fuit Engeram de Furnet, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est Philippo de Albiniaco quod de terra illa cum pertinentiis eidem Emerico plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per P. de Rivall.'

Pro comitissa Hereford'.—Divortium celebratum est in curia Christianitatis in forma ecclesie inter Rogerum de Dauntes' et Matildem comitissam Hereford' quondam uxorem ejus. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod de omnibus terris cum pertinentiis, que sunt in manu predicti Rogeri de hereditate ipsius comitisse in balliva sua, ei plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Eodem modo scribitur vicecomiti Midd'.

Pro Willelmo de Sancto Leodegario.—Rex commisit Willelmo de Sancto Leodegario ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit, terram cum pertinentiis quam Hubertus de Burgo essartari fecit in Gibbecrec de feodo Henrici de Essex', ita quod, quamdiu terra illa fuerit in manu sua, quietus erit rex erga eum de annuo feodo suo x. librarum. Et mandatum est P. de Rivall' quod de predicto assarto cum pertinentiis plenam ei saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De vinis emendis ad opus regis.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod de melioribus vinis, que fuerint inventa in villa sua per visum Andree de Grendon' servientis regis, emant xxx. dolia vini, scilicet xxv. dolia Wasconie et v. Andegavie, et cum summa festinatione ea cariari faciant usque Glouc' ad opus regis in instanti festo Pentecostes. Et cum rex scierit custum eorundem vinorum et cariagium eorum, illud faciet acquietari. Teste rege apud Lamh', xxiiij. die Aprilis.

Pro Warino de Colecestr'.—Monstravit regi Warinus de Colecestr' quod, cum quedam navis de Bridlinges', in qua erant res et mercandise sue, nuper periclitaretur, homines de Clive predictas res et mercandisas fluctibus maris jactatas ad litus ceperunt et tenent tamquam wreccum. Et, quia hujusmodi res non dicende sunt wreccum ubi homines navis evadunt, mandatum est vicecomiti Kancie quod predictas res et mercandisas suas ei deliberari faciat. Teste ut supra.

Eodem modo vicecomiti London' de hujusmodi mercandisis quas homines London' ceperunt et detinent.

Et vicecomiti Suff' de mercandisis ejusdem Warini quas homines de Oreford' ceperunt etc.

1233.
[m. 10.]

Pro Eustachio de Ludeham.—Rex concessit Eustachio de Ludeham quod quamdiu fuerit vicecomes Noting' loco Radulfi filii Nicholai, quietus sit de sectis comitatus et hundredi. Et mandatum est vicecomiti Hertf' quod ipsum Eustachium de predictis sectis pacem habere permittat, sicut predictum est. Teste rege apud Lamh', xxiij. die Aprilis. Per Radulfum filium Nicholai.

De armaturis castri de Brug'.—Mandatum est executoribus testamenti W. Briwerr' quod balistas et omnes alias armaturas, que fuerunt in castro de Brug', per visum et testimonium proborum et legalium hominum appreciari faciant, et postea eas remitti faciant ad castrum predictum liberandas ibidem ex parte domini regis constabulario ejusdem castri, et precium earundem balistarum et armaturarum domino regi scire faciant; et dominus rex, cum illud scierit, inde eis satisfaciet. Teste apud Lam', xxv. die Aprilis.

Pro Roberto de Briwes.—Rex vicecomiti Sumerset' salutem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro Roberto de Briwes per cartam nostram, quam ei fieri fecimus, quod ipse et heredes sui inperpetuum habeant unum mercatum apud manerium suum de Stapl' singulis septimanis per diem Martis, et quod habeant ibidem singulis annis unam feriam duraturam per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino apostolorum Petri et Pauli, nisi mercatum illud et feria illa sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Concessimus etiam eidem Roberto et heredibus suis quod habeant in terris suis dominicis de Stapl' et de Bikeshaul' liberam warennam, ita quod nulli liceat warennam illam intrare ad fugandum in ea vel ad capiendum leporem, catum vel vulpem sine licentia et voluntate ipsius Roberti et heredum suorum, super forisfacturam nostram decem librarum. Et ideo tibi precipimus quod ipsam cartam in pleno comitatu tuo legi et predictum mercatum et predictam feriam clamari et warennam predictam teneri facias, sicut predictum est. Teste me ipso apud Lamehch', xxiij. die Aprilis, anno regni nostri xvij°.

Hibernia. Pro Rohesia de Verdun.—Mandatum est Mauricio filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod Rohesie de Verdun de terris et de wardis cum pertinentiis in Hibernia, de quibus idem (*sic*) Nicholaus fuit saisitus die quo obiit, sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra. Per justiciarium.

De quercubus datis. Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat W. de Kirkeham xij. bonas quercus in foresta de Tunebrug' ad fabricam capelle Sancte Marie de Sancto Martino, de dono regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Mandatum est vicecomiti Berk' quod Johannem Talun', probatorem regis, qui est in prisona abbatis de Abbend', ab eo recipiat et sub salva custodia duci faciat usque Lond' liberandum custodi gaiole de Neugat'. Et custum etc.°

° This entry is cancelled 'quia alibi.'

1233.
[m. 10.]

Pro Rogero de Dantes'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod non obstante mandato regis de saisina facienda Matildi comitisse Essex' de omnibus terris quas Rogerus de Dantes', quondam vir ipsius comitisse, tenuit in balliva sua de terris ipsius comitisse, habere faciat eidem Rogero omnia catalla que habuit in terris predictis et, si quid inde fuerit amotum, id ei sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Lamh'. xxvj. die Aprilis.

Eodem modo scribitur Midd', Glouc', Wiltes', Buk'.

Pro Reginaldo de Albamarla.—Rex perdonavit Reginaldo de Albamarla scutagium quod ab eo exigitur per summonitionem Scaccarii de feodis militum, que de rege tenet in capite, pro exercitu Pictavie post primam transfretationem regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in vivario, quod fuit comitis Glouc' apud Clare, faciat habere Radulfo filio Nicholai xx. bremias ad vivarium suum de Smethet' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Hibernia. Pro episcopo Fernensi.—Mandatum est justiciario Hibernie quod, inquisito diligenter per probos et legales homines quot et qualia catalla episcopus Fernensis recepit cum manerio de Novo castro quod tenuit de rege ad firmam, et, totidem in eo dimissis ad opus regis, omnia residua permittat eundem episcopum libere amovere et inde pro voluntate sua disponere. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Aprilis.

Hibernia. Pro Johanne de Ebroicis.—Mandatum est eidem justiciario quod de omnibus terris, quas tenuit de dono Thome filii Antonii Johannes de Ebroicis, et quarum quandam partem Ricardus de Burgo dum fuit justiciarius Hibernie in manu sua retinens eidem Johanni ad mandatum regis saisinam facere distulit, et que continentur in confirmatione regis ei facta de predictis terris, sicut perpendere poterit idem justiciarius per inspectionem ejusdem confirmationis, plenam ei saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Henrico de Aldithel'.—Rex perdonavit Henrico de Aldithel' xxx. marcas quas regi debuit de amerciamento lx. marcarum, ad quas amerciatus fuit coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Norht' pro Swano de Barkeston', quem plegiavit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Henricum inde quietum esse faciat (*sic*). Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro ecclesia de Cnaresburg'.—Mandatum est P. de Rivall' quod, amotis omnibus laicis ab ecclesia de Cnaresburg' et domibus ejusdem ecclesie, libere et sine impedimento permittat archidiaconum Richemund', ordinarium loci, habere sequestrum ipsius ecclesie cum omnibus pertinentiis suis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

1233.

[m. 10] *Pro Johanne filio Philippi.*—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Johanni filio Philippi, senescallo domini regis, boves ad tres carucas inventas in manerio de Masham quod fuit H. de Burgo quando illud captum fuit in manum regis; quod manerium dominus rex comisit ad firmam eidem Johanni. Teste rege apud Havering', xxvij. die Aprilis, anno ut supra. Per litteras domini regis sub sigillo G. de Craucumb'.

Pro hominibus de Porecestr'.—Quia rex audivit quod boscus de Kingesden', quem rex preceperat custodiri ne averia aliqua ipsum ingrederentur antequam in talem statum reveniret quod sine dampno possent ibi pascere, qui quidem boscus occasione cleiarum contra transfretationem regis ibi factarum deterioratus fuit; mandatum est constabulario Porecestr' quod, si ita est, permittat homines de Porecestr' habere communem pasturam ad animalia et pecora sua in bosco predicto, sicut eam habere debent et solent, antequam rex precepit boscum illum ita custodiri. Teste ut supra.

De tradendo in baillium.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Galfridus de Herdwic', captus et detentus in prisona apud Linc' pro morte Gileberti Barlifughel, appellatus est inde odio et athia et non etc.; mandatum est vicecomiti Linc' quod si idem G. invenerit ei xij. liberos et legales homines qui eum manucapiant habere coram justiciariis etc., tunc tradat etc.

De calce data.—Mandatum est P. de Rivall' quod de calce regis que est in custodia sua apud Divisas, faciat habere Briano de Insula xl. quarteria, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Mascia de Plesseto.—Rex terram, quam Walterus de Everm' et Thomas de Haya tenent de ballio regis in Exning' de terris comitis Bolonie, commisit Mascie de Plesseto ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod eidem Mascie de predicta terra cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Aprilis. Per justiciarium.

Et mandatum est militibus, liberis hominibus et aliis de terra illa, quod ei sint intendentes etc. sicut predictum est.

Pro priore Sancti Jacobi super Beveronem.—Mandatum est comiti Britannie quod permittat priorem et monachos sancti Jacobi super Beveronem tenere terras et redditus, quos habent in eadem villa, in eisdem libertatibus quibus eas tenuerunt quamdiu villa illa fuit in manu R. comitis Cestrie et Linc'. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta regis de Essex' faciat habere fratribus minoribus Lond' x. robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Lamh', iij. die Maii.

Eodem modo scribitur pro fratribus predicatoribus Lond' de x. roboribus ibidem, et pro Helena nutrice regis de tribus roboribus in bosco de Havering' extra parcum, et pro hospitali de Ileford' de iij. roboribus in forinseco bosco de Havering'.

1233
[m. 10.] *Hibernia. Pro electo Ossoriensi.*—W. Ossoriensis electus per preceptum regis moram facit in Anglia. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod, si alique loquele adversus eum mote sint in curia regis post confirmationem suam, faciat eas poni in respectum usque in unum mensem a die Sancti Michaelis, anno etc. xvij°. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Maii.

Pro Engelardo de Cygoyny.—Rex commisit Engelardo de Cygoiny ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit, firmam ville de Hayles percipiendam de hominibus de Hayles terminis statutis, quibus inde regi respondere tenebantur ad Scaccarium, usque ad terminum ad quem rex villam illam dimisit ad firmam. Et mandatum est ipsis hominibus quod de predicta firma eidem Engelardo sint intendentes et respondentes, sicut predictum est. Teste ut supra.

Idem Engelardus habet literas per eadem verba directas 'omnibus etc.'

Pro hominibus de Dunewico.—Rex lxviij. libras et x. solidos, quas ei debent homines de Dunewico de arreragiis firme ville sue, et x. libras quas regi debent de promisso de ultimo justiciario in partibus illis, concessit eisdem* hominibus ponendas in firmatione et emendatione ville sue. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos homines inde quietos esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Maii, anno xvij. Coram episcopo Wintoniensi et justiciario.

Pro leprosis de Cestrefeld'.—Mandatum est P. de Rivall' quod de exitibus terrarum que fuerunt Willelmi Briwer' et sunt in custodia sua, faciat habere leprosis de Cestrefeld' lx. solidos qui eis aretro sunt de termino Pasche anno xvij. de sex libris quas per annum percipiunt de manerio de Cestrefeld' de elemosina regis constituta. Teste ut supra.

Et mandatum est executoribus testamenti W. Briwer' quod de bonis, que fuerunt predicti Willelmi et sunt in manu sua ad exequendum ipsius testamentum, reddi faciant eisdem leprosis iiij. marcas quas idem Willelmus eis debuit de elemosina regis constituta de termino sancti Michaelis, anno xvj°. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Mandatum est vicecomiti Leic' quod, quia Robertus de Clipston' et Ricardus Illing', capti et detenti in prisona regis de Roele pro morte Willelmi de Haverberg' et Roberti filii Albrici, unde rettati sunt odio et athia et non etc., ut inquisitio dicit, si uterque illorum Roberti et Ricardi invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo etc., tunc tradat in ballium etc. Teste ut supra.

Pro hominibus de Dunewico.—Mandatum est ballivis regis de Gernem' quod non impediant homines regis de Dunewico cum venerint ad portum suum cum navibus suis, quin libere morari

* eadem MS.

1233.

[m. 10.] possint in eodem portu cum navibus et mercandisis suis in eis contentis, et ibidem receptaculum habere cum necesse habuerint cum navibus suis illuc declinare. Teste ut supra.

De nundinis Sancti Botulfi.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod non permittat quod aliqui se intromittant de nundinis Sancti Botulfi contra voluntatem ballivorum comitis Brittannie, quos idem comes assignaverit ad nundinas predictas custodiendas. Teste P. Wintoniensi episcopo, apud Westmonasterium, vij. die Maii.

De terra in Seleburn' data ad construendam quandam domum religionis.—Rex totam terram suam cum pertinentiis in Seleburn,' quam magister Stephanus de Lucy aliquando tenuit de concessione regis, dedit per cartam suam P. Wintoniensi episcopo ad quandam domum religionis construendam. Et mandatum est vicecomiti Suht' quod de predicta terra cum pertinentiis eidem episcopo plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Stutevill'.—Rex perdonavit Willelmo de Stutevill' de proficuo comitatus Eboraci de medietate anni etc. xiiij. vj. libras, et de toto anno xv. xij. libras, et de toto anno xvj. xij. libras, et de exitu unius anni de prato pertinente ad castrum Eboraci, quod rex postea dedit fratribus milicie Templi in Anglia, viij. solidos. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Willelmum inde quietum esse faciant. Teste ut supra. Per episcopum Wintoniensem et justiciarium.

[*In cedula.*] (one entry only) *Seleburn'.*—Dominus rex dedit per cartam suam venerabili patri P. Wintoniensi episcopo totam terram cum pertinentiis in Seleburn', quam magister Stephanus de Lucy aliquando tenuit de concessione regis, ad ampliandum abbatiam et domos et edificia ejusdem abbatie, quam idem episcopus de voluntate et concessione domini regis fundavit in eadem villa in honore Dei et gloriose virginis Marie, sicut plenius continetur in carta regis quam ei inde fieri fecit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic inrotulari faciant. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Maii, anno regni nostri xviij. (*sic*).

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in bosco de Lyndeby habere faciat abbati de Parco Stanl' duas quercus, et in bosco de Willey' habere faciat eidem abbati duas quercus, ad scyndulas faciendas ad dormitorium suum, de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, ix. die Maii. Per Radulfum filium Nicholai.

De justis faciendis.—Mandatum est Thome de Langel' quod in foresta de Wuchewud' habere faciat fratri Galfrido, elemosinario regis, tres arabiles ad justas ad opus regis faciendas. Teste rege apud Wudest', x. die Maii.

De calce et roboribus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Chipham habere faciat Ele comitisse Sarr' decem robora et centum quarteria calcis, de dono regis. Teste ut supra.

1233.
[m. 10.]

De quercubus datis.—Mandatum est Petro de Rivall' quod in bosco de Shotovr' faciat habere fratribus minoribus Oxonie xx. quercus ad focum suum. Et in eodem bosco faciat habere fratribus predicatoribus xx. quercus ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Thome de Langel' quod in foresta de Wychewude faciat habere fratribus hospitalis de Bureford' iiij. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est assessoribus quadragesime in comitatu Oxonie quod, si quid nomine quadragesime ceperint de monachis ordinis Cisterciensis contra formam eis demandatam, id eis sine dilatione reddi faciant. Teste ut supra.

Pro Richero de Whitewell'.—Mandatum est Petro de Rivall' quod, non obstante mandato regis quod ei nuper fecit de terra quam Richerus de Witewell' tenuit in Wynterburn' de terris Normannorum capienda in manum regis et ea committenda Petro de Russell', faciat habere eidem Richero omnia catalla sua que habuit in terra predicta. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Wyndesor' habere faciat Sibille uxori Walerandi Teutonici quatuor robora, de dono regis. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Dene habere faciat fratribus predicatoribus de Bristollo quatuor quercus, de dono regis ad scindulas faciendas. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De manerio de Heyles commisso Engelardo de Cygoiny.—Rex commisit Engelardo de Cygony manerium de Hayles ad se sustentandum in servicio regis quamdiu ei placuerit, ita quod usque ad finem trium annorum, quibus villam illam dimisit rex hominibus ejusdem ville tenendam ad firmam per lx. libras annuas, recipiat ab eisdem hominibus illas lx. libras annuas sicut ipsi ad Scaccarium nostrum eas reddere tenebantur; et postea manerium illud, si voluerit, teneat in manu sua. Et mandatum est vicecomiti Glouc'. quod de predicto manerio eidem Engelardo plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Anketillo Mallore.—Rex commisit Aunketillo Maulore manerium de Erleg' cum pertinentiis ad se sustentandum in servicio regis quamdiu ei placuerit, reddendo inde per annum ad Scaccarium decem marcas. Et mandatum est vicecomiti Salopie quod eidem Aunketillo de predicto manerio plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De capreolis datis.—Mandatum est Michaeli de Columbariis quod in foresta regis de Cette habere faciat A. comitisse Penbr', sorori regis, tres capreolos, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

1233.
m. 10. *De damis datis.*—Mandatum est Galfrido Esturmy quod in foresta de Savernac habere faciat A. comitisse Penbr' quinque damos, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De decimis feni.—Mandatum est P. de Rivall' quod de dominicis fenis et molendinis manerii de Rowell', quod est in custodia sua cum herede G. quondam comitis Glouc', et de dominicis fenis et molendinis manerii de Barewe, quod est in custodia sua cum Hugone de Albiniaco, dari faciat decimas ecclesiis predictorum maneriorum quamdiu predicta maneria fuerint in manu regis, salvo statu predictorum heredum cum ad etatem pervenerint, ita quod occasione predicta in nullo possit eis prejudicari. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat priori hospitallis Sancti Johannis de Brackel' x. robora in foresta de Whitlewod' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Wud', xv. die Maii.

Pro monialibus de Litlemora.—Mandatum est P. de Rivall' quod moniales de Litlemore permittat habere tres solidos, quos homines de Theford' eis dare consueverunt singulis annis pro habenda communa pasture in marisco suo de Bruera tempore quo manerium de Saham fuit in manu Huberti de Burgo, sicut eos habere consueverunt antequam predictum manerium de Saham devenit in manum regis. Teste ut supra.

Pro fratribus predicatoribus Oxonie.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Paunecehal' faciat habere fratribus predicatoribus Oxonie xxx. quercus, cum toto maeremio quod exciderit, ad cheverones secandos et ad aliud maeremium faciendum ad operationem scole sue Oxonie, de dono regis. Teste ut supra.

Pro domino Cycestrensi de quodam bruillio.—Mandatum est P. de Rivall' quod talem saisinam habere faciat R. Cycestrensi episcopo, cancellario regis, de bruillio illo cum pertinentiis qui est inter Sumeresdal' et terram prioris de Wlenchesmere, qualem inde habuit antequam Hubertus de Burgo ipsum inde disseisivit, contra perambulationem factam per preceptum regis de bruillio illo et bruillis Cycestr'. Teste rege apud Wudestok', xviij. die Maii. Per ipsum regem.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in parco de Bukeham, qui fuit comitis Arundell', faciat habere Philippo de Wylinton', clerico suo, sex quercus bonas et in parco de Wymundham, qui fuit ejusdem comitis, alias sex quercus bonas cum escaetis earundem quercuum, ad se hospitandum apud Merton', de dono regis. Teste rege apud Ottinton', xix. die Maii.

De tradendis in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem etc. quod Colinus vinetarius captus et detentus in prisona regis apud Crucem Roesie, et Firminus de Rothomago similiter captus et detentus in prisona apud Hertf' pro morte Fergant de Nauntes, unde rettati sunt, de morte illa sunt rettati odio et athia et non etc.; mandatum est vicecomiti Hertf' quod, si uterque illorum invenerit ei xij. etc., tunc tradat in ballium etc

1233.
[m. 9.]

Pro Johanne filio Philippi.—Mandatum est P. de Rivall' quod blada, que seminata sunt in dominicis manerii de Masham, quod Johannes filius Philippi habet de rege ad firmam usque ad etatem filii et heredis Johannis de Wauton, et quem manerium illud hereditarie contingit, eidem Johanni habere faciat de dono regis. Teste rege apud Glouc', xxiij. die Maii.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Johanni filio Galfridi unum damum in foresta de Brehull', de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem pro comite Cestrie et Hunt' de tribus damis in foresta de Clive. Teste ut supra.

Pro probis hominibus.—Probi homines Glouc' reddiderunt regi apud Glouc' in vigilia Pentecostes anno etc. xvij., xij. alosas per quas una cum xij. lampredis finem fecerunt cum rege ut quieti essent de ducentis et quater viginti lampredis, que ab eis exigebantur per summonitionem Scaccarii de tempore Johannis regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos de predictis xij. alosis quietos esse faciant. Teste ut supra.

Pro comitibus Oxonie et War'.—Rex cinxit Hugonem de Ver cingulo comitatus Oxonie. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod eidem comiti habere faciat de predicto comitatu id quod habere debet nomine comitatus Oxonie, et de quo predecessores sui comites Oxonie saisiti fuerunt tamquam ad eos pertinente nomine comitatus Oxonie. Teste rege apud Theok', xxiiij. die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti War' pro comite War'.

De cervis et damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Willelmo Bardulf' duos damos in foresta de Shirewod', de dono regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Mandatum est eidem quod habere faciat Alienore, consanguinee regis, quatuor cervos in foresta regis de Menedep', de dono regis. Teste rege apud Theokebir', xxiiij. die Maii.

Pro Rannulfo de Hurle.—Quia Rannulfus de Hurle est in servicio regis in partibus Wallie per preceptum regis, mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam, que est coram eis inter Thomam de Stok' petentem et ipsum Rannulfum tenentem de ij. partibus unius hide terre cum pertinentiis in Inglescumbe et Beregh', ponant in respectum usque in xv. dies a die Sancti Michaelis, anno xvij. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod in pleno comitatu suo et per assensum totius comitatus loco Johannis de Chettewinde quondam coronatoris in eodem comitatu, qui mortuus est ut dicitur, eligi faciat alium coronatorem qui prestito etc.

1233.
m. 9.]

Quia per S. de Sedgrave justiciarium Anglie protestatum fuit coram rege quod Robertus Bat de London' vi et in manu armata*

Pro Willelmo de Cantilup'.—Mandatum est vicecomiti Wiltes'.† quod maneria de Caln' et Caleston' cum pertinentiis, que capta sunt in manum regis per preceptum suum et que rex replegiavit‡ Willelmo de Cantilup', ei plenam saisinam habere faciat et, si quid inde captum vel amotum fuerit postquam in manum regis capta fuerunt, id ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Germano scissori.—Rex dedit Germano scissori ad opus suum proprium maritagium Matildis sororis uxoris Petri Pictaviensis, que moram facit in domo priorisse de Stratford'. Et mandatum est eidem priorisse quod ipsam Matildem prefato Germano vel certo nuncio suo literas regis deferenti sine omni dilatione liberet. Teste ut supra. Per P. Pictaviensem.

De advocatione abbatie de Roucestr'.—Rex A. Coventrensi et Lichefeldensi episcopo salutem. Sciatis quod abbas de Deulacresse in presencia nostra remisit et quietum clamavit Johanni comiti Cestrie et Huntindun' totum jus et clamium quod habuit in advocatione abbatie de Roucestr' ratione manerii sui de Lek', ad quod dicta abbatia dinoscitur pertinere: quod quidem manerium R. quondam comes Cestrie et Linc' dedit predicte domui de Deulacresse cum omnibus pertinentiis suis, et quod eidem domui confirmamus. Et ideo vobis mandamus quod predictum comitem in hac vacatione predicte abbatie patronum ejusdem abbatie habeatis, salvo tamen jure ceterorum heredum predicti R. quondam comitis Cestrie et Linc', si in dicta advocatione postea jus sibi vendicare voluerint. Teste ut supra.

Pro Johanne Sarraceno de respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod loquelam, que est in comitatu Salopie per breve regis de recto inter Thomam Corbet petentem et Johannem Sarracenum tenentem, de una virgata terre in Benetleg', ponat in respectum usque in quinque septimanas a die sancti Michaeli (*sic*) anno xvij. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro Henrico le Tyeis.—Mandatum este P. de Rivall' quod permittat Henricum le Tyeis capere maireminum in bosco suo proprio de Crendon', ad quoddam molendinum venticium faciendum. Teste ut supra. Per ipsum P.

Pro Roberto de Musters et socio suo.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod Roberto de Monasteriis et Bertelot le Bigot plenam saisinam habere faciat de capitali mesuagio manerii de Aufeton'.

* This entry is incomplete and is cancelled.

† The words 'vicecomiti Wiltes' ' are substituted for 'P. de Rivall''.

‡ The words 'et . . . . replegiavit' are substituted for 'sine dilatione replegiari faciat.'

1233.
[m. 9.] quod ipsi et Willelmus de Crepping' tenent de ballio regis, ita tamen quod idem Willelmus habeat alibi in eodem manerio ultra terciam partem suam, ad valentiam partis sue de predicto mesuagio. Teste ut supra.

Pro monachis de Deulacresse.—Mandatum est vicecomiti Staff' quod abbatem et monachos de Deulacresse tenere permittat manerium de Lek' cum eisdem libertatibus cum quibus R. quondam comes Cestrie et Linc' illud tenuit, de cujus dono ipsi abbas et monachi manerium illud habent. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Henrico de Trublevill'.—Mandatum est Mauricio filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod de manerio de Balimadun cum pertinentiis, quod rex per cartam suam dedit Radulfo de Trublevill' et Henrico de Trublevill' tamquam heredi suo post mortem ipsius Radulfi, qui jam pridem decessit, ipsi Henrico per nuntium suum has literas deferentem talem saisinam habere faciat qualem predictus Radulfus habuit die quo obiit. Teste ut supra.

Rex concessit Rogero le Harpur quod ille iiij. acre terre et dimidia cum pertinentiis in Witton', que sunt in foresta Norhumbrie et quas ipse essartari fecit, que quidem sunt de feodo Rogeri de Merlay, inperpetuum sunt (*sic*) quiete de vasto et regardo et de omnibus que ad forestam et forestarios et viridarios pertinent. Et mandatum est P. de Rivall' quod permittat eum ipsas iiij. acras cum predictis libertatibus et quietantiis tenere. Teste ut supra.*

De trenchea facienda.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod, assumptis secum probis et legalibus hominibus de comitatu suo, in propria persona accedat ad boscos de Erdelegh', Brumlegh' et Witteneye inter Erdeleg' et Castrum Matildis, et per eosdem communiter fieri faciat unam bonam trencheam per medios boscos illos, ita quod per trencheam illam salvum ire et salvum redire sit inter civitatem Heref' et predictum castrum; salvis dominis feodorum illorum terris suis ibidem. Teste ut supra.

Pro Henrico de Baillol.—Rex perdonavit Henrico de Baillol et Lore uxori ejus x. marcas de fine xx. marcarum, quem cum rege fecerunt pro relevio suo de terris que fuerunt Christiane, que fuit uxor W. comitis de Mandevill'. Et et (*sic*) mandatum est baronibus de Scaccario quod eos inde quietos esse faciant. Teste rege apud Theok', xxv. die Maii. Per justiciarium.

Et mandatum est vicecomiti Norf' quod eis inde pacem habere permittat.

Pro comitissa Heref'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod, occasione precepti regii ei facti de faciendo habere Rogero de Dauntes' catalla que habuit in terris Matildis comitisse Essex' ante divortium inter eos celebratum, non permittat ipsum Rogerum habere

* This entry is cancelled 'quia inferius aliter'.

1233.
m. 9.

catalla pertinentia ad instaurum vel culturam earundem terrarum; set si que alia catalla ipse vel sui ibidem habuerint, ea eis habere faciat. Teste rege apud Theok', xxiiij. die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Buk', Midd', Wiltes'.

De operatione aule Wintonie.—Mandatum est majori Wintonie quod per visum et testimonium aliquorum legalium hominum de villa Wintonie diligentem curam et custodiam gerat de operatione aule castri Wintonie, et ipsam [si] poterit faciat accelerari. Injunxit enim rex ballivis Wintonie quod de denariis firme sue ei liberent ad predictam operationem faciendam, qui si forte ad hoc non sufficerint, dedit rex in mandatis P. Wintoniensi episcopo quod denarios ei habere faciat quantum necesse fuerit. Decetero etiam idem major venditionem non faciat de subbosco foreste de Bera quam rex ab eo fieri fecit, set eam penitus remanere faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat abbati de Bello Loco xx. quercus in foresta de Savernak' et xx. quercus in foresta de Bera ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra. Per eundem P.

Oleron'. Pro Alano de Turre.—Mandatum est Hugoni de Vivon' quod, non obstante mandato regis de saisina facienda Bartholomeo de Podio de quadam terra in insula de Olerun quam Alanus de Turri prius tenuit, faciat habere eidem Alano vel nuntio suo catalla sua mobilia que habuit in predicta terra, salvis eidem Bartholomeo bladis et vineis contentis in predicta terra. Teste ut supra.

Pro Petro de Malo Lacu et uxore ejus.—Mandatum est B. de Insula quod permittat Petrum de Malo Lacu et Isabellam uxorem ejus habere forestam suam de Eskedale bene et in pace, sicut Robertus de Turneham pater ipsius Isabelle, cujus heres ipsa est, et predecessores sui eam tenuerint, temporibus Ricardi regis avunculi et Johannis regis patris domini regis usque ad guerram motam etc., nec inde ab eis exigat vel exigit (*sic*) consuetudines vel servicia alia quam predecessores ejusdem Isabelle inde facere consueverunt temporibus predictis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Rex Petro de Rivall' salutem. Mandamus vobis quod in foresta nostra de Whichewud' habere faciatis Waltero de Baskerevill' decem quercus ad se hospitandum apud Cumb', de dono nostro. Teste ut supra.

Per ipsum Petrum de Rivall'.

Pro abbate de Theokesbir'.—Mandatum est Ranulfo de Hurle, ballivo de Glamorgan, quod elemosinas constitutas per maneria que fuerunt G. quondam comitis Glouc', quas abbas et monachi de Theok' percipere solebant, eisdem abbati et monachis habere faciat, sicut eas tempore predicti comitis percipere consueverunt et, si quid inde captum fuerit, reddi faciat. Teste ut supra.

1233.

[m. 9.] *Pro Waltero de Evermue.*—Mandatum est vicecomiti Suff' quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo diligenter inquirat que et cujusmodi catalla inventa fuerunt in terra de Ixninge, quam rex commiserat W. de Everm' ad se sustentandum quamdiu regi placuit, et quantum valuerunt quando idem Walterus terram illam recepit. Et, si plura catalla invenerit in predicta terra quam idem Walterus receperit, que fuerint ipsius Walteri, ea eidem Waltero faciat liberari. Teste ut supra.

Pro Willelmo le Bigod et uxore ejus.—Rex intellexit per inquisitionem factam per preceptum regis quod H. de Burgo injuste et sine judicio disseisivit Willelmum le Bigod et Margaretam uxorem ejus de secta, quam homines de honore de Reileg' facere debent et consueverunt ad hundredum de Berdestapl', quod predicti Willelmus et Margareta tenent de rege ad feodi firmam. Et mandatum est custodi honoris de Reyleg'* quod de secta predicta plenam eis saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Petro de Nevill'.—Mandatum est B. de Insula quod sine dilatione faciat habere Petro de Nevill' custum quod posuit in dominico de Pikering' excolendo et seminando, tempore quo illud recepit ad firmam de Johanne Bonet, quando fuit vicecomes Eboraci, tenendum usque ad festum Sancti Michaelis, anno xvij., ne ad aures regis debeat iterata querela deferri. Teste ut supra.

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod loquelas, que sunt in comitatibus suis inter Robertum de Muscegros et Willelmum le Waleis de placito terre et debitorum, ponat in respectum usque in unum mensem a die Sancti Johannis Baptiste, anno etc. xvij. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat abbati de Persora centum quercus in foresta de Den', de dono regis ad operationem ecclesie sue. Teste rege apud Persoram, xxvij. die Maii. Per ipsum regem.

De mercatoribus vinorum, ne veniant in Angliam cum minoribus doliis quam esse solent.—Mandatum est ballivis P. comitis Britannie in nundinis sancti Botulfi quod singulis septimanis, quamdiu nundine duraverint, ter clamari faciant per easdem nundinas quod nullus mercator, ducens vina venalia in Angliam vel vina Wasconie vel Andegavie vel de Obblenc vel de Aucerr' vel aliunde, decetero post has nundinas Sancti Botulfi venire faciat in Angliam aliquod dolium vini, quod minus contineat secundum numerum sextertiorum quam continere consuevit temporibus Henrici regis, Ricardi regis et Johannis regis etc. Et si quis mercator ab illis nundinis in antea interceptus fuerit quod ducat dolia vini venalia in Angliam minoris mensure quam esse consueverunt temporibus predictis, sciat se omnia vina sua amissurum et insuper in gravem misericordiam regis incidisse. Teste rege apud Wigorniam, xxix. die Maii. Per ipsum regem.

* The words 'custodi honoris de Reyleg'' are substituted for 'vicecomiti Essex'.

1233.

[m. 9.] *De quercubus datis.*—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta regis de Fecham faciat habere priorisse de Westwod' v. quercus ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Wigorniam, xxix. die Maii. Per ipsum regem.

De presentatione N. de Stutevill' ad ecclesiam de Cnaresburg.—Rex non vult quod presentatio Nicholai de Stutevill', quam fecit de P. de Rivall', ad ecclesiam de Cnaresburg', inpediatur occasione manerii de Cnaresburg' quod est in manu regis tamquam vadium regis. Et hoc significatum est archidiacono Richem'. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Radulfo filio Nicholai.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod habere faciat Radulfo filio Nicholai servicium regis xl. dierum de Mida ad castrum suum de Donalamein claudendum, quod habet in custodia de concessione regis cum filio et herede Willelmi Pichard'. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat A. comitisse Penbr' v. damos in foresta de Cett', de dono regis. Teste ut supra.

De vinis arestandis ad opus regis.—Mandatum est ballivis Salopie quod de vinis que sunt in villa sua, faciant arestari x. dolia ad opus regis contra adventum suum hac instanti die Dominica. Faciant etiam fieri panem et cervisiam ne rex in adventu suo defectum inveniat. Teste rege apud Wigorniam, xxx. die Maii.

Eodem modo scribitur ballivis de Brug' de iiij. doliis arestandis etc.

Pro uxore Henrici le Parmenter.—Rex pro Deo concessit Emme, que fuit uxor Henrici le Parmenter, ad sustentationem suam et puerorum suorum omnia catalla que fuerunt ipsius Henrici, nuper suspensi pro transgressione facta contra pacem regis. Concessit etiam rex eidem Emme domum cum pertinentiis, que fuit ejusdem Henrici in Glouc', habendam per unum annum et unum diem, et que ad regem pertinet per idem tempus habenda occasione predicte suspensionis. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod tam de predictis catallis quam de predicta domo cum pertinentiis eidem Emme plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Wigorniam, xxx. die Maii.

Pro Rogero le Harpur.—Rex concessit Rogero le Harpur quod ille iiij. acre terre et dimidia cum pertinentiis in Wytton', quas fecit essartari infra forestam regis Norhumbrie, que quidem sunt de feudo Rogeri de Merlay, inperpetuum sint quiete de vasto et regwardo et de omnibus que ad forestam, forestarios et viridarios et regardatores pertinent, salva regi venatione sua; et quod ipse Rogerus vel heredes sui occasione predicte terre nullam sectam faciant coram justiciariis itinerantibus ad omnia placita, vel coram justiciariis de foresta itinerantibus ad placita foreste pro communi summonitione, nisi

1233.
[m. 9.] aliquem implacitent vel ab aliquo implacitentur vel pro aliquo delicto atachiati sint, quare oporteat eos esse coram præfatis justiciariis. Et mandatum est B. de Insula quod permittat ipsum Rogerum terram illam cum predictis libertatibus tenere. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste.

Eodem modo scribitur justiciariis proximo itineraturis ad omnia placita in comitatu Norhumbrie, de articulo brevis illius quod ad eos pertinet. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Henrico de Tybetot iiij. quercus in bosco de Kingeswod' in comitatu Essex', de dono regis ad se hospitandum. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Eodem modo scribitur eidem P. pro Hervico Cornub', fisico R. Cycestrensis episcopi, de iiij. quercubus in foresta de Cett'. Teste rege apud Fecham. primo die Junii. Per Radulfum filium Nicholai.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Selveston' faciat habere W. comiti Albemarl' v. damos, de dono regis. Teste rege apud Fecham, ij. die Junii.

De waranto latrocinii.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod Radulfum Calvary, arestatum in curia Willelmi de Bello Campo et quem Willelmus Prest vocat ad warantum de ovibus furatis inventis in manu sua, et de quibus appellatus est, venire faciat in curiam Roberti de Briwes de Lammesse, in qua predictus Willelmus attachiatus est pro ovibus predictis, ad warantizandum eidem Radulfo oves predictas vel ad se inde defendendum secundum [legem] terre. Teste ut supra.

Pro monialibus de Ethon'.—Rex per cartam suam concessit priorisse et monialibus de Ethona quod mercatum suum, quod teneri solet apud Ethonam singulis septimanis per diem Martis, decetero teneatur ibidem singulis septimanis per diem Sabbati, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti War' quod predictum mercatum per totam ballivam suam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta regis de Shirlet faciat habere sacriste de Wenlac sex quercus ad horlogium suum apud Wenlak' faciendum, de dono regis. Teste rege apud Wenlak', vj. die Junii. Per ipsum regem coram predicto P.

Pro priore de Derhurst.—Willelmus prior de Derhurst venit ad regem et fidelitatem fecit. Et mandatum est vicecomiti Wigornie quod de omnibus terris, quas abbas de Sancto Dionisio habet in balliva sua, eidem priori nomine predicti abbatis plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Glouc' et Oxonie.

1233.
[m. 9.]

Pro Galfrido de Cauz.—Mandatum est P. Rivall' quod ivernagium, quod rex seminari fecit in terra que fuit magistri Urr' in Canewod', et quam rex commisit G. de Cauz ad se sustentandum in servicio regis quamdiu etc., eidem G. habere faciat, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De tradendis in ballium.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod, si uterque istorum Thome de Ivelcestr' et Ricardi de la Wern', captorum et detentorum in prisona apud Wigorniam pro malo recto, invenerint (*sic*) ei sex probos et legales homines qui eos manucapiant habere ad standum recto ubi justum fuerit, si quis versus loqui voluerit de latrocinio unde rectati sunt, tunc ipsos predictis vj. hominibus tradat in ballio, sicut predictum est. Teste rege apud Wenlac', vj. die Junii. Per justiciarium.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in bosco regis de Cunedour' faciat magistro J. Blundo v quercus ad operationem clocherii sui, de dono regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro decano Caragty' de cervis capiendis.—Mandatum est P. de Rivall' quod permittat decanum Cartaguy' capere quatuor cervos in foresta regis de comitatu Norhumbrie, et quatuor cervos in foresta de Gautrie', de dono regis. Teste ut supra.

Pro uxore Ade de Tindal'.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Johanne, que fuit uxor Ade de Tyndal', aliquam certam et rationabilem portionem* de terris, que fuerunt predicti Ade quondam viri sui, ad se sustentandum donec certa et rationabilis dos sua ei assignetur de terris predictis secundum legem et consuetudinem regni. Teste ut supra.

Pro Reginaldo de Moyun.—Mandatum est P. de Rivall' quod in proprio bosco Reginaldi de Moyun de Tymeworth' faciat habere eidem Reginaldo quercus ad se hospitandum apud Stradleg'. Teste ut supra.

Pro villa Salopie de mercandisis.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod non permittat quod alique mercandise deferantur de comitatu suo usque Blancmuster ad vendendum ibidem vel ad negociandum, aliquo modo aliter quam hujusmodi mercandise deferri consueverunt de eodem comitatu temporibus Henrici regis, Ricardi regis et Johannis regis usque ad guerram motam inter regem et barones suos Anglie, per quod predicta villa Salopie perdens sit aut dampnum incurrat de consuetudinibus et theloneis debitis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Savernak' faciat habere A. comitisse Penbr', sorori regis, v. damos de dono regis. Teste ut supra.

* The words 'aliquam . . . . portionem' have been substituted for the words 'rationabilem estoverium suum.'

1233.

[m. 9.] *De tradendis in ballium.*—Rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum quod Willelmus de Seintliz et Ricardus et Thomas filii ejus, quos Mazelina, que fuit uxor Rogeri de Mubray, appellat de morte ipsius Rogeri de Mubray, appellati sunt odio et athia et non eo quod inde culpabiles sint; mandatum est vicecomiti Linc'* quod, si quilibet eorum invenerit ei sex homines etc. qui eos manucapiant habere coram justiciariis itinerantibus etc., tunc tradat eos in ballium etc. Teste ut supra.

De transcripto rotulorum de itinere justiciariorum in comitatu Cornubie.—Mandatum est W. de Ralegh' quod habere faciat R. comiti Cornubie transcriptum omnium rotulorum de itinere suo in comitatu Cornubie. Teste rege apud Wygorniam, xj. die Junii. Per ipsum regem coram Wintoniensi episcopo, justiciario et aliis de consilio regis.

De bladis W. Briwer' concessis ad testamentum suum faciendum.—Rex de consensu heredum Willelmi Briwer' junioris concessit executoribus testamenti ipsius Willelmi quod habeant omnia blada que seminata fuerunt in terris predicti Willelmi die quo obiit, ad executionem testamenti sui faciendam. Et mandatum est P. de Rivall' quod de omnibus bladis que idem Willelmus seminari fecit ante obitum suum in terris suis, que sunt in manu regis, eisdem executoribus saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Wygorniam, xj. die Junii. Per justiciarium.

De austurco dato Pagano de Chaurc'.—Mandatum est Henrico de Hanvill' quod de primis austurcis, quos habuerit de dono alicujus sive de empto et fuerint in custodia sua, faciat habere Pagano de Chaurces unum austurcum pulcrum et sanum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro uxore W. Briwer'.—Mandatum est P. de Rivall' quod rex commisit Johanne, que fuit uxor Willelmi Briwer', maneria de Blithesworth' et de Stok' cum pertinentiis in comitatu Norht', loco maneriorum de Ashel', Sunburn' et Stocbrug', que prius ei assignata fuerunt, ad se sustentandum donec certa dos ei assignetur de omnibus terris que fuerunt predicti Willelmi quondam viri sui: et quod ipse P. de predictis maneriis de Blithesworth' et de Stok' cum pertinentiis eidem Johanne plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per justiciarium.

[m. 8.] *Pro Simone Saphir.*—Rex mandavit scabinis et probis hominibus de Gant quod de quingentis marcis quas regi debent de debito regis Johannis, patris domini regis, habere faciant Simoni Saphir l. marcas, quas rex eidem Simoni dedit pro debito quod predictus Johannes rex ei debuit. Et hoc significat rex F. comiti Flandrie et Hannonie, ut sciat quod bene placet regi quod predicti scabini et probi homines de Gant eidem Simoni predictas l. marcas habere faciant. Teste rege apud Wygorniam, xiij. die Junii.

* Substituted for 'Linc''.

1233.
[m. 8.]

De fustis ad gaiolam regis Salopie.—Mandatum est Hugoni filio Roberti quod in haya de La Lye faciat habere vicecomiti Salopie xx. fusta ad gaiolam regis Salopie faciendam. Teste ut supra.

Pro priore Malvernie. Cum prior Majoris Malvernie finem fecisset cum rege per duas marcas per sic, quod assisa ultime presentationis ad ecclesiam de Ekinton', quam Custancius de Legha aramiavit coram Hugone le Poheher et tribus sociis, quos rex ad hoc justiciarios suos constituerat, caperetur coram S. de Sedgrave nunc justiciario; predicta assisa capta fuit coram predictis iiij. justiciariis et non coram predicto Stephano. Mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum priorem de predictis duabus marcis quietum esse faciant. Teste ut supra. Per justiciarium.

De Waltero de Godarvill' misso usque Divisas.—Mandatum est militibus assignatis ad custodiam Huberti de Burgo apud Divisas quod Walterus de Godarvill', quem rex mittit ad morandum in ballio castri Divisarum, se tertio militum admittant, salvis sibi dunjone ejusdem castri et aliis infra eundem dunjonem ad ipsum Hubertum salvo custodiendum. Teste ut supra.

Pro priore Sancti Jacobi Bristoll'. Rex didicit quod capella, que est in forinseco ballio castri Bristoll', est capella prioris Sancti Jacobi Bristoll', et ejusdem prioris est providere eidem capelle de capellano idoneo qui in ea deserviat. Et mandatum est constabulario Bristoll' quod loco capellani illius capelle, qui modo defunctus est, permittat ipsum priorem alium capellanum idoneum in eadem capella substituere, per quem predicto castro dampnum non eveniat. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in bosco de Covintr', qui est in custodia regis, faciat habere fratribus minoribus Coventr' tria robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Wygorniam, xx. die Junii. Per ipsum P.

Pro heredibus W. Briwere junioris. Facta partitione de terris, que fuerunt Willelmi Briwer' junioris, inter heredes ipsius Willelmi de consensu eorundem heredum, assignate sunt Alicie de Moyun uni heredum ipsius Willelmi pro portione sua, que eam contingit de terris predictis, omnes terre subscripte, videlicet, maneria de Thorre, Woggeburg', Kadel', Helboton', Acford', Braworthy, et Axem' cum pertinentiis, que sunt in comitatu Devonie, et manerium de Ile et quatuor solidate et vij. denariate et una obolata redditus cum pertinentiis in manerio de Trente in comitatu Sumerset'; ita tamen quod, si eadem Alicia vel alii heredes plus habeant de terris predictis quam ad rationabilem portionem suam pertineant, omnes terre que fuerunt predicti Willelmi iterum extendantur, et quilibet predictorum recuperet versus alium, si quis minus habeat quam ad eum pertineat habendum de terris predictis. Et mandatum est P. de Rivall' quod de omnibus terris predictis cum pertinentiis eidem Alicie plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Wygorniam, xiiij. die Junii.

1233.
[m. 8.] De consensu Hugonis Wak' et aliorum heredum Willelmi Briwer' junioris assignate sunt Willelmo de Percy nomine filiarum suarum, ad quas pertinet quinta pars terrarum que fuerunt predicti Willelmi, xvj. librate iiij. solidate et una denariata redditus cum pertinentiis in manerio de Cestrefeld', in partem portionis sue que eas contingit de terris predictis. Et mandatum est vicecomiti Dereb' quod de predicto redditu cum pertinentiis in predicto manerio eidem Willelmo nomine predictarum filiarum suarum plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Wigorniam, xv. die Junii.

Manerium de Langestok' cum pertinentiis assignatum est eidem Willelmo de Percy nomine predictarum filiarum suarum, ad quas pertinet quinta pars etc. in partem portionis sue que eas contingit de terris predictis de consensu omnium heredum predicti Willelmi. Et mandatum est vicecomiti Suhampt' de saisina etc. ut supra.

Sicut superius scribitur P. de Rivall' pro Alicia de Moyun de parte sua, sic scribitur eidem P. pro Margareta de la Ferte, una heredum predicti Willelmi Briwere, de terris subscriptis, videlicet, de maneriis de Sumburn' et Stocbrug' in comitatu Suht', et de manerio de Stok' in comitatu Norhamt', et de xix. libratis xiiij. solidatis et iiij. denariatis et una obolata redditus in Snointon in comitatu Noting.'

Scribitur etiam sub eadem forma eidem P. pro Willelmo de Percy nomine filiarum suarum, de maneriis de Eissel' et Langestok' in comitatu Suht', et Blithesworth' in comitatu Norht', Foston' in comitatu Leic', xxv. solidatis vij. denariatis et obolata redditus in Snointon in comitatu Noting', Raddon' in comitatu Devonie, xxxix. solidatis et ij. denariatis et obolata redditus in manerio de Trente in comitatu Sumerset', ita tamen etc. ut supra in primo brevi.

De Warino capellano misso ad sororem regis.—Mandatum est Roberto de Muscegros quod Warinum capellanum regis, quem rex mittit ad morandum cum Isabella sorore sua ut sit ejus capellanus, recipiat et ad duos equos et duos homines ei necessaria inveniat. Teste ut supra.

Pro Huberto Hoes'.—Mandatum est priori de Hadfeld' quod sit intendens et respondens Huberto Hoes' de firma de Hadfeld', sicut intendere et respondere consuevit ante quam per barones de Scaccario fuit ei inhibitum quod amplius de firma illa eidem Huberto non responderet. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro priore Malvern'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod in loquela, que est in comitatu suo per breve regis inter Ricardum Mar' et Agnetem uxorem ejus petentes et priorem de Malverna deforciantem de quadam carta, decetero non procedat, quia ipsi Ricardus et Agnes coram rege apud Wigorniam dictum priorem inde quietum clamaverunt, et de quadam lege ipsi priori facienda adjudicata in eodem comitatu ipsum quietum esse fecerunt. Et Hamonem de Curcun, qui curiam regis decepit falso impetrando litteras regis sub

1233.
[m. 8.]

nomine ipsorum Ricardi et Agnetis, quod esset attornatus eorum in illa loquela, arestari faciat donec rex aliud inde preceperit; et si ipse Hamo ei plegios invenit de loquela illa prosequenda versus eundem priorem, ad ipsum et plegium de misericordia se capiat. Teste ut supra.

Pro uxore W. Briwer' junioris.—Mandatum est P. de Rivall' quod de terris illis, que fuerunt W. Briwer' junioris et que remanserunt in manu regis tamquam portio que assignata est filiabus et heredibus Willelmi de Braos' occasione custodie predictarum heredum in manu regis existentis, assignari faciat Johanne, que fuit uxor predicti Willelmi Briwer', rationabilem dotem suam que eam contingit de terris predictis; ita quidem quod manerium de Brug' remaneat in manu regis integrum cum pertinentiis, et dos predicte Johanne ei assignetur in aliis terris forinsecis. Teste rege apud Evesham, xvj. die Junii. Per episcopum Wintoniensem.

Pro Radulfo de Mortuo Mari.—Mandatum est constabulario de Muntgomery quod permittat Robertum de Wutton, Rogerum de Subir', Robertum de Gyros, Hugonem de Seinton' et Willelmum de Rugh' esse intendentes et respondentes Radulfo de Mortuo Mari de servicio suo, sicut inde ipsi et antecessores sui intendere consueverunt et respondere eidem Radulfo et antecessoribus suis, antequam rex servicia eorum attornavisset castro de Muntgumery tempore quo castrum illud fuit in manu Huberti de Burgo. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Salops' pro eisdem.

Pro Johanne de Plesset'.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod, non obstante eo quod rex commisit Roberto de Pavilly terram quam Johannes de Plesset' prius tenuit de ballio regis in Gersich', faciat eidem Johanni habere blada sua que seminari fecit in terra predicta. Teste rege apud Wudestok', xix. die Junii. Per P. de Rivall'.

De monetariis et ministris cambiorum Lond' et Cantuarie.—Mandatum est Willelmo Hardel, clerico, firmiter injungendo quod, convocatis in presentia sua omnibus monetariis, assaiatoribus, custodibus, operariis et aliis ministris de cambiis regis Lond' et Cantuarie, per visum et testimonium illorum provideant quod tot et tales operarii sint in predictis cambiis qui sufficiant ad operationes regis faciendas, ne rex pro defectu hujusmodi ministrorum dampnum incurrat. Teste rege apud Wudest', xix. die Junii.

Et mandatum est eisdem quod ad mandatum ipsius W. ei ad hoc sint intendentes. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat recluse de Iftel' juxta Oxoniam duo robora in foresta de Shotovr' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

1233.
[m. 8.]

De operatione aule Wintonie.—Mandatum est P. de Rivall' etc. quod, sicut magister Elyas de Derham ei scire faciet, habere faciat ipsi magistro Elye maeremium in boscis in Digerl', Finkel' et Chett', ad operationem aule castri Wintonie. Teste rege apud Wudestok', xx. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' etc. quod habere faciat H. Roffensi episcopo xx. quercus in foresta de Tunebrug' ad operationem cujusdam ecclesie quam construit apud Roffam. Teste rege apud Wudestok', xxj. die Junii.

De coronatoribus in comitatu Devonie.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod loco Ricardi filii Walteri et Baldewini de Es quondam coronatorum regis in comitatu illo, qui mortui sunt, in pleno comitatu suo et per assensum totius comitatus eligi faciat duos alios coronatores etc.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Selveston' faciat habere priori de Chaucumbe xxx. quercus ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Vallibus.—Robertus de Vallibus finem fecit cum Ursello filio Hamonis et Benedicto Crespin, Judeis, per c. marcas eis per annum reddendas de debitis que eis debet; occasione quorum debitorum ipsi Judei saisinam habuerunt de terris quas habuit in Cumbr' nomine vadii sui per preceptum regis. Et mandatum est vicecomiti Cumbr' quod de predictis terris, de quibus dicti Judei seisiti fuerunt nomine vadii sui, sicut predictum est, eidem Roberto plenam saisinam habere faciat. Catalla etiam ea occasione in manus Judeorum capta in eisdem terris inventa, ei reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Hugone Dispenser.—Rex per cartam suam concessit Hugoni Dispenser manerium de Rihal' cum Bulnestorp', quod est menbrum ejusdem manerii, et aliis pertinentiis suis habenda (*sic*) et tenenda sibi et heredibus suis quieta de sectis comitatus et hundredi et de auxiliis vicecomitis et visu franci plegii et de murdro, donec rex ea reddiderit rectis heredibus per voluntatem suam vel per pacem; ita quod nec rex nec heredes sui ipsum Hugonem vel heredes suos de eodem manerio vel menbro predicto disseisiet, donec eis fecerit rationabile escambium in escaetis ad valentiam ejusdem manerii et dicti menbri sui. Concessit etiam rex eidem H. quod ipse et heredes sui habeant hanc libertatem, quod non ponantur in assisis, juratis, vel recognitionibus, sicut plenius continetur in predicta carta. Et mandatum est vicecomiti Rotel' quod has libertates predictas eidem Hugoni et heredibus suis faciat observari. Teste rege apud Wodestok', xxiij. die Junii.

Pro Hugone de Kynardesl'.—Mandatum est P. de Rivall' quod permittat Hugonem de Kinardesl' habere omnia blada et catalla sua que habet in terris quas fecit essartari de licentia regis in foresta de Dene, ita tamen quod terre ille remaneant in manu regis donec aliud inde preceperit. Teste ut supra.

1233.
[m. 8]

Mandatum est vicecomiti Wigornie quod plenam saisinam faciat habere Hugoni de Kinardesl' de terris suis, de quibus comitissa Penbr' ipsum disseisivit, eo quod rex alias terras quas de rege tenet in capite capi fecit in manum suam.

Eodem modo scribitur vicecomiti Heref'.

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem, quod Sarra filia Elye, Margareta, Juliana et Juetta, sorores ejus, appellant Thomam Stoyle de morte Elye de Loteburn' et de et Elye filii sui odio et athia et non etc.; mandatum est vicecomiti Buk' quod si predictus Thomas invenerit ei xij. etc., tunc ipsum tradat eis in ballium etc. Teste ut supra.

Rex per cartam suam dedit Anketillo Mallore pro homagio et servicio suo manerium de Erdel' cum pertinentiis, quod fuit Ade de Port, habendum et tenendum ad feodi firmam, ut in rotulo finium.

(*De tradendo in ballium.*)—Quia rex accepit per inquisitionem quod Agnes, que fuit uxor Willelmi Barlicorn, appellat Henricum Sturmund de morte predicti Willelmi viri odio et atia et non etc.; mandatum est vicecomiti Linc' quod si predictus Henricus invenerit ei xij. etc., tunc ipsum tradat eis in ballium etc. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Heref' quod, si Nicholaus filius Hereberti captus et detentus in prisona regis pro morte Willelmi de Standon', invenerit ei xij. etc. qui manucapiant habere eum ad primam assisam etc. responsurum Rogero de Standon', Ade et Simoni, fratribus suis, de eadem morte, unde eum appellant, tunc tradat in ballium etc. Et habeat ibi nomina ipsorum xij. et hoc breve. Teste rege apud Wudestok', xxv. die Junii.

Pro hominibus de Twyford'.—Mandatum est P. de Rivall' quod, si R. comes marescallus vel ejus ballivi receperint firmam manerii de Twiford' de hoc termino Sancti Johannis Baptiste anno xvij. tunc ipsos homines non distringat ad firmam illam iterato reddendam. Teste ut supra.

Pro Hugone de Kynardesle.—Mandatum est P. de Ryvall'° quod habere faciat Hugoni de Kynardesle talem saisinam de terris suis, quas tenet de rege in capite in foresta de Den', una cum catallis et rebus suis in terris ipsis inventis, qualem inde habuit ante quam de predictis terris et catallis disseisitus fuit per preceptum regis. Teste rege apud Oxoniam, xxvij. die Junii. Per predictum P.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta regis de Windles' faciat habere S. de Sedgrave justiciario xij. quercus ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro episcopo Dunholmensi. Mandatum est Briano de Insula quod contentiones, ortas inter regem et R. Dunholmensem episcopum de forestis in terris et feodis ipsius episcopi inter Usam et Derewent',

° In the MS. this word contains one minim too many.

1233.
[m. 8.] ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis, anno xvij. Teste rege apud Oxoniam, xxx. die Junii. Per ipsum regem coram justiciario.

De quadam equa data.—Mandatum est P. de Rivall' quod equam illam, que inventa fuit in manu Hugonis de Cotingham et que jam remansit in manu regis eo quod nullus eam sequitur, faciat habere fratribus hospitalis Sancti Johannis Baptiste de Bureford', de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum Petrum.

Pro magistro Johanne Blundo.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod, non obstante eo quod litere regis, per quas mandavit eis quod habere facerent magistro Johanni Blundo xx. libras annuas, quas rex ei concessit percipiendas ad Scaccarium ad duos terminos anni, confecte fuerunt post Pascha anno xvij., faciat eidem magistro habere x. libras de predicto termino Pasche. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De filia Willelmi Lungesp'.—Mandatum est Ele comitisse Sarrisburie quod recipiat Elam filiam Willelmi Lungesp' filii sui et eam tamquam obsidem regi commissam salvo custodiat, donec rex aliud ei inde mandaverit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est P. de Ryvall' quod habere faciat Hugoni Paynel duos damos in Nova Foresta regis, de dono regis. Teste ut supra. Per Paganum de Chaurces.

Mandatum est eidem P. quod habere faciat Nicholao de Molis unum damum in Nova Foresta, de dono regis. Teste ut supra. Per Th. de Hemmegrave.

Pro comitissa Penbr'.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod de dominicis catallis, bladis et aliis R. comitis Marescalli in ballia sua, visis literis istis, fieri faciat c. libras ad opus Alienore comitisse Penbr', in quibus ipse comes ei tenetur de quadringentis libris annuis quas ei debet pro dote sua Hibernie et comitatus Penbr'; et denarios quos inde fecerit liberet per taillium ipsi comitisse in solutionem predictarum c. et l. librarum. Teste ut supra. Per.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sussex' de aliis c. et l. libris, vicecomitibus Wigornie et Glouc' eodem modo.

Pro persona de Weston'.—Mandatum est vicecomiti Rotel' quod, non obstante eo quod Robertus de Weston', parochianus Willelmi de Sancto Laudo persone de Weston', nuper submersus fuit et intestatus decessit, faciat eidem Willelmo habere nomine ecclesie sue id quod ad eum pertinet habendum de catallis, que fuerunt predicti Roberti, secundum consuetudinem partium illarum. Teste ut supra.

Pro Hamone de Crevequer.—Rex per cartam suam concessit Hamoni de Crevequer quod mercatum, quod teneri solebat singulis septimanis per diem Dominicam apud Brancheel' in cimiterio ecclesie ejusdem ville, decetero teneatur singulis annis (*sic*) per diem Sabbati super

1233.

[m. 8.] terram ipsius Hamonis de Branchesl', et quod idem Hamo et heredes sui habeant ibidem unam feriam singulis annis per tres dies duraturam, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Omnium Sanctorum, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod mercatum illud et feriam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

De operatione aule regis apud Wintoniam.—P. Wintoniensis episcopus commodavit regi ducentas libras, computatis in eisdem ducentis libris denariis quos W. Parvus et socii sui, custodes operationis aule regis Wintonie, receperunt ab eo ad predictam operationem. Et mandatum est eisdem custodibus quod denarios, qui restant de illis ducentis libris ultra denarios quos ab eo receperunt ad dictam operationem, ab eo recipiant. Teste ut supra.

Mandatum est W. de Godarvill', H. Hosato et Henrico fratri regis

*De postibus et pannis datis.**—Mandatum est Petro de Rivall' quod habere faciat Willelmo de Insula duos postes et duas pannas in bosco de Gatesle, de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, xxx. die Junii, anno ut supra.

De nundinis episcopi Wintoniensis.—Mandatum est ballivis nundinarum de Lenn' quod singulis diebus, quamdiu durabunt predicte nundine, puplice clamari faciant per easdem nundinas quod omnes mercatores, de cujuscumque terris fuerint, qui cum mercandisis venire voluerint ad nundinas Wintonie, sint ibidem ante festum Nativitatis Beate Marie, scituri pro certo quod, qui post diem illum venerint, nundinas predictas cum mercandisis suis non ingredientur sine forisfacto episcopi Wintoniensis. Teste ut supra.

Pro Gerardo Talebot.—Rex concessit Gerardo Talebot custodiam terre que fuit Huberti de Muntchanes', quam Ricardus quondam capellanus H. de Burgo prius habuit in manu sua. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod de tota terra, que fuit ipsius Huberti in Stansted', cum omnibus bladis instantis autumpni solo habentibus, eidem Gerardo plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra ut supra (*sic*). Per ipsum regem coram episcopo Wintoniensi et justiciario.

Pro Henrico de Sancto Eglero.—Mandatum est duci Britannie et comiti Richem' quod talem saisinam habere faciat Henrico de Sancto Eleiro, qui est in servicio regis in Anglia, de redditu suo, unde ipsum dissesivit, ut dicit, in villa Sancti Jacobi super Beveron', qualem inde habuit tempore R. quondam Cestrie, nisi forte aliquid fecerit quare inde saisinam habere non debeat. Teste rege apud Oxoniam, j. die Julii.

* The title is made to point to the preceding incomplete entry in the MS.

1233.
[m. 8.] *Pro Willelmo de Ireby.*—Mandatum est vicecomiti Cumbr' quod de terris, que fuerunt Willelmi de Ulvesby et Patricii de Ulvesby in balliva sua et de heredibus ipsorum Willelmi et Patricii, plenam saisinam habere faciat Willelmo de Ireby custodiendis ad opus regis quamdiu regi placuerit. Teste ut supra.

Pro Henrico de Trublevill'.—Rex commisit Henrico de Trublevill manerium de Kertlington' ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod de predicto manerio cum pertinentiis et cum bladis instantis autumpni anno xvij. eidem H. plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Coram justiciario et episcopo Wintoniensi.

De quercubus datis.—Mandatum est P. Ryvall' quod in bosco de Pauncehaye faciat habere abbati de Osen' xx. quercus, et in bosco subtus Brehull' qui vocatur defensum, xx. quercus, ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra. Per predictum P.

De damis datis.—Mandatum est eidem P. quod habere faciat Isabelle, sorori regis, sex damos in foresta de Savernak', de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, j. die Julii.

Eodem modo scribitur eidem pro Radulfo de Thoeny de iiij. damis in foresta Essex', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Ferrariis.—Rex replegiavit W. comiti de Ferrariis terram quam Willelmus de Ferrariis filius suus tenuit in Stubing' et Wudeham, et que capta fuit in manum regis. Et mandatum est P. de Rivall' quod de predicta terra eidem comiti saisinam habere faciat; et, si quod inde fuerit amotum, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

De prisone deliberando.—Mandatum est H. de Nevill' quod, si Walterus de Horton', quem tenet in prisona pro venatione regis, invenerit ei salvos plegios ad standum inde recto coram justiciariis itineraturis ad placita foreste, tunc ipsum ita per plegios dimittat et omnia catalla sua ea occasione in manum regis capta ei deliberari faciat. Et habeat ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste rege apud Waling', ij. die Julii.

De bosco de Sneth essartando.—Mandatum est Leulino Vachan quod boscum, quem rex ei commisit apud Sneth' essartandum et ad faciendum inde terram arabilem, citra festum Omnium Sanctorum proximo futurum anno xviij. essartari faciat, sciturus pro certo quod, nisi fecerit, rex boscum illum committet alii qui illum essartet et excolat. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat leprosis hospitalis Sancti Egidii extra Wycumbe x. quercus in foresta de Brehull', ad capellam ejusdem hospitalis reparandam, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

1233.

[m. 8.] *Pro Roberto de Broy.*—Mandatum est ballivis Salopie quod domum, quam Robertus de Broy tenet in Salopia de ballio Johannis regis etc., ipsum Robertum in pace tenere permittat (*sic*), donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Walingford', iij. die Julii. Per P. de Rivall'.

De milite comitis Marescalli recipiendo in castrum Divisarum.—Mandatum est W. de Godarvill', Huberto Hoese et Henrico fratri regis quod militem illum, quem J. comes Linc' mittit ad castrum Divisarum cum literis suis ad custodiam H. de Burgo loco alterius militis sui quem ibidem habet, recipiant, permittentes ipsum dunjonem ejusdem castri intrare et predictum H. custodire loco alterius militis, sicut predictum est. Teste rege apud Merleberg', v. die Julii. Per P. de Rivall'.

De cervo et damo datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta regis de Savernak' faciat habere Isabelle sorori regis unum cervum de dono regis, et Marie de Curtenay unum damum in foresta de Ashesmera, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum P.

Pro Willelmo de Plesset'.—Rex concessit Willelmo de Plesset' quod habeat unam vaccariam in parochia sua de Fotston', ubi Alexander de Dors' quondam persona de Foston eam habuit, tenendam eo modo, quamdiu regi placuerit, quo predictus Alexander eam tenuit. Et mandatum est P. de Rivall' quod ipsum vaccariam illam habere permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

[m. 7.] *De damis datis.*—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Chipeham faciat habere Radulfo de Wyliton', W. de Godarvill', Huberto Hoese et Henrico fratri regis iiij. damos, scilicet, cuilibet eorum unum, de dono regis. Teste rege apud Sandreford', vj. die Julii.

De quercubus datis.—Mandatum est eidem P. quod habere faciat priori et monachis Sancte Trinitatis Kantuarie tres quercus in foresta de Tunebrug' ad mensas faciendas in refectorio suo, de dono regis. Teste rege apud Sandreford', viij. die Julii. Per ipsum regem.

Pro hospitali Sancti Johannis de Merleberg.—Rex concessit fratribus et sororibus hospitalis Sancti Johannis Baptiste de Merleberg' pro se et heredibus suis, quod habeant inperpetuum unum hominem itinerantem ad siccum et mortuum boscum singulis diebus in foresta de Savernak', ad colligendum de hujusmodi sicco et mortuo bosco quantum colligere poterit manu sua tantum, sine quolibet utensili ferreo sive securi sive alio, et ad boscum illum de foresta illa asportandum ad predictum hospitale supra dorsum suum, ad focum predictorum fratrum et sororum. Et mandatum est P. de Rivall' quod predictos fratres et sorores unum hominem habere permittat itinerantem, sicut predictum est. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro persona de Twyford'.—Rex concessit Ricardo persone ecclesie de Twyford' quod decime feni dentur decetero Deo et sancte ecclesie de manerio de Twyford', quod est de terris Normannorum, quamdiu

1233.
[m. 7.] fuerit in manu regis; ita tamen quod occasione hujus concessionis nullum fiat prejudicium rectis heredibus predicti manerii, si rex forte processu temporis illud eis reddiderit. Et mandatum est P. de Rivall' quod predictas decimas feni de predicto manerio dari faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per episcopum Wintoniensem.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta regis Essex' faciat habere Lucie uxori Ricardi de Gray duos damos, de dono regis. Teste rege apud Windles', ix. die Julii.

Pro episcopo Elyensi.—Rex vicecomiti Norf' et Suff', salutem. Scias quod concessimus venerabili patri, H. Elyensi episcopo, quasdam libertates et quietancias contentas in carta nostra quam ei inde fieri fecimus. Et ideo tibi precipimus quod predictam cartam in comitatu tuo legi, et libertates et quietancias, in eadem carta contentas, ei observari facias. Teste meipso apud Windles', vij. die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Essex' et Hertf', Cantebrigie et Huntind', et baronibus de Scaccario.

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod concessimus venerabili patri H. Elyensi episcopo quod ipse et successores sui, episcopi Elyenses, et prior Elyensis et successores sui colligant et habeant omnia amerciamenta de omnibus hominibus et terris imfra hundreda subscripta, videlicet, imfra hundredum et dimidium de Midford', et imfra quinque hundreda et dimidium de Wickelawe et Triling de Wineston', tam de alieno feodo quam suo; et quod habeant omnes fines de amerciamentis illis provenientes, postquam aliquis inciderit in misericordiam; et quod habeant omnia amerciamenta de omnibus hominibus, terris et feodis suis; et quod habeant omnes fines de amerciamentis illis provenientes, postquam aliquis inciderit in misericordiam; et quod habeant quietantiam de murdro de omnibus hominibus, terris et feodis suis, tam imfra predicta hundreda quam extra, salvo nobis et heredibus nostris forisfacto murdri si inciderit de alienis feodis infra predicta hundreda. Et ideo vobis mandamus quod de demanda, quam facitis eidem episcopo per summonitionem Scaccarii nostri occasione predictorum amerciamentorum et finium eorundem amerciamentorum de tempore preterito usque ad tempus confectionis carte nostre super premissis, ipsum episcopum quietum esse; et sic fieri et irrotulari faciatis. Teste ut supra.

Rex eisdem, salutem. Mandamus vobis quod distincte et aperte per litteras vestras nobis scire faciatis que amerciamenta et qui fines per summonitionem Scaccarii nostri exiguntur de venerabili patre H. Elyensi episcopo et de hominibus, terris et feodis suis infra hundreda subscripta et extra, videlicet, imfra hundredum et dimidium de Midford', et imfra quinque hundreda et dimidium de Wickelawe et Triling de Wineston', tam de alieno quam de suo, et a quibus amerciamenta illa et fines illi exiguntur et ob quas causas. Teste ut supra.

1233.
m. 7.

Pro priore de Novo Loco.—Mandatum est P. de Rivall' quod de manerio de Sutton', quamdiu fuerit in manu regis, decimas feni dari faciat priori de Novo Loco, persone ecclesie ejusdem ville.

De mora Henrici de Aldithel' apud Salopiam.—Mandatum est Henrico de Aldithel' quod, visis literis istis, accedat usque Salopiam cum gente et familia sua, et moram faciat ibidem ad securitatem et tuitionem ville Salopie et partium illarum, donec a rege aliud habuerit mandatum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Windles' faciat habere monialibus de Bromhal' ij. quercus ad scindulas faciendas ad ecclesiam suam de Bromhal' cooperiendam, de dono regis. Teste rege, x. die Julii.

Eodem modo scribitur eidem: pro leprosis de Walingef' de j. quercu in foresta de Brehull' ad scindulas faciendas ad ecclesiam suam cooperiendam. Teste ut supra.

Pro Ivone vicario de Bray de ij. quercubus in bosco de Bray ad scindulas faciendas ad capellam Beate Marie de Bray cooperiendam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Petro de Malo Lacu.—Rex commisit Petro de Malo Lacu manerium de Derteford' cum pertinentiis, quod fuit comitis Sancti Pauli, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est P. de Rivall' quod eidem Petro de predicto manerio cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Lamh', x. die Julii. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro archiepiscopo Eboracensi de quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat W. Eboracensi archiepiscopo xiij. quercus in foresta de Cnaresburg' ad quandam capellam construendam apud Eboracum, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Julii.

De tradendis in baillium.—Hamo Cheure et Ricardus filius Roberti, quos Mariota de Colekirk' appellat de morte Bartholomei filii sui odio etc., ut rex accepit per inquisitionem, habent literas directas vicecomiti Norf' quod tradat eos in ballium utrumque xij. etc. Teste ut supra.

Robertus Pincerna, Philippus de Gaunt et Robertus filius Hugonis quos Alicia, que fuit uxor Petri de Crabbeden', et Robertus de Crabbeden' appellant de morte predicti Petri odio et athia etc., ut constat per inquisitionem, habent literas directas vicecomiti Leic' quod quemlibet ipsorum tradat xij. in ballium etc. Teste ut supra.

Wasconia. De contentionibus sedandis.—Rex H. de Vivon', senescallo Wasconie, salutem. Volentes debitum finem inponi contentioni orte inter Petrum Gauceret et abbatem Sancte Crucis de justicia Sancti Macarii, quam uterque eorum ad se vendicat de jure pertinere et de

1233. [m. 7.] nobis tenere in capite, vobis mandamus quod, convocatis coram vobis in curia nostra baronibus et magnatibus nostris partium illarum, diligenter audiatis in eorum presentia rationes utriusque partis, per quas tam ipse abbas quam predictus Petrus justiciam predictam clamant. Auditis siquidem et pensatis diligenter rationibus hinc inde propositis, utrique parti plenam justiciam exhibeatis, ita quod predicta justicia, unde ipsa contentio orta est, per judicium predictorum baronum et magnatum nostrorum ei remaneat cui ipsi de jure et per rationes validiores eam adjudicaverint, salvo nobis si quid de predicta justicia ad nos pertineat. Inhibeatis autem distincte predicto abbati super omnia que de nobis tenet, et sicut vult in hoc vel aliis a nobis sibi justiciam exhiberi, ne decetero super eo predictum Petrum in curia Christianitatis auctoritate literarum domini pape inpetat vel inquietet. Teste ut supra.

Rex Hugoni de Vivon', senescallo suo Wasconie, salutem. Volentes debitum finem inponi contentioni orte inter nos et dilectum et fidelem nostrum Petrum Gaucret de prepositis et pacificariis ponendis in Benaugeis, que est de terra ipsius Petri, quod nos dicimus ad nos de jure pertinere, et quod dictus Petrus e contrario sibi vendicat; vobis mandamus quod, convocatis coram vobis in curia nostra baronibus et magnatibus nostris partium illarum, diligenter inquiratis per eosdem sub fide qua nobis tenentur secundum legem et consuetudinem partium illarum, utrum ad nos vel ad predictum Petrum de jure pertineat predictos prepositos et pacificarios ponere in Benaugeis. Et si per inquisitionem inde factam per predictos barones et magnates et secundum legem et consuetudinem partium illarum, vobis constiterit quod baillia illa ad nos de jure pertineat, tunc bailliam illam in manu nostra retineatis. Si vero per eandem inquisitionem acceperitis ipsam bailliam ad eundem Petrum de jure pertinere, volumus et vobis mandamus quod tunc bailliam illam ei in pace dimittatis. Teste ut supra.

Pro Emerico de Rivallo.—Rex Petro de Rivall' salutem. Sciatis quod commisimus dilecto et fideli nostro Emerico de Rivall' ad se sustentandum in servicio nostro quamdiu nobis placuerit, terram illam cum pertinentiis, quam Willelmus de Miliar' tenuit in Henton' de baillio W. comitis de Arundel, et terram illam cum pertinentiis quam Reginaldus Aguillon tenuit de ballio ejusdem comitis in Bendriton'; que quidem terre sunt de feodo ipsius comitis et de terris Normannorum. Et ideo vobis mandamus quod de terris predictis ipsi Emerico plenam seisinam habere faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Johanni de Stutevill' duos cervos in foresta de Shirewode, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Julii.

Pro Henrico de Tracy.—Rex per cartam suam concessit Henrico de Tracy quod ipse et heredes sui inperpetuum habeant unum mercatum apud manerium suum de Aufridecumbe singulis septimanis per diem

1233.
m. 7.

Sabbati, et singulis annis unam feriam per tres dies duraturam, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Pentecostes, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod ea clamari faciat etc. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Narzac.—Rex commisit Willelmo de Narzac ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit, terram illam cum pertinentiis in Hegeton'* cum omnibus catallis et bladis ejusdem terre, que ad regem pertinent, quam illa mulier que fuit uxor Galfridi de Monasteriis tenuit in dotem. Et mandatum est P. de Rivall' quod eidem Willelmo de terra predicta plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Julii. Per justiciarium.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat de dono regis Willelmo de Ralegh' tres damos in foresta de Clive, et Willelmo de Insula unum damum in eadem foresta, et Roberto de Lexinton' tres damos in foresta de Clarendon', et Willelmo de Eboraco duos damos in foresta de Shirewode†, et Ade filio Willelmi unum damum in foresta Essex'. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Willelmus le Sauvag' et Willelmus filius Osberti, quos Constancia, que fuit Osberti de Bradewell', apellat de morte ipsius Osberti odio et athia etc., habent literas vicecomiti Suff' quod uterque illorum tradatur xij. in ballium etc. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Bradene faciat habere H. comiti Hereford' tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Henrico de Trublevill'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod tam boves quam omnia alia animalia et catalla, que Gilebertus Basset habuit in manerio de Curtlinton' quando dominus rex illud in manum suam capi precepit, in cujuscumque manu inventa fuerint in baillia sua, faciat habere H. de Trublevill', cui manerium illud dominus rex commisit ad se sustentandum in servicio regis quando (*sic*) ei placuerit. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De damo dato.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Wauberg' faciat habere Alicie de Trublevill' unum damum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Baldewino de Ver.—Rex concessit Baldewino de Ver totam terram que fuit Elye de Martigny in Fitlington', ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est P. de Rivall' quod plenam ei inde saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Julii. Per ipsum regem.

* The words 'et Kirkeby' follow the word 'Hegeton' in the MS., but have been cancelled.

† Substituted for 'Gautris.'

1233.

[m. 7.] *De feriis prohibendis.*—Mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod per totam bailliam suam clamari faciat quod nulla feria decetero teneatur apud Fordham, que ibidem teneri consuevit ad festum Sancti Leodegarii, et quod nullus res venales vel mercandisas illuc deferat causa vendendi vel emendi. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Linc' de feria de Simplingham et de Stowa juxta Simplingham, que ibidem teneri consueverunt. Teste ut supra.

Pro priore de Luffeld'.—Rex concessit priori et monachis de Luffeld' quod sine inpedimento possint essartare et excolere duas acras in bosco regis de Norton'. Et mandatum est Hugoni de Nevill' quod ipsos priorem et monachos predictas ij. acras essartare et excolere permittat. Teste ut supra.

De busca data Minoribus et Predicatoribus Lond'.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod de denariis regis faciat habere fratribus Minoribus de Lond' tres navatas busche et fratribus Predicatoribus de Lond' tres navatas busche, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Julii. Per ipsum regem.

De terra in Sutton' commissa Jordano de Monte Martini.—Rex commisit Jordano de Monte Martini terram quam Gilebertus Basset tenuit in Sutton' in comitata Surr', ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est P. de Rivall' quod de terra predicta eidem Jordano plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste me ipso apud Westmonasterium, xix. die Julii. Per ipsum P.

Hibernia. Pro Willelmo capellano.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod, quamcito per vacationem alicujus ecclesiastice dignitatis in manu regis existentis vel alio modo oportunitas se optulerit, provideat Willelmo capellano ministranti in capella castri Dublin' in beneficio ecclesiastico x. librarum.

Eodem modo scribitur E. thesaurario Hibernie quod ipse una cum predicto justiciario ei provideant (*sic*).

De tradendo in ballium.—Gilebertus cocus captus et detentus in prisona apud Sanctum Edmundum pro morte Johannis le Parker, unde rettatus est odio et athia et non etc., habet literas directas vicecomiti Suff' quod eum tradat in ballium xij. etc.

De abbate de Tavistok'.—Rex electioni facte de fratre Alano quondam priore de Sulye in abbatem de Tavistok' regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est Petro de Rivall' quod de predicta abbatia et terris et tenementis et aliis rebus, que ad ipsam pertinent, plenam ei saisinam habere faciat. Teste S. de Sedgrave apud Westmonasterium, xxiij. die Julii. Per literas regis sub privato sigillo.

1233. [m. 7.]

Et mandatum est militibus et aliis tenentibus de abbatia illa quod ei tamquam domino suo sint intendentes sint (*sic*) et respondentes. Teste ut supra.

De abbate Sancti Petri de Burgo.—Rex electioni facte de fratre W. quondam sacrista Sancti Petri de Burgo in abbatem ejusdem loci, regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est P. de Rivall' etc. quod de abbatia de Burgo et omnibus terris et aliis ad eam pertinentibus ei plenam saisinam habere faciat, salvis regi arreragiis debitis de tempore quo abbatia predicta extitit in manum regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Julii.

Idem abbas habet literas patentes directas hominibus suis quod ei tamquam domino suo sint intendentes et respondentes.

Pro Huwardo de Bikeleg'.—Quia rex accepit per inquisitionem quod Hubertus de Burgo, tempore quo fuit justiciarius Anglie, injuste et sine judicio disseisivit Huardum de Bikeleg' de placitis ad feriam suam de Holewale pertinentibus, que quidem placita sunt in manu episcopi Wintoniensis de ballio regis cum manerio de Kingesbir' ad operationem hospitalis de Portesm': mandatum est eidem episcopo* quod de placitis illis eidem Huardo plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

De fustis datis episcopo Wintoniensi.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat P. Wintoniensi episcopo xl. fusta in parco de Neuton' ad se hospitandum apud Tanton, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Julii.

Pro domino Carleolensi.—Mandatum est Thome de Muleton' quod habere faciat W. Carleolensi episcopo omnia pecora et alia sua que inventa fuerunt in terra Roberti de Vallibus, quam habuit ad firmam quando rex terram illam capi precepit in manum suam pro debitis Judeorum, que predictus Robertus eis debuit. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Julii.

De navibus deliberandis.—Mandatum est Hereberto de Alencun et Fulconi Baignard' quod, non obstante precepto regis quod rex eis nuper fecit de navibus arestandis, permittant duas naves archiepiscopi Nitherosiensis, que sunt apud Lenn', sine impedimento abire quo voluerint. Teste ut supra.

Et mandatum est omnibus ballivis portuum maris predictis duabus navibus per eos transeuntibus versus partes Norwegie nullum faciant vel fieri permittant dampnum, gravamen vel inpedimentum. Et duret usque ad natale Domini anno xvij. (*sic*). Teste ut supra.†

De aula regis apud Wintoniam.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat magistro Elye de Derham vj. fusta in bosco de Axiholt' ad magnam verinam aule castri Wintonie faciendam. Teste rege apud Westmonasterium, j. die Augusti. Per eundem P.

* The words 'eidem episcopo' are substituted for 'P. de Rivall'.'
† The word 'patentes' is written in the margin against this entry.

1233

[m. 7.] *Pro Roberto de Cantuaria.*—Mandatum est P. de Rivall' quod blada que seminata fuerunt in illa portione ville de Wiggeford', quam Robertus de Cantuaria clericus habebat de ballio regis antequam rex illam portionem ei commisisset, eidem Roberto faciat habere, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Dene faciat habere J. Bathoniensi episcopo xxx. quercus ad se hospitandum apud Welles, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Augusti.

Pro Willelmo de Braos'.—Rex vicecomiti Sussex' salutem. Scias quod concessimus et carta nostra confirmavimus Willelmo de Breus' pro nobis et heredibus nostris, quod idem Willelmus et heredes sui habeant inperpetuum unam feriam apud manerium suum de Horsham singulis annis duraturam per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Translationis Sancti Thome Martiris; ni feria illa sit ad nocumentum vicinarum feriarum. Et ideo tibi precipimus quod predictum feriam per totam ballivam tuam clamari facias et teneri, sicut predictum est. Teste me ipso apud Westmonasterium, iij. die Augusti, anno regni nostri xvij.

[m. 6.] *Pro Johanne Marescallo.*—Quia constat regi per inquisitionem factam per preceptum domini regis quod non erit ad nocumentum foreste de Wytlewd', si Johannes Marescallus assartari fecerit tres acras bosci in bosco suo de Northon'; mandatum est Petro de Rivall' quod ipsum Johannem permittat in predicto bosco suo de Northon' tres acras bosci assartare et excolere permittat (*sic*). Teste rege apud Windles', v. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Olivero de Wallibus duos damos in foresta de Odiham, de dono regis. Teste ut supra.

Pro comitissa Penbr'.—Henricus rex etc. vicecomiti Kancie salutem. Scias quod concessimus dilecte sorori nostre Alyenore comitisse Penbr' quod ipsa tota vita sua habeat singulis septimanis apud manerium suum de Seles unum mercatum per diem Mercurii, et quod habeat ibidem singulis annis unam feriam duraturam per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancte Edithe virginis; ni mercatum illud et feria illa sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Et ideo tibi precipimus quod predicta mercatum et feriam per totam ballivam tuam clamari et teneri facias, sicut predictum est. Teste me ipso apud Windesour', v. die Augusti, anno regni etc. xvij.

De vinis cariandis ad opus regis.—Mandatum est constabulario Glouc' quod de vinis regis que sunt in custodia sua in celario regis, liberari faciat Thome Buscel presentium latori v. dolia vini carianda usque Theok' et, si forte tot dolia prompta non habuerit in celario predicto, faciat eidem Thome habere v. dolia vini de xv. doliis que ad eum venient de Bristoll'. Teste rege apud Windles', vj. die Augusti. Per episcopum Wintoniensem.

1233
[m. 6]

Pro magistro Odone de Ceriton'.—Rex concessit magistro Odoni de Ceriton' quod ad presens cum eo non transfretet in Hiberniam. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod ipsum occasione predicta non vexet vel distringat. Teste ut supra.

Pro hominibus de Kaerdif et aliunde.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod, non obstante precepto regis nuper ei facto ne permitteret aliqua victualia venalia abduci a villa sua, permittant homines de Kaerdif, Kaermerdin et de Sweynes', ad eos venientes pro victualibus emendis, sine impedimento victualia ibidem emere et inde abducere, accepta ab ipsis securitate quod ipsa victualia alibi non ducent nec duci facient quam ad partes suas proprias. Teste ut supra.

Pro Nicholao Malemeins.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod, non obstante mandato regis quod habere faceret Jacobo de Buvelingham saisinam de rationabili parte sua, que eum contingit per Hillariam uxorem suam de hereditate que fuit Gileberti de Tiler' in balliva sua, habere faciat Nicholao Malemeins blada et catalla sua que habet in hereditate predicta. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Surr'.

Henricus rex etc. P. de Rivall' salutem. Mandamus vobis quod faciatis habere dilecto et fideli nostro Johanni Marscallo duos damos in foresta nostra de Wytlewude, de dono nostro. Teste me ipso apud Wyndesor', viij. die Augusti, anno regni nostri xvij. Per Radulfum filium Nicholai.[*]

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod faciat habere Willelmo de Say duo damos in foresta Essex', de dono regis. Teste ut supra. Per Macy de Bezeyl.

De quercu data.—Mandatum est P. de Rivall' quod faciat habere Henrico Gothmund, hospiti equorum domini regis, unam quercum in foresta de Windlesour', de dono regis ad marescaltiam suam que corruit reparandam. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Johanne de Ebroicis.—Mandatum est Mauricio filio Geroldi justiciario Hybernie, sicut alias mandatum fuit, quod de terra, quam Johannes de Ebroicis habuit de dono Thome filii Antonini in Galles, Bellibrannyn, Arda, Lisnaan, Gurbetha et in Culma, et de qua postea dominus rex fecit ipsum Johannem disseisiri, et quam subsequenter eidem Johanni concessit per cartam suam quam inde habet, plenam seisinam habere faciat secundum tenorem predicte carte regis; nisi forte subsit alia causa rationabilis, que ipsum regem latet, propter quam idem justiciarius distulerit hucusque aliud mandatum regis exequi prius inde sibi directum. Teste ut supra.

[*] This entry, which should refer to the marginal title following, is made to refer to the preceding title in the MS.

1233.
[m. 6.] *Pro Henrico de Trublevill'.*—Mandatum est vicecomiti Essex' quod habere faciat Henrico de Trublevill' seisinam de manerio de Fobbings', cum pertinentiis, quod Willelmus de Ferariis tenuit cum bladis et omnibus aliis in dicto manerio inventis. Teste ut supra. Per Robertum Passelewe.

Pro uxore que fuit Willelmi Briwer'.—Mandatum est vicecomiti Sudhampt' quod faciat habere Johanne, que fuit uxor Willelmi Briwerr', blada que seminari fecit in maneriis de Sunnburn', Essel' et de Langestok', que ei assignata fuerunt ad sustentationem suam donec certa dos ei assignata fuisset de terris que fuerunt predicti Willelmi quondam viri sui: nisi executores predicti (*sic*) testamenti predicti Willelmi eidem Johanne assignaverint alibi blada alia ad valentiam predictorum bladorum que seminari fecit in maneriis predictis. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro Ricardo de Scacgernun.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod liberationem duorum denariorum in die cum custodia domorum castri Windles', quam Matildis de Buveneia percipere consuevit pro custodia predictarum domorum, quam rex dedit Ricardo de Scakernun, eidem Ricardo habere faciant. Teste ut supra.

Pro quodam burgense Bristoll'.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod, non obstante mandato regis etc., permittat (*sic*) Willelmum de Wigornia ducere x. dolia vini usque Wigorniam de Bristoll'. Teste ut supra. Pro Waltero clerico justiciarii.

De feria de Standeford' ne ibi capiatur theloneum.—Quia constat regi per inquisitionem factam per preceptum regis, quod in feria de Standeford', que ibi tenetur singulis annis in festo Assumptionis beate Marie, nunquam consuevit capi theloneum vel consuetudo nisi a tempore quo Johannes de Gatesden' fuit vicecomes Surr', qui per voluntatem suam statuit ibi theoloneum capi; mandatum est vicecomiti Surr' quod nullam consuetudinem in feria illa capiat vel capi permittat, et puplice clamari faciat et prohiberi ne ibidem decetero occasione ferie illius theloneum capiatur. Teste rege apud Rading', viij. die Augusti.

Pro hominibus de Gerner'.—Mandatum est Philippo de Albiniaco quod, inquisito diligenter per sacramentum proborum et legalium hominum, quas consuetudines homines de Gerner' facere consueverunt temporibus Henrici regis, Ricardi regis et Johannis regis usque °ad tempus quo Normannia deperdita fuit tempore ipsius patris patris (*sic*) nostri,° illis consuetudinibus contentus sit nec ad alias faciendas eos distringat. Quod quidem si fecerit, animum ipsius Philippi vult rex inde onerari et suum inde quietum esse. Teste ut supra.

Pro capellano de Sampford'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod non vexet vel occasionet Hugonem capellanum de Samford' occasione lapidis, quem effodi fecit in publica strata in ingressu ejusdem ville de Samford' ad emendationem ipsius strate. Teste rege apud Wallingeford', x. die Augusti.

° The words 'ad . . . nostri' are substituted for 'ad guerram etc.'

1233.
[m. 6.]

De damis capiendis ad opus regis.—Mandatum est Briano de Insula quod capi faciat ad opus domini regis viginti damos in foresta de Gauteris. Teste rege apud Walingeford', xi. die Augusti. Per Petrum de Rivall'.

De conversis admittendis inter alios conversos.—Mandatum est Stephano de Stranda et Joscio filio Petri quod Willelmum de Linc' conversum admittant in congregationem ceterorum conversorum, qui sunt in custodia sua, et liberationem ei sicut uni alii converso habere faciant. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Eodem modo scribitur eisdem pro Christiana de Oxonia conversa.

Pro Willelmo de Sancto Johanne.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Willelmo de Sancto Johanne unum cervum et tres damos in foresta de Arundel, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xij. die Augusti.

De turri Linc'.—Mandatum est eidem P. quod habere faciat vicecomiti Linc' xl. quercus in bosco de Axiholm, qui est in custodia regis, ad operationem eusdam (*sic*) turris quam fieri facit per preceptum regis in castro Linc'. Teste ut supra. Per ipsum regem coram Wintoniensi.

De operatione castri Linc'.—Mandatum est majori Linc' quod duos probos homines de villa Linc', de quibus confidit, eligat et assignet ad operationem castri Linc' custodiendam. Teste ut supra. Per episcopum Wintoniensem.

De damo dato.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat W. scissori regis unum damum in parco de Audinton', de dono regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat W. de Kirkeham, decano Sancti Martini Lond', xxx. quercus de dono regis in foresta de Shirewod', ad maeremium faciendum ad operationem cancelli sui de Elm. Teste rege apud Wudestok', xij. die Augusti. Per Wintoniensem episcopum.

Pro abbate Belli Loci Regis.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod loquelam, que est in comitatu suo inter abbatem Belli Loci Regis, quem rex mittit in nuntium suum in partes transmarinas, et homines suos et Radulfum de Wulvel' et Walterum de Lamborn', de dampnis que ipsi Radulfus et Walterus dicunt sibi illata fuisse per ipsum abbatem et homines suos, et loquelam, que est in eodem comitatu inter ipsum abbatem et Jordanum de Inglesham de verberatione, ponat in respectum quousque idem abbas redierit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Berk' de loquela inter Henricum Dwelie et Editham matrem ejus et ipsum abbatem, de averiis captis: et inter Johannem juniorem et ipsum abbatem de catallis injuste detentis.

1233.
[m. 6.]

Mandatum est eidem vicecomiti quod loquelam que est in comitatu suo inter Adam de Marisco et Radulfum Gunel, prepositum predicti abbatis, de incarceratione ipsius Ade, ponat in respectum etc.

Pro burgensibus Bristoll'.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod permittat (*sic*) Rogerum Ailard' et alios burgenses Bristoll' vina sua ducere usque Glouc' ibidem vendenda, non obstante mandato regis eis alias directo ne aliqua victualia, cujusmodi generis essent, exirent de villa sua alicubi deferenda. Teste rege apud Ottinton', xij. die Augusti.

Pro Rogero de Sumery.—Mandatur Waltero de Bello Campo quod, ex quo Rogerus de Sumery liberaverit ei in obsidem filium et heredem Simonis de Frankel' vel filium et heredem alterius militis sui qui de eo teneat, de quo constet quod filius ejus sit, omnes terras ipsius Rogeri, quas per preceptum regis in manum regis cepit, ei reddat cum bladis et omnibus aliis in ipsis terris inventis. Teste ut supra.

Pro Waltero de Bello Campo.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod vina Walteri de Bello Campo, arestata apud Bristoll' occasione precepti regis ne permitterent aliqua victualia duci extra villam suam, deliberari faciant, accepta securitate quod vina illa sua propria sint et ad usus suos proprios empta fuerint. Teste ut supra. Per Wintoniensem.

De executione testamenti Alienore quondam comitisse Sarr'.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod blada, que fuerunt Alienore quondam comitisse Sarr' in terris suis de hereditate sua propria in balliva sua, et alia catalla ipsius Alienore, que capta fuerunt in manum regis occasione mortis ipsius comitisse, faciat habere priori de Bradenestok' et ceteris executoribus testamenti ejusdem comitisse ad executionem ejusdem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

Pro Eboracensi archiepiscopo de pisce.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat servienti W. Eboracensis archiepiscopi de Ottinton' iiij. lucios et tres bremias in vivario de Shipton' ponendos in vivario ejusdem archiepiscopi de Ottinton', in recompensationem piscis quem rex capi fecit in eodem vivario de Ottinton'. Teste ut supra. Per justiciarium.

De navibus deliberandis.—Mandatum est vicecomiti Norf', Hereberto de Alencun et Fulconi Baignard' quod, si frater Ernisius celerarius abbatie de Lusa in Norwegia et frater Nicholaus canonicus de Tesceberia in Norwegia possint probare quod due naves de Norwegia, arestate apud Lenn' occasione precepti regis de navibus arestandis, sue proprie naves sint, tunc eas eis faciant deliberari, non obstante etc. Teste ut supra. Per episcopum Wintoniensem et justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomiti illi et aliis de nave quadam regis de Norwegia arestata apud Lenn', accepta securitate a magistro illius navis quod navis illa ipsius regis est dominica. Teste rege apud Winchecumb', xiiij. die Augusti.

1233.
[m. 6.]

Eodem modo scribitur vicecomiti Norf' de duabus navibus de terra ducis de Bruneswic' deliberandis,* quas Gerardus et Heppe ducunt, si constare possit quod sue sint et de terra illa.

Mandatum est eidem vicecomiti Norf' quod, non obstante etc. de navibus arestandis, duas naves de Anvers de terra ducis Brabancie, quas fecit arestari, quo voluerint abire permittat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Fecham faciat habere fratri Galfrido elemosinario regis tres quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Theok', xiiij. die Augusti.

Mandatum est eidem P. quod in foresta de Dena faciat habere abbati de Winchecumbe xx. quercus ad operationem capituli sui, de dono regis, ubi eas commodius habere possint prope aquam Sabrine. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Rex commisit Hugoni de Gurnay terram Thome Gredle in Tunstede cum omnibus bladis hujus autumpni anno etc. xvij. et cum aliis catallis in ea inventis, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti †

Pro uxore Willelmi de Ardern'.—Vicecomiti Warewic' salutem. Monstravit nobis Avicia uxor Willelmi de Ardern' quod, cum idem W. profectus fuerit in terram Jerosolimitanam et nondum a peregrinatione sua redierit nec constiterit ei de morte ejus, ut ipsa dicit, Eustachia, que fuit uxor Thome de Ardern', asserens ipsum mortuum esse, ipsam Aviciam de tota terra, quam idem Willelmus vir suus ei dimisit in recessu versus Terram Sanctam ad se sustentandam quousque rediret, fecit dissaisiri, et filium et heredem suum ei subtraxit. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, tunc ipsam Aviciam de predicta terra sine dilatione resaisiri et filium suum predictum ei restitui facias, quousque idem Willelmus a peregrinatione sua redierit vel de ejus morte plenius tibi constiterit. Teste rege apud Theok', xv. die Augusti, anno xvij. Per S. de Segrave, justiciarium Anglie.

Pro Willelmo de Rumilly.—Quia rex didicit per inquisitionem etc. quod H. de Burgo, tempore quo fuit justiciarius Anglie, injuste et sine judicio disseisivit Willelmum de Rumylly de ij. acris terre et dimidia cum pertinentiis in Walsingham: mandatum est P. de Rivall' quod de predicta terra cum pertinentiis eidem Willelmo plenam saisinam habere habere (*sic*) faciat. Teste rege ut supra.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Whichenud' faciat habere Eve de Gray tres damos, de dono regis. Teste rege apud Theok', xvij. die Augusti. Per ipsum Petrum.

* Here follow the words 'accepta securitate quod de terra ejus sint,' which have been cancelled.

† Cancelled 'quia in rotulo finium.'

1233.

[m. 6.] *De terra Henrici de Brayboef.*—Mandatum est vicecomiti Suht' quod plenam saisinam habere faciat P. Wintoniensi episcopo de terra Henrici de Brayboef in balliva sua cum bladis ejusdem terre de hoc autumpno anno xvij., in tenantiam debiti quod idem Henricus eidem episcopo debet. Teste ut supra.

Pro abbate de Theok'.—Mandatum est constabulario Bristoll' quod permittat abbatem de Theok' pacifice tenere forgiam que fuit magistri Henrici le Mar' in Bristoll', quam habet per manum regis, donec rex aliud inde preceperit. Ipsum etiam abbatem super molendinis suis ejusdem ville in nullo vexet vel inquietet, permittens eum eadem molendina tenere cum libertatibus et quietantiis quas hactenus habere consuevit in eisdem molendinis. Teste ut supra.

Pro comitissa Sarr'.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod, non obstante etc., permittant Elam comitissam Sarr' emere ad denarios suos v. dolia vini ibidem, et ea inde abduci usque ad castrum Sarr'. Teste rege apud Theok', xvij. die Augusti.

Pro abbate de Malmesbir'.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod, non obstante etc., permittat (*sic*) abbatem de Malmesbir' emere apud Bristoll' iiij. dolia vini et ea inde abducere, accepta securitate quod ad usus suos proprios empta fuerint. Teste rege apud Wigorniam, xvij. die Augusti. Per episcopum Wintoniensem.

Pro Henrico de Trublevill'.—Rex commissit Henrico de Trublevill' manerium de Cuninges, quod fuit Alienore comitisse Sarr', cum bladis ejusdem manerii de hoc autumpno anno etc. xvij., ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod de predicto manerio cum bladis predictis eidem Henrico plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Ledebir', xviij. die Augusti.

De vinis abducendis de Bristoll'.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod, non obstante mandato regis etc. de victualibus etc., permittant W. filium Warini et homines Heref' x. dolia vini, que apud Bristoll' emi fecerunt, inde abducere, accepta securitate quod ad usus suos et contra adventum regis usque Heref' ea emi fecerint.

[m. 5.] *De manerio et soca de Hornecastro.*—Rex manerium et socam de Hornecastro cum pertinentiis et bladis et fenis in eis existentibus commisit Gileberto de Sedgrave ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod, retentis in manu sua libertatibus quas W. Carleolensis episcopus habuit in eodem manerio et soca, eidem Gileberto de predicto manerio cum soca et pertinentiis plenam saisinam habere faciat, sicut predictum. Teste rege apud Heref', xix. die Augusti. Per P. de Rivall'.

De cervo dato.—Mandatum est Michaeli de Columbariis quod habere faciat Isabelle sorori regis unum cervum in foresta de Celtr', de dono regis. Teste rege apud Heref', xx. die Augusti. Per P. de Rivall'.

1233.
[m. 5.]

De prisonibus deliberandis.—Laurencius de Sancto Michaele de comitatu Surr', Walterus de Ticheburn' de comitatu Suht' et Willelmus de Sifrewast de comitatu Berk' replegiaverunt Simonem de Fisseburn' et Rannulfum de Whatevill', qui capti sunt et detenti in prisona regis eo quod itineraverunt armati contra pacem regis, et manuceperunt pro ipsis quod stabunt inde recto si quis versus eos inde loqui voluerit. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod ipsos a prisona deliberet et equos et harnesium suum eis reddi faciat. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro Rades de Duffeld'.—Rex commisit, quamdiu ei placuerit, Rades de Duffeld' et Emme uxori ejus capellam de Saburgham, sicut eam habuerunt tempore Johannis regis etc. usque ad guerram motam etc. ut in ea divina faciat celebrari, sicut tempore illo in ea divina consueverunt celebrari. Et mandatum est de Muleton' quod de predicta capella ipsis Radulfo et Emme plenam saisinam habere faciat cum landis et pasturis ad ipsam capellam pertinentibus, sicut predictum est, salvis priori Carleol' bladis et catallis suis que ibidem habet. Teste ut supra. Per justiciarium.

De herede Huberti de Monte Canasio.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod filium et heredem Huberti de Monte Canasio, qui fuit in custodia Ricardi de Sancto Johanne capellani, arestari faciat ubicumque fuerit in balliva sua et eum ad regem mittat; et regi scire faciat ratione cujus tenementi aut servicii vel qua alia ratione custodia ipsius ad regem pertineat. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro Griffino filio Wenunwini et hominibus suis.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod averia hominum Griffini filii Wenunwini, que fecit arestari apud Corfham, eis reddi faciat, quia idem Griffinus manucepit pro predictis hominibus coram rege quod habebit eos, quando rex preceperit, ad standum recto si quis versus eos loqui voluerit. Teste ut supra.

Pro Henrico Mauveisin.—Henricus Mauveisin venit ad fidem et servicium regis. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod eidem Henrico de tota terra sua in Kokerinton' cum bladis et catallis in ea inventis talem inde saisinam habere faciat, qualem inde habuit die quo rex eum disseisiri precepit. Teste rege apud Heref', xxij. die Augusti. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomiti Staff' pro eodem de terra sua in Ridewar'.

Pro Willelmo de Cantilup'.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod res et catalla Rogeri de Say, qui nuper interfectus fuit in balliva sua, que asportata sunt de terra sua quam habuit in Ruton', revenire faciat super feodum ejusdem terre, quicumque ea amoverit, et in cujuscumque manu inventa fuerint, ita quod nichil inde amoveatur donec rex aliud inde preceperit, salvis (*sic*) dominis feodi jure suo quod ad illos pertinet. Teste rege apud Heref', xxij. die Augusti. Per justiciarium.

1233.

[m. 5.] *De damis datis.*—Mandatum est Petro de Rivall' quod habere faciat episcopo Johanni iij. damos in Nova Foresta, de dono regis. Teste rege apud Heref', xxij. die Augusti. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Roberto Pincerna.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod sine dilatione plenam saisinam habere faciat Roberto pincerne de terra sua et de catallis suis, que capta fuerunt in manum regis occasione appelli quo appellatus est de morte hominis, et unde, postquam per inquisitionem factam per preceptum regis accepit rex quod idem Robertus appellatus est odio et athia et non eo quod inde culpabilis sit, precepit rex ipsum Robertum tradi in ballium usque ad adventum justiciariorum in partes illas. Teste ut supra.

De nave deliberanda.—Mandatum est ballivis portus Suht' quod navem de terra ducis Lotharingie, quam Radewar' et Alanus burgenses de Antworp' ducunt, cum rebus et mercandisis suis in ea contentis, sine inpedimento abire permittant, non obstante mandato etc. de navibus arestandis. Teste rege apud Heref', xxiij. die Augusti. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Katerina de Lascy.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod, non obstante mandato regis de terris Walteri de Clifford' capiendis in manum regis, permittat Katerinam de Lascy in pace tenere terram quam habet de dono ipsius W. in Burlegh'. Teste ut supra.

De prisonibus deliberandis.—Rex vicecomiti Glouc' salutem. Scias quod Willelmus de Bromtan', Robertus filius Roberti Fabri, David de Monasterio, Hugo de Monasterio, Robertus filius Presbiteri, David Sherp, Kenewrec filius Tangerstel, Henricus filius Thome, Lucas de Petrestan', Henricus Bussard, Righeric' de Kylpec et Craddoc de Kylpec, capti et detenti in prisona nostra apud Glouc' eo quod inventi fuerunt in partibus de Kampeden' arma secum ferentes contra pacem nostram, invenerunt nobis plegios subscriptos de comitatu Hereford', videlicet, Philippum Ruffum, Robertum Fabrum, Adam filium Walteri, Seisilum de Kylpec, Willelmum Russel, Walterum de Fonte, ad standum recto si quis versus eos loqui voluerit; qui quidem plegii omnes predictos et singulos plegiaverunt ad standum recto, sicut predictum est. Et ideo tibi precipimus quod predictos Willelmum et alios predictos sine dilatione a prisona deliberes cum omnibus armis, rebus, catallis et equis suis simul cum ipsis arestatis. Teste rege apud Heref', xxiij. die Augusti. Per S. de Sedgrave, justiciarium Anglie.

Pro Willelmo Ruffo.—Rex commisit Willelmo Ruffo terram que fuit Elye de Martiny in Eton', ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod de predicta terra cum bladis et catallis in eadem terra inventis, que ad regem pertinent, eidem Willelmo plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Heref', xxiij. die Augusti.

1233.
[m. 5.]

Pro abbate de Gerewedon'.—Mandatum est P. de Rivall' quod, eo non obstante quod capi fecit in manum regis terram que fuit Elye de Martiny per mortem ipsius Elye,* permittat abbatem de Gerewedon' et Randulfum de Jorz' in pace tenere terras, si quas habent de dono predicti Elye et de quibus saisinam habuerunt in vita ipsius Elye. Teste rege apud Heref', ut supra.

Pro Fulcone filio Warini.—Fulco filius Warini fecit regem securum quod duo dolia vini, arestata apud Salopiam occasione precepti regis ne permitterent victualia aliqua duci extra villam Salopie, empta sunt ad usus proprios ipsius Fulconis. Et mandatum est ballivis Salopie quod, eo non obstante, permittant homines ipsius Fulconis vina illa abducere ad opus suum quo voluerint. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Langetot.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod, non obstante precepto regis de saisina facienda Willelmo Lungesp' de terra quadam juxta Sarr' quam rex credebat esse Walteri de Clifford', de eadem terra saisinam habere faciat Radulfo de Langetot, cui predictus Walterus prius dimisit eam in escambium pro quadam alia in partibus Wallie, una cum omnibus bladis et catallis et instauris que in eadem terra inventa fuerunt die quo predictus Willelmus inde habuit per preceptum regis. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro comite Cornubie de terra Warini Basset.—Warinus Basset reddidit regi homagium suum. Et, quia rex non vult quod aliquis, qui non fuerit ad fidem suam, terram teneat de aliquo in regno suo, mandatum est vicecomiti Cornubie quod totam terram, quam idem Warinus tenuit in balliva sua, capiat in manum regis et eam liberet R. comiti Cornubie fratri regis, de quo eam tenet, tenendam decetero in dominico. Teste ut supra. Per justiciarium.

De permittendis victualibus duci versus Hereford'.—Mandatum est ballivis Bristoll' quod, occasione mandati regis eis directi ne victualia aliqua de villa sua duci permitterent de villa sua, decetero non inpediant quin vina et alia victualia ibidem emi possint et inde cariari ad partes Heref' sine inpedimento. Teste rege apud Heref', xxiiij. die Augusti. Per episcopum Wintoniensem.

Pro comite Cornubie de custodia terre comitis de Insula.—Rex commisit R. comiti Cornubie fratri suo, custodiam omnium terrarum que fuerunt B. quondam comitis de Insula usque ad etatem heredis predicti comitis. Et mandatum est vicecomiti Suhampt' quod de omnibus terris, que fuerunt predicti comitis in balliva tua (*sic*) et sunt in manu regis, eidem comiti et Waltero de Arenevill' ad opus suum in insula de Wicht plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Heref', xxv. die Augusti. Per justiciarium.

Et mandatum est vicecomiti Surr' quod de terra, que fuit predicti comitis de Insula et unde saisitus fuit die quo obiit, eidem comiti saisinam habere faciat.

* The words 'per . . . Elye' are substituted for 'tanquam escaetam regis.'

1233.
[m. 5.] Et mandatum est militibus, liberis hominibus et omnibus tenentibus de filio et herede predicti comitis de Insula, quod eidem comiti Cornubie in omnibus, etc. sint intendentes et respondentes. Teste ut supra.

De reseisina pro Galfrido Martel.—Quia Galfridus Martel fecit regem securum de fideli servicio ei faciendo per Fulconem filium Warini, W. de Cantil' seniorem et Ricardum Pauncevot, mandatum est vicecomiti Berk' quod de terra ipsius G. in balliva sua cum omnibus bladis et catallis suis talem saisinam habere faciat, qualem inde habuit die quo rex eum inde disseisiri precepit. Et si quid inde amotum fuerit, ei reddi faciat. Teste rege apud Heref', xxvj. die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomiti vicecomiti (*sic*) Glouc' pro eodem.

De domo de Inteberg' custodienda.—Mandatum est Waltero de Bello Campo quod domum R. comitis Marescalli de Inteberg', que ei reddita est, committat B. de Insula custodiendam una cum foresta ejusdem comitatus, quamdiu regi placuerit. Teste ut supra.

De reisina (*sic*) *pro Baldewino de Bethun'.*—Quia Baldewinus de Bethun' invenit regi plegios de fideli servicio regi faciendo per Willelmum de Stutevill', Nicholaum de Lettres, Henricum de Trublevill' et Robertum Passel', et protestatus est coram rege quod non fuit cum equis et armis apud Wycumbe cum comite Marescallo; mandatum est vicecomiti Bedef' quod de terra sua in balliva sua eidem Baldewino plenam saisinam habere faciat cum bladis et catallis suis in eadem terra inventis. Teste rege apud Heref', xxv. die Augusti. Per justiciarium.

Pro comitissa de Penbr'.—Mandatum est P. de Rivall' quod, si A. comitissa Penbr' non habuerit x. damos in foresta de Rokingh', sicut mandatum fuit ei alias, eas ei habere faciat, de dono regis. Teste ut supra.

De filio et herede Andree de Bera.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod capiat in manum regis filium et heredem Andree de Bera, cujus custodia pertinet ad R. comitem Marescallum, ubicumque inventus fuerit in ballia sua, et salvo custodiat eum donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De termino nundinarum Sancti Egidii Wintonie.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod in feria Sancti Egidii Wintonie et in ipsa villa Wintonie clamari faciat et firmiter prohiberi, quod nullus mercator lane, pannorum et coriorum mercandisam aliquam faciat de lana et coriis et pannis in predicta villa Wintonie post terminum illud statutum ultra quem feria Sancti Egidii durare non solet, set in feria illa, si voluerint, lanam, pannos et coria sua vendant et emant, sicut ante terminum predictum. Sin autem, mercatores predicti cum lana, pannis et coriis suis alibi divertant quo voluerint, quia rex non vult ad presens quod in villa Wintonie, sicut prius

1233.
[m. 5.] fieri consuevit, inde teneant mercandisam post terminum nundinarum sicut predictum est. Teste rege apud Heref', xxvij. die Augusti. Per justiciarium.

Et mandatum est ballivis Wintonie quod non permittant quod aliquis mercator lane etc. ut supra.

Hibernia. Pro Waltero de Lascy.—Mandatum est justiciario Hibernie quod omnes loquelas, motas versus Walterum de Lascy in Hibernia, ponat in respectum usque ad festum Sancti Hillarii anno xviij., exceptis placitis de dote unde nichil habet et assisis nove disseisine et ultime presentationis. Teste ut supra. Per justiciarium.

De navi deliberanda.—Mandatum est ballivis portus de Sandwic' quod, non obstante etc, permittant navem Sancte Marie de Baionia, quam Johannes de Laguna ducit et quam arestaverunt in portu suo, abire quo voluerit. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Engelardo de Cygoigny iiij. damos in foresta de Axiholt', de dono regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

De aula castri Wintonie.—Mandatum est Johanni de Venuz quod habere faciat magistro Elye de Derham maeremium in balliva sua, quantum fuerit necesse, ad operationem aule castri Wintonie perficiendam, ita quod defectu sui non inpediatur. Teste ut supra. Per episcopum Wintoniensem.

De roboribus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in bosco de Pauncet faciat habere Willelmo Lungesp' vj. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Joldewino de Doe.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod instaurum et alia catalla que Henricus de Brayboef habuit in terra sua in comitatu Suhampt', si forte de partibus illis amota fuerunt et in ballivam sua delata vel fugata ut eidem Henrico salventur, faciat habere Joldewino de Doe, cui rex terram illam commisit custodiendam quamdiu regi placuerit. Teste rege apud Heref', xxviij. die Augusti. Per P. de Rivall'.

Et mandatum est vicecomiti Suht' quod catalla predicta eidem Joldewino habere faciat ubicumque inventa fuerint. Et, si ballivus ipsius Henrici resistat quominus habere possit idem Joldewinus dicte terre saisinam vel liberam administrationem predictorum catallorum, ipsum ballivum capi et in prisona detineri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De extensione terre Ade de Tindale.—Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod per sacramentum legalium hominum de comitatu suo faciat extendi terram que fuit Ade de Tindal' in balliva sua et, facta extensione, faciat habere W. Eboracensi archiepiscopo, qui habet custodiam Walteri filii Willelmi de Tunstall' unius heredum predicti Ade, rationabilem portionem ejusdem terre que predictum Walterum hereditarie contingit, salva Nicholao de Bolteb' et Philippe uxori ejus esnecia ipsius Philippe. Teste ut supra.

1233.
[m. 5.]

De electione de Derlegh'.—Rex electioni facte de fratre Radulfo suppriore de Derleg' in abbatem de Derleg' regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est P. de Rivall' quod eidem electo de predicta abbatia cum pertinentiis, que capta fuit in manum regis occasione vacationis ejusdem, plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Heref', xxviij. die Augusti. Per eundem P.

De securitate et seisina Thome Gresle.—Quia Thomas Gresle fecit regem securum de fideli servicio per comitem Linc' et constabularium Cestrie; mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod de terris suis in balliva sua eidem Thome plenam saisinam habere faciat, cum omnibus catallis et bladis in eis inventis die susceptionis presentium literarum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Lanc', Oxonie, Rotel', Linc'.

Et memorandum quod dictus comes Linc' manucepit quod dictus Thomas veniet ad fidem regis et faciet eum securum de fideli servicio per cartam; et, si non venerit, idem comes reddet regi saisinam dictarum terrarum in eodem statu quo idem Thomas eas nunc recipit.

De denariis quadragesime.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod ex quo receperit denarios per manum constabularii Bristoll' de quadragesima regis comitatuum Devonie, Cornubie, Dors', eos sine dilatione cariari faciat usque Heref' liberandos ibidem constabulario regis.

Et mandatum est eidem constabulario quod eosdem denarios recipiat et custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Mandatum est H. Herefordensi episcopo quod omnes denarios quadragesime regis, qui per ballivos ipsius episcopi collecti sunt, liberari faciat Nicholao le Seculer et sociis suis collectoribus quadragesime in comitatu Heref', ad opus regis. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur priori de Leministr' de quadragesima sua liberanda eidem Nicholao et sociis suis.

Et mandatum est eidem Nicholao quod denarios illos liberet constabulario Heref', cui rex precepit per literas suas quod eos recipiat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Suht' quod omnes denarios quadragesime regis, quos recepit de comitatu Suhamtes', sub salvo conductu usque Glouc' cariari faciat liberando ibidem constabulario castri Glouc', cui rex precepit quod eos recipiat.[a]

Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod denarios illos sub salvo conductu cariari faciat usque Heref' liberando ibidem constabulario Heref', cui rex precepit quod eos recipiat etc.

Pro episcopo Carleolensi.—Mandatum est constabulario Dovr' quod permittat episcopum Carleolensem sine impedimento cum hominibus, equis et harnesio suo ad partes suas redire, ita quod nullatenus transfretet, et, si homines ipsius episcopi qui sunt in Flandria venerint ad portum Dovr' cum equis et harnesio suo, eos ad dominum suum libere et sine impedimento ire permittat. Teste ut supra.

[a] Cancelled 'quia in rotulo de liberationibus computatis.'

1233.
[m. 5.]

Pro abbate Glouc' de decima venationis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat abbati Glouc' decimam venerationis (*sic*) quam venatores regis ceperunt in foresta de Dena, et quam capient dum fuerint hac saisona anno etc. xvij. Teste ut supra. Per ipsum regem coram Wintoniensi et justiciario.

De lx. marcis de fine abbatis Sancti Augustini Cantuarie.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod lx. marcas, quas frater Ricardus monachus Sancti Augustini Cantuarie ei liberabit, de fine quem fecit cum rege pro abbate suo pro fine passagii in Hiberniam, recipiat et cariari faciat usque Heref' et liberet constabulario Heref', cui rex precepit quod eas recipiat etc.

De quarellis qui fuerunt W. Briwerr' liberandis constabulario de Brug'.—Mandatum est magistro hospitalis de Brug' Walteri quod quarellos, qui sunt in hospitali suo et qui fuerunt W. Briwer', ut dicitur, per probos et legales homines faciat appretiari, faciat et liberari constabulario castri de Brug' ad munitionem ejusdem castri: et rex dictum pretium, si ad executores testamenti ejusdem Willelmi pertineat, reddi faciet. Teste rege apud Hayam, xxxj. die Augusti. Per Petrum de Rivall'.

Eodem modo scribitur executoribus testamenti predicti W. Briwer'.

Pro Rogero de Quency.—Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod non distringat Rogerum de Quency pro debito quod Isaac de Norwic' ab eo exigit, quamdiu idem Rogerus fuerit in servicio regis cum eo per preceptum suum. Teste ut supra. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Cantebrigie et Hunt', et Oxonie.

De pontibus et cleiis non faciendis ulterius.—Mandatum est vicecomiti Dors' et Sumers' quod occasione precepti regis, quod ei fecit de cleis et pontibus faciendis in balliva Ricardi de Wrotham et in bosco de Ceddr' contra transfretationem regis in Hiberniam, nullos pontes vel cleias ulterius fieri faciat, quia rex propositum suum illud transfretandi ad presens revocavit. Teste rege apud Hayam, primo die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Devonie de cleiis in boscis militum et libere tenentium in partibus de Aufredecumbe ulterius non faciendis.

Pro comitissa Penbr' de terris Radulfi Bloet et Ricardi Sulard', que sunt de feodo suo.—Rex commisit A. comitisse Penbr' terram que fuit Radulfi Bloet in Dagelingeworth', que est de feodo ipsius comitisse quod tenet nomine dotis, custodiendam quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod eidem comitisse plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est, cum bladis et catallis in ea inventis. Teste rege apud Hayam, j. die Septembris. Per P. de Rivall'.

1233.

[m. 5.] Eodem modo scribitur vicecomiti Wilt' pro eadem comitissa de terra Ricardi Suard in Wardhull', non obstante quod rex eam prius commisit Michaeli filio Radulfi filio Nicholai.

Eodem modo scribitur vicecomiti Suht' de terra Radulfi Bloet in Cilcestr,' non obstante saisina, quam inde habet Maci Bezill'; hoc etiam apposito quod homines ipsius comitisse quos cepit deliberari faciat.

[m. 4.] *Pro abbate de Burgo de decima venationis.*—Mandatum est P. de Rivall' quod de venatione, quam venatores regis ceperunt et capiunt ad presens ad opus regis in foresta comitatus Norht', et quam alii venatores regis pro tempore capturi sunt ad opus regis in foresta ejusdem comitatus, et similiter de venatione, quam decetero contigerit regem dare in eadem foresta, cuicumque eam dederit, abbati Sancti Petri de Burgo decimam habere faciat quam habere debet per cartas predecessorum regis regum Anglie. Teste rege apud Haiam, j. die Septembris.

De gente existente in castro de Ewyas.—Mandatum est Waltero de Lascy et ceteris magnatibus regis existentibus apud Ewyas quod, quia significatur regi quod constabularium de Ewyas et alios qui sunt domine ejusdem castri, qui optulerunt quod venirent ad servicium regis, recipere noluerunt absque mandato regis, quod tam ipsos quam alios servientes domine existentes in eodem castro, qui ad servicium regis venire voluerint, admittant in forma quam melius viderint expedire regi. Teste ut supra.

Pro Inges balistario.—Dominus rex commisit Inges balistario suo terram de Abberlewin, quam Hugo de Kinardesl', miles Walteri de Clifford', tenuit, ad se sustentandum in servicio domini regis quamdiu domino regi placuerit. Et mandatum est constabulario de Haya quod de predicta terra eidem Inges plenam saisinam habere faciat.

Pro Willelmo de Huntercumbe.—Rex ad instantiam R. comitis Cornubie reddidit Willelmo de Huntercumbe terram suam propriam, que capta fuit in manum regis per preceptum suum eo quod dicebatur ipsum fuisse apud Wicumbe cum comite Marescallo contra regem cum equis et armis. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod, non obstante precepto regis de facienda inde saisina Engelardo de Cygony, eidem Willelmo plenam saisinam habere faciat de predicta terra, sicut predictum est. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Petro de Rivall' quod in foresta de Menedep' faciat habere Johanne matri Herberti filii Mathei duos cervos, de dono regis. Teste rege apud Hayam, iij. die Septembris. Per Radulfum filium Nicholai.

De recessione pro Alano Basset de Ippeden'.—Quia Alanus Basset de Ippeden' fecit regem securum per cartam suam de fideli servicio; mandatum est vicecomiti Oxonie quod de terra sua in comitatu suo

1233.
[m. 4.] plenam saisinam habere faciat cum bladis et catallis in ea inventis die susceptionis presentium literarum. Teste rege apud Ewyas, iij. die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Devonie pro eodem.

De resesinis.—Eodem modo scribitur vicecomiti Oxonie pro Johanne de Chereburg'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cantebrigie pro Galfrido de Bancis, qui plegios invenit regi de fideli servicio, videlicet, Johannem filium Philippi, Rogerum la Suche, Johannem le Estrange et Fulconem filium Warini.

Vicecomiti Staff' et Henrico de Trublevill'* pro Rogero le Poher, qui plegios invenit, scilicet, Fulconem filium Warini, Ricardum de Hampton' et Willelmum de Sancto Georgio de fideli servicio.

Quia Henricus Pyrun fecit regem securum de fideli servicio per Bartholomeum de Rakinton' et Richardum de Oxehaye, mandatum est vicecomiti Surr' quod eidem Henrico de terris suis in balliva sua plenam saisinam habere faciat, cum catallis in eis inventis die Martis proxima ante Nativitatem Beate Marie, anno etc. xvij. Teste rege apud Bergeveny, vij. die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Surr' pro Nicholao de Samford', qui fecit regem securum de fideli servicio per Willelmum de Bethesour' et Nicholaum de Lettres.

Vicecomiti Glouc' pro Thoma Gulafre, qui fecit regem securum per Bartholomeum de Rakinton' et Henricum Pirun.

Rex reddidit Petro Malherbe terram suam que capta fuit in manum regis, eo quod fuit cum comite Marescallo contra regem cum equis et armis. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod eidem Petro de predicta terra plenam saisinam habere faciat.

Pro comite Rogero le Bigod et aliis de resesina.—Quia rex reddidit R. le Bigod comiti Norf' terras suas, que capte fuerunt in manum regis eo quod dicebatur ipsum fuisse apud Wycumbe contra regem cum comite R. Marescallo cum equis et armis; liberavit idem comes castrum suum de Framelingham domino regi, qui illud liberavit Olivero de Vallibus custodiendum quamdiu domino regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod, ex quo idem Oliverus receperit predictum castrum, de predictis terris suis eidem comiti plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Bergeveny, viij. die Septembris. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur scribitur (*sic*) vicecomiti Eboraci de saisina facienda eidem comiti de terra sua in comitatu suo, quam rex ei reddidit, non facta mentione de castro. Teste ut supra.

Quia Willelmus de Lawern' fecit regem securum de fideli servicio per Johannem le Poher et Wydonem Pipard', mandatum est vicecomiti Wygornie quod de terris suis in balliva sua plenam ei seisinam

* The words 'Henrico de Trublevill' are substituted for 'Heref'.'

1233.
[m. 4.] habere faciat, cum bladis et catallis que in eis fuerunt die Martis proxima ante Nativitatem Beate Marie, anno xvij. Teste rege apud Bergeveny, viij. die Septembris. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Dors', Wilt,' Suht,' pro Radulfo Bloet de Langestan', qui fecit regem securum de fideli servicio per comitem Heref' et Rogerum filium Pagani.

Quia R. Marescallus comes Penbr' fecit regem securum de fideli servicio, mandatum est vicecomiti Sussex' quod eidem comiti de terra sua in balliva sua, que capta fuit in manum regis per preceptum suum, sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Berk', Oxonie et Buk' et Glouc'.

Quia Willelmus de Rughedon' fecit regem securum per plegiagium R. comitis Marescalli de fideli servicio, mandatum est vicecomitibus Wilt' et Dors' quod de terra ipsius Willelmi in balliva sua ei sine dilatione plenam saisinam habere faciant, cum bladis et catallis que in ipsa terra fuerunt die Martis proxima ante Nativitatem Beate Marie, anno xvij. Teste ut supra. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomiti :

Wigornie pro Hamone le Gras.

Heref' pro Willelmo de Christi ecclesia de quadam terra quam tenuit ad firmam.

Sumers' pro Davide Basset'.

Suht' pro Henrico de Brayboef' etc., hoc mutato 'de catallis et bladis, die Nativitatis Beate Marie.'

Buk', Wilt', pro Thoma le Blund' etc. die Nativitatis Beate Marie.

Vicecomiti Sussex' pro Boges de Cnovill' et vicecomiti Buk' et Cantebrigie pro eodem simili modo.

De manerio de Caveresham.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod manerium de Caveresham, quod comes Marescallus senior ante mortem suam assignavit abbati Sancti Augustini Bristoll' et aliis executoribus testamenti sui ad quandam summam pecunie, in qua tenebatur, acquietandum, eidem abbati et coexecutoribus suis liberet cum omnibus bladis et catallis in eodem manerio inventis die quo preceptum regis recepit de manerio illo capiendo in manum regis. Teste rege apud Heref', x. die Septembris. Per justiciarium.

Pro Briano de Insula.—Rex concessit Briano de Insula quod singulis septimanis per diem Mercurii habeat unum mercatum apud manerium suum de Saleby, et singulis annis unam feriam per duos dies duraturam, videlicet, in vigilia et in die Sancte Margarete, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod mercatum illud et feriam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra. Per justiciarium.

De tradendo in ballium.—Thomas Oye, Adam filius Rogeri et Petrus de Marefeld' capti et detenti in prisona regis apud Glouc' pro morte Willelmi de Boxlinton', qui rettati sunt de morte illa odio et

1233.
[m. 4.] athia et non etc., sicut constat per inquisitionem, habent literas directas vicecomiti Glouc' quod quilibet eorum tradatur in ballium etc. sex hominibus etc. usque ad primam assisam etc.

Pro Roberto de Ponte Arche.—Quia protestatum est coram rege quod Robertus de Ponte Arche fuit in peregrinatione versus Sanctum Jacobum eo tempore quo dicebatur ipsum fuisse apud Wicumbe contra regem cum equis et armis; mandatum est vicecomiti Glouc' quod de terris suis in balliva sua, quas sine precepto regis cepit in manum regis, plenam saisinam habere faciat, cum bladis et catallis que in eisdem terris fuerunt quando cepit eas in manum regis. Teste ut supra. Per justiciarium.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in parco de Gillingham faciat habere fratribus minoribus Sarr' v. bonas quercus ad scindulas faciendas ad capellam suam Sarr' cooperiendam, de dono regis. Teste rege apud Heref', x. die Septembris, anno xvij. Per R. filium Nicholai.

Pro canonicis de Giseburn'.—Rex concessit Petro de Brus quod domus, quas canonici de Giseburn' levaverunt in foresta de Daneby, stent in pace quamdiu regi placuerit. Et mandatum est B. de Insula quod predictos canonicos pacem inde habere permittant (*sic*). Teste ut supra. Per justiciarium.

De resaisina comitis R. Marescalli.—Quia R. Marescallus, comes Penbr', fecit regem securum de fideli servicio, mandatum est vicecomiti Suht' quod eidem Thome (*sic*) de terra sua in balliva sua, que capta fuit in manum regis per preceptum suum, plenam saisinam habere faciat, cum bladis et catallis que in eis (*sic*) fuerunt in festo Nativitatis Beate Marie, anno xvij. Teste rege apud Bergeveny,° viij. die Septembris. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Sussex', Norht', Berk', Glouc', Wigornie, Buk', Oxonie.

Pro Roberto de Stutevill'.—Bene placet regi quod Nicholaus de Stutevill' terram, que fuit Eustachii de Stutevill' avunculi sui, reddat Roberto filio et heredi ipsius Eustachii et quod idem Robertus homo ipsius Nicholai inde sit, salva fide regis; eo non obstante quod idem Robertus natus et nutritus fuit in partibus transmarinis. Et hoc significatum est eidem N. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro comitissa War'.—Rex ad instantiam Thome comitis War' concessit Philippe matri sue dotem suam quam habuit in comitatu suo de terris que fuerunt H. comitis War', quondam viri sui. Et mandatum est vicecomitibus War' et Glouc' quod de predicta dote in ballivis suis ei plenam saisinam habere faciant. Teste ut supra. Per justiciarium.

° The word 'Bergeveny' is substituted for 'Heref'.'

1233.
[m. 4.] *De damis datis.*—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta regis de Hadfeld' faciat habere H. comiti Oxonie iij. damos et xij. damas ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra. Per Philippum de Albiniaco.

De prisone deliberando.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod Johannem de Gwerres, captum et detentum in prisona regis apud Oxoniam, quem Johannes de Plesset' et Drogo de Barentin a rege replegiaverunt, deliberari faciat, nisi captus sit pro morte hominis vel pro foresta regis vel pro aliquo alio retto etc. Teste rege apud Heref', xj. die Septembris. Per justiciarium.

Pro Radulfo Gernun.—Henricus rex etc. vicecomiti Berk' salutem. Monstravit nobis dilectus et fidelis noster Radulfus Gernun quod occasione precepti nostri, quod tibi fecimus de saisina facienda Jacobo de Buvelingham de portione que ad ipsum pertinet per Hillariam uxorem ejus, que est una heredum Gileberti de Tyller', de hereditate que fuit Gileberti avi sui in balliva tua, ipsum disseisivisti de terra sua in Cumpton', de qua seisinam habuit per finem factum in curia domini Johannis regis patris nostri inter ipsum Radulfum et Thomam Malemeins et Johannam uxorem ejus, que fuit una filiarum et heredum dicti Gileberti de Tyller', et de qua nec nos nec Nicholaus filius predicti Thome seisinam habuimus quando predicto Jacobo predictam seisinam fieri precepimus. Et ideo tibi precipimus quod eidem Radulfo de predicta terra sine dilatione plenam seisinam habere facias. Teste me ipso apud Heref', xj. die Septembris, anno regni nostri xvij. Per justiciarium.

De cervis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta regis de Axiholt' faciat habere Petro filio Hereberti tres cervos de dono regis. Teste ut supra. Per justiciarium.

De reseisina pro Willelmo le Waleis.—Quia Willelmus le Waleis fecit regem securum per Rogerum de Sutton', Willelmum de la Wern' et Johannem Treygoz de fideli servicio: mandatum est vicecomiti Glouc' quod eidem Willelmo le Waleis de terris suis in balliva sua plenam seisinam habere faciat cum catallis que in ipsis terris fuerunt die Nativitatis Beate Marie, anno regni regis vij. (*sic*). Teste ut supra. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomiti Oxonie et vicecomiti Wigornie pro eodem Willelmo le Waleis.

De tradendis in ballium.—Willelmus Aungevin, quem Margareta de Mordon' appellat de morte Willelmi filii sui odio et athia et non eo etc., ut rex accepit per inquisitionem, habet literas directas vicecomiti Bed' de ipso tradendo in ballium, videlicet, utroque comite xij. etc.

De v. doliis vini liberandis H. de Trubleville.—Mandatum est ballivis Wigornie quod de xx. doliis vini, que nuper venerunt de Glouc' et sunt in custodia sua, liberent Henrico de Trubleville v. dolia vini de dono regis. Teste rege apud Heref', vij. die Septembris. Per Johannem filium Philippi.

1233.

[m. 4.] *De hernesio comitis R. Marescalli deliberando.*—Mandatum est P. de Rivall' quod homines, equos et hernesium R. Marescalli, comitis Penbr', que ballivi sui arestari fecerunt in portu de Shorham, deliberari faciat et quo voluerint abire permittat. Teste rege apud Leministr', xij. die Septembris. Per justiciarium.

Pro Roberto de Wulfrinton'.—Mandatum est P. de Rivall' quod de una carucata terre cum pertinentiis in Ethon', quam Robertus de Wulfrinton' occasione cujusdam maritagii, quod non sortiebatur effectum, dimiserat Elye de Martiny ad firmam ad terminum qui preteriit, et que capta est in manum regis per Willelmum Ruffum pro morte predicti Elye, de qua etiam predictus Robertus saisinam habuit per predictum Elyam longe ante mortem suam, eidem Roberto plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Leministr', xij. die Septembris. Per justiciarium.

Pro Henrico de Longo Campo.—Rex de fine l. marcarum, quem Henricus de Longo Campo fecit cum rege pro habendo in uxorem Johanna, que fuit Thome de Birkin, perdonavit eidem Henrico xxx. marcas. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predictis xxx. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Leministr', xij. die Septembris. Per justiciarium.

Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod ei pacem inde habere permittat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Percy.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod districtionem, quam per preceptum regis facit super Willelmum de Percy de bladis maneriorum de Essel' et Langestok', que Johanna, que fuit uxor W. Briwere, seminavit ibidem dum maneria illa habuit in tenantiam dotis sue, ponat in respectum usque in xv. dies post festum Sancti Michaelis, anno xvij. Teste rege apud Leministr', xiij. die Septembris. Per justiciarium.

Pro Roberto filio Nicholai.—Rex perdonavit Roberto filio Nicholai xv. marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii pro filio et herede Roberti de Leveland', qui est in custodia ipsius Roberti filii Nicholai de prestito Hibernie eidem Roberto de Leveland' facto tempore Johannis regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis xv. marcis ipsum Robertum et predictum heredem quietos esse faciant. Teste rege apud Leministr', xij. die Septembris. Per justiciarium.

Pro Eva de Braos' de saisina.—Eva de Braos' fecit regem securum per R. comitem Marescallum, R. comitem Norf' et Johannem Marescallum quod stabit recto de hiis que rex erga ipsam loqui voluerit. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod de tota terra ipsius Eve in balliva sua, retento in manu regis regis (*sic*) castro de Tottenes, eidem Eve saisinam habere faciat. Teste rege apud Wigemor', xiij. die Septembris. Per justiciarium.

1233.
[m. 4.] Eodem modo scribitur, excepto castro, vicecomiti Surr' pro eadem Eva de terra sua in Padesden', et vicecomiti Heref' de terra sua in Erleslen'.

Pro comitissa War'.—Mandatum est Willelmo de Narzac quod non impediat Philippam comitissam War' quin libere possit asportare catalla sua que habet in ecclesia de Stok.' Teste ut supra.

De feodis militum que tenebantur de Rannulfo comite Cestrie, partitis inter heredes ejus.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod scire faciat Willelmo de Cantilup' juniori quod sit intendens J. comiti Cestrie et Hunt' de dimidio feodo militis, quod tenuit de Rannulfo comite Cestrie in balliva sua, et quod ipsi comiti ad portionem suam assignatum est, et quod ipsum hereditarie contingit de hereditate que fuit predicti Rannulfi comitis Cestrie. Teste Leministr', xij. die Septembris. Per justiciarium.

Vicecomiti Hunted' de Ricardo de Bainvill' et Willelmo Patric pro eodem comite de feodis militum, que tenuerunt de predicto comite Rannulfo etc.

Vicecomiti War' et Leic' pro eodem de feodis militum, que Willelmus Patric, Rogerus de Monte Alto et Robertus de Sees tenuerunt de predicto comite Rannulfo etc. salva dote Clementie comitisse Cestrie de servicio ejusdem Roberti de Ses.

Vicecomiti Linc' pro eodem de feodis militum que J. comes Linc' constabularius Cestrie, Rogerus de Monte Alto, Hugo Wac, Radulfus filius Simonis et Robertus de Ses tenuerunt etc., salva eidem Clementie dote sua de servicio ejusdem Roberti de Ses.

Vicecomiti Oxonie pro eodem de Johanne de Pratellis et Baldewino de Veer de quarta parte feodi j. militis in balliva sua, quam uterque ipsorum Johannis et Baldewini tenuit de comite Cestrie Rannulfo etc.

Vicecomiti Noting' et Dereb' pro eodem de feodis etc. que Henricus Tuschet et Rogerus de Muhaut tenuerunt de eodem comite Rannulfo, salva eidem Clementie dote sua de servicio ejusdem Henrici.

Vicecomiti Rotel' pro eodem de feodo dimidii militis, quod Henricus Tuschet tenuit de eodem comite Rannulfo, preter clausam 'salva' etc.

Vicecomiti Norf' et Sufolc' pro eodem de feodis militum que Rogerus de Mohaut, Rogerus de Medullearm et Edmundus de Soterleg' tenuerunt de predicto Rannulfo, preter clausam 'salva' etc.

Vicecomiti Linc' pro Hawisia de Quency de feodis militum, que Willelmus de Benigworth', Petrus de Edelinton', Henricus de Billingeya, Willelmus Malebisse, Alanus Bryvare, Robertus de Halton', Alanus de Welebern', Simon de Dunestorp', Willelmus Helle, Gilebertus de Welleton', Rabod de Keles, Philippus de Kyme de honore de Bulingbroc, Emma de Keles, Hugo de Stepinge', Johannes de Carleton', Alanus filius Rengod', Gilebertus filius Berengerii, Willelmus filius Hatun,

1233.

[m. 4.] Thomas de Carbo, Fulco de Orreby, Rannulfus de Zybezay, Philippus filius Johannis, Walterus de Hareby, Rabod de Hareby, Walterus de Coventr', Robertus de Askeby, Rogerus filius Ulf', Hugo Giberel, Henricus de Nevill', Warnerus de Cybezay, Gilebertus de Turribus, Alanus de Hibaldestowe, Alanus Brayboef, Rogerus de Sancto Martino, Gilebertus de Sedgrave, Robertus de Otteby, Robertus de Tatteshal', Robertus de Drieby, Wydo de Veer, Radulfus de Gousle, Henricus Smerehorn', Walterus de Belesby, Willelmus de Sulygny, Walterus Bec, Robertus de Bolonia, Henricus de Tadinton', Elyas pincerna, Elyas de Houton', Radulfus de Sudleg', Gralang' de Runchap', Robertus de Steinwath', Nicholaus de Stutevill', Willelmus de Falestorp', Gilebertus de Langeton', Willelmus Malebisse, Radulfus de Grendal', Ricardus comes de Clara, Willelmus de Maletoft et Johannes filius Philippi tenuerunt de predicto comite Rannulfo, salva Clementie comitisse Cestrie dote sua de serviciis predictorum, que ei sunt assignata in dotem suam.

Vicecomiti Eboraci pro eadem de feodis militum, que Petrus de Brus et Willelmus de Percy tenuerunt de predicto comite Rannulfo, preter 'salva' etc.

Vicecomiti Dereby pro W. comite de Ferrariis de feodo unius militis et dimidii, quod Normannus de Sulygny tenuit de eodem comite Rannulfo, salva dote predicte comitisse etc.

Vicecomiti Leic' de Alvredo de Suligny et Willelmo de Vernun cum 'salva.'

Vicecomiti Staff' pro eodem de Warino de Vernun, Reginaldo de Valle torta, Henrico de Blithefeld' et Ricardo de Camvill', preter 'salva' etc.

Vicecomiti Linc' pro eodem comite de Philippo de Kyme, Johanne de Boidele, Fulcone de Orreby, Petro de Lekeburn', Willelmo filio Amfridi et Willelmo de Bileby, preter 'salva.'

Vicecomiti Lanc' pro eodem comite de Ferrariis de J. comite Linc' et constabulario Cestrie, Thoma Gredle, Willelmo pincerna, Henrico de Munegeden', Roberto Banastre et Ada de Mulinell' etc. preter 'salva.'

[m. 3.] *De parco Gilberti Basset.*—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod, assumptis secum hominibus de comitatu suo, in propria persona sua accedat °ad parcum Gileberti Basset in foresta de Braden'° et fossatum illius et haiam prosterni faciat. Teste rege apud Ewyas, iij. die Septembris. Per P. de Rivall'.

Pro Mazy Besill' de bladis terre Radulfi Bloet.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod, non obstante seisina quam rex fieri precepit Alienore comitisse Penbr' de terra Radulfi Bloet in balliva sua, quia est de feodo suo, permittat Mazy Besill', cui rex terram illam prius commisit, habere blada et catalla in eadem terra inventa, salva dicte comitisse seisina predicte terre. Teste rege apud Ewyas, iij. die Septembris. Per Radulfum filium Nicholai.

° . . ° The text originally ran 'ad parcum quem Gilebertus Basset claudi fecit in foresta de Braden fossato et haya.'

1233.
[m. 3.]

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Shirewod' faciat habere Roberto de Harestan duos damos, de dono regis. Teste rege apud Bergeveny, v. die Septembris. Per Philippum de Albiniaco.

Pro Willelmo de Amblie.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod, si Willelmus de Amblie fecerit eum securum quod erit coram justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in xv. dies ad dirationandum versus Isaac Judeum de Norwico quod quietus est de debito quod predictus Isaac ab eo exigit, tunc ipsum Willelmum interim pacem inde habere permittat, et terram suam cum catallis cum catallis (*sic*) suis ei interim deliberari faciat. Teste rege apud Bergeveny, v. die Septembris. Per justiciarium.

De parco Gileberti Basset.—Mandatum est Thome de Sampford' quod a tempore susceptionis istarum literarum nichil amplius prosterni faciat de fossato et haya parci G. Basset, occasione precepti regis ei facti de predictis fossato et haya prosternendis. Teste rege apud Usk', vij. die Septembris. Per justiciarium.

Pro abbate de Keinesham.—Rex electioni facte de fratre Johanne, priore de Keynesham, in abbatem ejusdem loci, vacantis et in manu regis existentis ratione custodie terre et heredis G. quondam comitis Glouc' et Hertf', regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est P. de Rivall' quod ei de predicta abbatia, que est in custodia sua per preceptum regis, et de omnibus ad eam pertinentibus plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Bergeveny, vij. die Septembris. Per episcopum Wintoniensem et justiciarium.

Et mandatum est militibus, liberis hominibus et aliis tenentibus de predicta abbatia, quod eidem electo tanquam domino suo in omnibus etc. sint intendentes et respondentes. Teste ut supra.

Pro P. de Rivall' de terra Isabelle que fuit Gileberti de Lascy.—Rex commisit P. de Rivall' terram Isabelle que fuit uxor Gileberti de Lascy, que est de feodo de Grosmund' et spectat ad honorem de Grosmund', qui est in manu ejusdem P. de dono regis, custodiendum quamdiu regi placuerit.

Et mandatum est constabulario de Ewyas quod de predicta terra cum bladis et catallis in eadem terra inventis plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra.

Vicecomiti* Eboraci, nulla facta mentione de castro.

De nundinis Wintonie.—Rex concessit P. Wintoniensi episcopo quod nundine Sancti Egidii Wintonie hoc anno etc. xvij. durent per viij. dies ultra terminum statutum per quem durare consueverunt. Et mandatum est vicecomiti Suht' quod hanc concessionem regis per totam bailliam suam clamari faciat et teneri. Teste rege apud Bergeveny, vij. die Septembris. Per eundem Wintoniensem.

* Some words have been erased before 'vicecomiti.'

1233.
[m. 3.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Brehull' faciat habere Rogero de Quency x. tam damos quam damas, et in foresta de Wychewod' x. tam damos quam damas, ad parcum suum de Chinnora instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Bergeveny, viij. die Septembris. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Rogero de Quency de perdonatione amerciamenti.—Rex perdonavit Rogero de Quency amerciamentum in quod incidit per assisam ultime presentationis ad ecclesiam de Kypes, captam coram R. de Lexint' et W. de Eboraco per preceptum regis inter ipsum Rogerum et Ponte Fracto (*sic*). Et mandatum est eisdem Roberto et Willelmo quod amerciamentum illud extrahi faciant a rotulis suis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro comite R. le Bigod.—Sicut superius scribitur vicecomitibus Norf' et Suff' et Eboraci pro comite R. le Bigod de saisina terre sue,[a] ita scribitur eis iterato de eadem saisina, hoc verbo apposito 'cum catallis suis.' Teste rege apud Heref', x. die Septembris. Per justiciarium.

Pro Macy Besill'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod, non obstante precepto regis ei facto de terra Roberti Musard' in balliva sua capta in manum regis, permittat Macy Besill' talem seisinam habere de manerio de Senesbir', quod est ipsius Roberti in balliva sua, cum bladis et catallis, qualem inde habuit ante predictum preceptum regis. Teste rege apud Muntgomery, xv. die Septembris. Per P. de Rivall'.

Pro comite Marescallo de manerio de Cumpton'.—Quia R. Marescallus comes Penbroc' fecit regem securum de fideli servicio, mandatum est vicecomiti War' quod de manerio de Cumpton' cum pertinentiis eidem comiti plenam saisinam habere faciat, salvo jure cujuslibet. Teste rege apud Muntgomery, xvj. die Septembris. Per justiciarium coram episcopo Wintoniensi.

Pro Henrico de Bernevall' capellano.—Rex Henrico de Bernevall' capellano suo, qui de concessione regis habet custodiam terre et heredum Hugonis de Bernevall', concessit custodiam terre et heredis Roberti le Parker, qui de predicto Hugone quandam partem terre sue tenuit, eo non obstante quod idem Robertus aliam partam terre sue tenuit de honore de Reyleg', qui est in manu regis. Et mandatum est Roberto Passelewe quod eidem Henrico de predicta custodia terre et heredum predicti Roberti sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Muntgomery, xv. die Septembris. Per P. de Rivall'.

De cervo dato.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Ele comitisse Sarr' unum cervum in foresta de Graveling', de dono regis. Teste rege apud Muntgomery, xv. die Septembris. Per eundem Petrum.

---

[a] *See p.* 258.

1233.

[m. 3] *De feodis militum inter Ribbel et Merse.*—Mandatum est vicecomiti Lanc' quod, occasione precepti regis ei facti de saisina facienda W. comiti de Ferrariis de feodis militum que ad ipsum pertinent de feodis militum que fuerunt R. quondam comitis Cestrie in balliva sua, nullam ei seisinam faciat de feodis militum que fuerunt ipsius comitis Cestrie inter Ribbel et Merse ratione terre quam rex dedit eidem comiti Cestrie ibidem, quousque rex inspexerit cartam quam fieri fecit eidem comiti Cestrie de predicta terra inter Ribbel et Merse, utrum feoda illa ex tenore ejusdem carte ratione ejusdem terre habere debeat necne. Teste rege apud Muntgomery, xvj. die Septembris. Per ipsum regem.

Pro Michaele filio Nicholai de terra Ricardi Suhard' in Wahull'.—Rex commisit Michaeli filio Nicholai terram Ricardi Suhard' in Wahull', custodiendam quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod, eo non obstante quod terra illa est de feodo comitisse Penbr' quod tenet nomine dotis, eidem Michaeli de predicta terra plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Salopiam, xvij. die Septembris. Per justiciarium.

De respectu appelli.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod appellum, quod Willelmus filius Lefsy faciat de morte Ade filii sui versus R. comitem le Bigod, Willelmum le Enveise, Rogerum Neel, Nicholaum Asketel, ponat in respectum usque ad secundum comitatum suum post festum Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Pro Waltero de Clifford' de reseisina.—Rex reddidit Waltero de Clifford' omnes terras sua[s] que capte fuerunt in manum regis per preceptum suum eo quod fuit cum comite R. Marescallo contra regem. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod de terris illis plenam ei saisinam habere faciat cum bladis et catallis in eis inventis die susceptionis literarum istarum, retentis in manu regis castro et manerio de Clifford' cum pertinentiis ad predicta manerium et castrum pertinentibus. Teste rege apud Salopiam, xvij. die Septembris. Per episcopum Wintoniensem et justiciarium coram P. de Rivall'.

Eodem modo scribitur H. de Trublevill' per omnia.

Et mandatum est H. de Trublevill' quod castrum de Corfham cum manerio et pertinentiis suis eidem Waltero liberet.

Et mandatum est vicecomitibus Oxonie, Noting', Wigornie, Linc', Salopie et Kancie quod de terris ipsius Walteri in ballivis suis, ea occasione captis in manum regis, plenam seisinam habere faciant cum bladis et catallis in eis inventis die susceptionis literarum istarum. Teste ut supra. Per eosdem.

De vino cariando usque Wenlac.—Mandatum est ballivis de Bruges quod, si vina regis, que de Wigornia precepit cariari usque Bruges, non dum illuc venerint, tunc unum dolium vini venale in villa sua, visis literis, ad denarios regis usque Wenlac ad opus regis cariari faciant. Teste rege apud Salopiam, xvij. die Septembris.

1233.
[m. 3.]

Pro militibus Walteri de Cliford'.—Quia Alexander de Chedney fecit regem securum de fideli servicio per Willelmum Hunand et Ricardum de Muneton', mandatum est vicecomitibus Oxonie et Salopie quod de tota terra ipsius Alexandri in balliva sua, que capta fuit in manum regis per preceptum suum, plenam ei seisinam habere faciat cum omnibus bladis et catallis in ea inventis die susceptionis presentium literarum. Teste apud Salopiam, xviij. die Septembris. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Glouc' et Salopie pro Ricardo Tyrel, qui fecit regem securum de fideli servicio per Walterum del Esse et Robertum Halecton'.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Geitinton' faciat habere H. Wak' iij. damas, de dono regis. Teste rege apud Salopiam, xix. die Septembris. Per ipsum P.

Pro Willelmo de Wigehal'.—Quia Willelmus de Wigehal' fecit regem securum de fideli servicio per Radulfum le Bigod et Thomam le Bigod, mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod de tota terra ipsius Willelmi in balliva sua, quam cepit in manum regis per preceptum suum, plenam ei seisinam habere faciat cum omnibus bladis et catallis suis in ea inventis die susceptionis presentium literarum. Teste ut supra. Per justiciarium

Eodem modo scribitur vicecomitibus Cantebrigie, Essex'.

De balistis et aliis utensilibus de Castro Matildis liberandis Radulfo de Thoeny. Mandatum est Willelmo filio Warini quod habere faciat Radulfo de Thoeny balistas, quarellos, et alia utensilia regis que sunt in Castro Matildis, per scriptum in modum cirografi confectum, cujus altera pars remaneat penes se et alia penes dictum Radulfum. Teste ut supra Per P. de Rivall'.

Pro priore de Cherebir'.—Rex concessit priori de Chereby' quod, quamdiu regi placuerit, habeat in foresta regis de Muntgomery x. equas cum secta earum. Et mandatum est constabulario de Mungomery quod ipsum priorem predictas x. equas cum secta earum ibidem habere permittat. Teste ut supra.

Pro justiciario Anglie.—Rex licenciam dedit et concessit S. de Sedgrave justiciario Anglie quod possit essartare rifletum illud, quod est inter magnum coopertum bosci de Alemundebir' et magnam stratam per quam itur de Hunted' versus Walmefford'; in quo quidem rifleto continentur per estimationem xl. acre terre per perticam regis; et quod rifletum illud claudi faciat fossato et haya, ita quod fere bestie sine impedimento intrare possint et exire. Et mandatum est P. de Rivall' quod ipsum justiciarium predictum rifletum essartare et claudere sine impedimento permittat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per episcopum Wintoniensem.

1233.
[m. 3.]

*Pro Radulfo le Bigod et aliis de reseisina.**—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod de terris Radulfi le Bigod in balliva sua, que capte fuerunt in manum regis per preceptum suum, eo quod dicebatur ipsum fuisse cum comite R. le Bigod† cum equis et armis apud Wycumbe, plenam saisinam habere faciat eidem Radulfo cum bladis et catallis ‡que in eis inventa fuerunt quando eas cepit in manum regis.‡ Teste rege apud Wenlac, xix. die Septembris. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norf' pro Willelmo le Enveise: et vicecomiti Norf' et Suff' pro Rogero filio Osberti.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Hauekehurst faciat habere Ricardo de Muneton' x. quercus de dono regis. Teste rege apud Wenlac, xx. die Septembris. Per ipsum Petrum.

De quadragesima regis comitatus Heref'.—Mandatum est Nicholao le Seculer et sociis ejus quod omnes denarios de quadragesima regis, si eos non liberaverint constabulario Heref' sicut rex eis precepit, cum festinatione deferri faciant ad regem usque Wigorniam: et, si de eadem quadragesima quandam partem liberaverint eidem constabulario, aliam, si qua penes eos remanserit, illuc ad regem venire faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem constabulario quod, si dicti N. et socii ejus denarios dicte quadragesime ei liberaverint, cum festinatione eos illuc faciat deferri. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Michaeli de Columbariis quod habere faciat Alienore comitisse Penbr' duos cervos in foresta de Cett', de dono regis. Teste rege apud Kydeministr', xx. die Septembris. Per Petrum de Rivall'.

Pro viridariis in comitatu Salopie.—Quia secundum assisam regni viridarii poni non debent in assisis vel juratis vel recognitionibus, ad quas faciendas illos comitatus suos exire oporteat ratione atachiamentorum ballive sue, ad que intendere debent; mandatum est vicecomiti Salopie quod Ricardum de Middelhop', Ricardum de Lecton', Rogerum Sprengehos' et Hugonem de Upton', viridarios regis in comitatu Salopie, non ponat in assisis, juratis vel recognitionibus, pro quibus illos extra comitatum predictum sequi oporteat. Teste ut supra.

De garnitura Castri Matildis liberanda Radulfo de Thony.—Mandatum est Willelmo filio Warini quod totam garnituram quam habet in Castro Matildis, et quam per manum Walteri de Godarvill' per preceptum regis recepit cum eodem castro per cirographum factum inter ipsos Willelmum et Walterum, cujus unam partem habet idem Walterus et Petrus de Muntgomery alteram, liberet Radulfo de

* The latter part of this title refers to the second entry under the title.

† Apparently an error for 'comite R. Marescallo.'

‡ ‡ Corrected from [illegible]

1233.
[m. 3.] Thoeny, cui rex castrum illud commisit, scilicet, singulas particulas ejusdem garnisture per idem pretium quo illas recepit, ita quod inter ipsos Willelmum et Radulfum de predictis particulis et pretio earum conficiatur scriptum in modum cirographi, cujus una pars penes se et alia penes ipsum Radulfum remaneat; et predictas particulas et pretium earum regi scire faciat. Teste ut supra.

Pro Warino de Monte Kanasio.—Rex perdonavit Warinum de Monte Kanasio quinquaginta marcas de centum marcis ad quas amerciatus fuit coram justiciariis de Banco pro falso clamore etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis quinquaginta marcis eum quietum esse faciant, et de aliis quinquaginta marcis ei pacem habere permittant, ita quod nullam inde fieri faciant districtionem quousque rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Kedeministr', xxj. die Septembris. Per ipsum regem coram domino Wintoniensi et justiciario.

Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de predictis quinquaginta marcis eidem Warino pacem habere permittat, et ipsum pro aliis quinquaginta marcis non distringat quous rex aliud inde preceperit. Teste ut supra coram domino Wintoniensi et justiciario.

Pro Willelmo de Narzac.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod, non obstante precepto regis sibi facto de terra Ricardi Siward' in balliva sua in manum regis capienda, Willelmo de Narzac de terra ipsius Ricardi in Stok' plenam seisinam habere faciat cum bladis et catallis in ea inventis; ita tamen quod ad catalla vel blada que reposita sunt in ecclesia vel in cimiterio manum non mittat. Teste ut supra.

De maeremio ad turrim de Brug' reparandam.—Mandatum est Hugoni filio Roberti quod per visum proborum et legalium hominum habere faciat vicecomiti Salopie maheremium in foresta regis de Shyrlet, ad gistas et planchias faciendas ad reparationem turris de Bruges, ita quod ipsi visores habeant talliam de maheremio illo et dictus vicecomes contratalliam. Teste ut supra.

De tradendo in baillium.—Willelmus Luvel, captus et detentus in prisona regis pro morte Galfridi de Suff', unde rettatus est odio et athia et non etc., ut constat per inquisitionem, habet literas vicecomiti Essex' de eo tradendo in ballium xij. etc. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Nicholao filio Willelmi.—Mandatum est justiciario Hibernie quod cum Slana, que fuit uxor Roberti de Cnipiton', ut dicit, exigat dotem suam de libero tenemento, quod fuit ipsius Roberti, versus Nicholaum filium Willelmi, qui infra etatem est et in custodia Johannis Mar', et rex non nolit quod idem Nicholaus sit in aliquo perdens per defectum nec quod eidem Slane inde justicia differatur; habita certitudine ubi ipsa Slana dicit se copulatam fuisse matrimonialiter predicto Roberto, et facta inquisitione diligenti per

1233.
[m 3.]

episcopum loci si predictus Robertus cum ipsa Slana matrimonium contraxerit; si constiterit ei per predictam inquisitionem predicti episcopi de matrimonio inter eos contracto, rationabilem dotem suam eidem Slane habere faciat de libero tenemento quod fuit Roberti, quia idem Nicholaus in presentia regis id petiit et concessit. Et si predicta inquisitio negaverit ipsum Robertum cum eadem Slana contraxisse, eundem Robertum ab inpetitione predicte Slane de dote illa absolvat, salvo jure regis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Fecham faciat habere priorisse de Westwod' x. robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Wigorniam, xxij. die Septembris. Per R. filium Nicholai.

Pro Baldewino de Veer.—Mandatum est servienti de Kideministr' quod habere faciat Baldewino de Veer unum dolium vini, quod senescallus regis dimiserat ibidem in celario domini sui, de dono regis. Teste rege apud Wigorniam, ut supra.

Pro Matheo de Plessit'.—Quia Willelmus Crassus non venit ad pacem regis nec aliquem pro se misit post rex terras suas in manum suam capi precepit, que prius commisse fuerunt Matheo de Plesset'; mandatum est vicecomiti Glouc' quod de predictis terris eidem Matheo talem seisinam habere faciat, qualem habuit antequam capte fuerunt in manum regis per preceptum suum. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro balliris regis de Wigornia.—Ballivi regis de Wigornia liberaverunt Caperono vadleto regis de dono regis quendam equum qui fuit Ade de Lakersonere utlagati, et quem equum ipsi fecerant arestari. Et mandatum est est (*sic*) justiciariis proximo itineraturis in comitatu illo quod de predicto equo eos faciat esse quietos. Teste ut supra.

Pro Nicholao le Seculer et aliis de licentia concordandi.—Rex de apello, quod Nicholaus le Seculer, Walterus de Hyda et Maria uxor ejus fecerunt versus Ricardum de Kinardesl', Milonem Pichard' militem, Adam Pichard', Johannem Pichard', Milonem Dront, et Robertum Tropinel de roberia et pace sua fracta, eisdem Nicholao, Waltero et Marie licentiam dedit concordandi cum predictis. Et hoc significatum est justiciariis de Banco. Teste ut supra.

De Ricardo Suhard'.—Ricardus Suhard', qui fuit ligius homo regis, homagium suum regi reddidit et a fide regis penitus recessit. Et, quia rex non vult quod aliquis, qui a fidelitate recesserit et homagium suum regi reddiderit, in regno suo remaneat vel receptetur, mandatum est vicecomiti Heref' quod, si in balliva sua decetero inveniatur, ipsum tanquam manifestum inimicum regis per corpus suum faciat arestari et salvo custodiri, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Evesham, xxij. die Septembris. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

1233.

[m. 3.] *De saisinis pluribus.*—Mandatum est vicecomiti Berk' quod, non obstante mandato regis ei facto de terris Roberti Musard' in manum regis capiendis, Waltero de Godarvill' de terra ipsius Roberti in Persora plenam saisinam habere faciat, sicut habuit ante predictum mandatum. Teste rege apud Evesham, xxiij. die Septembris. Per P. de Rivall'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Oxonie pro Henrico de Trublevill' de terra Gileberti Basset in Kertlinton'.

Eboraci pro Willelmo de Dampere de terra Roberti Musard' in balliva sua.

Oxonie pro Willelmo de Brisac de terra Warini Basset in Dadinton'.

Norhamt' pro eodem Willelmo de terra Philippi Basset' in Midelton'. Per P. de Rivall'. Apud Wudestok,' xxv. die Septembris.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Fecham faciat habere Waltero de Bello Campo tres damos, de dono regis. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

[m. 2.] *Pro Griffino filio Wenunwini.*—Mandatum est B. de Ver, constabulario de Clune, quod Griffinum filium Wenunwini et gentem suam, cum necesse habuerint, receptet in villa de Clune. Teste rege apud Evesham, xxiij. die Septembris. Per Petrum de Rivall'.

Eodem modo scribitur Huberto Hoes', constabulario Albi Monasterii. Et Willelmo de Bueles, constabulario de Muntgomery.

De servientibus missis usque Clune.—Mandatum est B. de Ver, constabulario de Clune, quod Rogerum le Werrur, se xiij. servientum quos rex mittit ad morandum cum eo in castro de Clune, recipiat et liberationes suas eis habere faciat, scilicet, ipsi Rogero ut constabulario xij. denarios in die et singulis sociorum suorum qui subsunt ei, vij. denarios et obolum per diem. Teste ut supra.

De castro de Periton' rescutiendo.—Mandatum est Henrico de Trublevill' quod cum Rogerus Bocham castrum de Periton', quod rex commisit Willelmo de Gamag' custodiendum, obsederit, ita quod ipse Willelmus illud gente et victualibus munire non potest, in fide qua regi tenetur festinum consilium apponat quod castrum illud rescutiatur; et, si postquam rescussum fuerit, tale fuerit castrum quod expediat illud in manum regis tenere, tunc illud gente et victualibus muniri faciat. Alioquin ante recessum suum illud funditus prosterni faciat. Teste ut supra. Per episcopum Wintoniensem.

Pro Willelmo de Stutevill'.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod, si inquirere poterit quod Henricus de Erleg'[a] in terra in balliva sua, quam rex commiserat Willelmo de Stutevill', ballivos ipsius Willelmi ibidem inventos viliter ejecit auctoritate sua et verberavit, et se misit in seisinam ejusdem terre, tunc ipsum Willelmum de terra predicta resseisiri faciat et ipsum in ea manuteneas (*sic*).

[a] Substituted for 'Walterus de Losse.'

1233.
[m. 2.] Vicecomiti Dors' et Sumerset' pro eodem W. de Stutevill' de terra ejusdem Henrici.

Pro Macy Besill'.—Vicecomitibus Wilt', Glouc', Dors' et Sumerset' pro Macy Besill' de terra Radulfi Bloet, excepta auctoritate propria.

Pro Joldano de Doe.—Eodem modo scribitur vicecomiti Suhampt' pro Joldano de Doe de terra Henrici de Brayboef.

De cervis datis et apris capiendis ad opus regis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta regis de Dene faciat habere Johanni de Monem' iij. cervos, de dono regis. Et significet ballivis suis ejusdem foreste quod ipsum Johannem permittant capere in eadem foresta x. apros, ad opus regis. Teste rege apud Ottint', xxv. die Septembris. Per A. de Sancto Amando.

Et mandatum est eidem Johanni quod predictos apros ibidem capiat et liberet constabulario Sancti Briavelli, cui rex precepit quod eos recipiat et saliri faciat et custodiri, donec rex aliud preceperit. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta regis de Dene faciat habere abbati de Flexlegh' quatuor quercus ad reparacionem domorum suarum, de dono regis. Teste rege apud Wodestok', xxvj. die Septembris. Per P. de Rivall'.

De castro de Abrelenuith'.—Mandatum est H. de Trublevill' ad ostensionem Inge Balistarii quod, cum Hugo de Kinardesl' castrum suum Abrelenuith' quod rex commisit eidem Inge custodiendum, vi occupaverit et contra regem muniverit et teneat munitum, in propria persona sua illuc accedat vel gentem mittat ad castrum illud capiendum; et postquam illud ceperit, si expedit illud in manu regis teneri et custodiri, illud muniri faciat. Alioquin in continenti prosterni et corpora illorum quos in eo invenerit, arestari et salvo faciat custodiri. Omnia etiam catalla in manerio illo de Aberleneuith predicto Inge habere faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Wilhale.—Rex vicecomiti de Bukingham salutem. Ostendit nobis Johannes de Wylehal', civis noster Lond', quod, quia terras comitis Marescalli capi fecimus in manum nostram, tu ipsum disseysivisti de manerio de Crendon' cum pertinentiis, quod ipse tenuit ad firmam de predicto comite et quam firmam ei confirmavimus. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, tunc de predicto manerio cum omnibus rebus et catallis in eo inventis talem seysinam ipsi Johanni habere facias, qualem habuit antequam eum disseysivisti occasione predicta. Teste me ipso apud Wodestok', xxvj. die Septembris, anno regni nostri xvij.

De terra in Hucham commissa comiti Ricardo.—Mandatum est constabulario de Windlesor' quod de terra que fuit Milonis Neirnut in Hucham, quam cepit in manum regis et cujus custodia pertinet ad

1233.

[m. 2.] R. comitem Pictavie, fratrem regis, ratione honoris Walingf' existentis in manu sua de dono regis, ipsi comiti plenam saisinam habere faciat, nec decetero sine speciali precepto regis in aliquo se inde intromittat. Teste rege apud Wudestok', xxv. die Septembris. Per ipsum regem.

Pro Galfrido de Bathonia.—Rex terram que fuit Roberti de Seint Rumy in Mapeldreham, que est de terris Normannorum et non de honore Glouc', ut rex didicit per inquisitionem inde factam per preceptum suum, commisit Galfrido de Bathonia servienti suo quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suht' quod eidem Galfrido de predicta terra cum pertinentiis plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est, salvis comiti Ricardo fratri regis bladis que seminari fecit in terra illa et instauris que habet in eadem terra. Teste rege apud Wudestok', xxvij. die Septembris. Per P. de Rivall'.

Et habet idem comes breve suum de bladis et instauris predictis habendis.

Mandatum est Radulfo de Wiliton' quod, ex quo R. comes Pictavie et Cornubie amoverit militem suum a custodia Huberti de Burgo, ipse Radulfus in continenti suscipiat custodiam ejus et non permittat quod aliquis accessum habeat ad eum, preter hoc quod cibus suus deferatur ad januam turris sicut hactenus consuevit deferri. Ipse etiam Radulfus hac die Jovis in festo Sancti Michaelis aliqua hora diei regem certificet utrum predictus comes militem suum a predicta custodia amoverit. Teste ut supra.*

De custodia Huberti de Burgo.—Mandatum est Radulfo de Wyliton' quod custodiam Huberti de Burgo, quam Johannes filius Roberti, miles R. comitis Pictavie et Cornubie, habuit ex parte ejusdem comitis, ab eo recipiat et salvo custodiat eum, non permittens quod aliquis ad eum accessum habeat, hoc excepto quod cibus ejusdem Huberti deferatur ad januam turris Divisarum deferatur (*sic*), sicut deferri consuevit. Teste rege apud Wudestok', xxviij. die Septembris.

Et mandatum est Johanni filio Roberti quod custodiam illius Huberti eidem Radulfo tradat et ad dominum suum redeat, sicut per literas suas ei significat. Teste ut supra.†

Pro priore de Breckenioc.—Mandatum est H. de Trublevill' quod diligenter inquirat quas decimas victualium et de perquisitis ville de Haya‡ prior et monachi Brecconie habere consueverunt de constabulario de Haya tempore aliorum constabulorum usque ad tempus quo predictum castrum devenit in manum regis, et easdem decimas, quas ei constiterit illos habuisse retroactis temporibus, eis habere faciat quamdiu predictum castrum fuerit in manu regis. Teste rege apud Wudestok', xxviij die Septembris.

* This entry is cancelled.

† The word 'patentes' is written in the margin opposite to this entry.

‡ The words 'de Haya' are substituted for 'Brecconie.'

1233.
[m. 2.]

Pro Hugone de Bray.—Hugo de Bray fecit regem securum per cartam suam de fideli servicio. Et mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod de terris suis in balliva sua, quas cepit in manum regis eo quod dicebatur ipsum fuisse apud Wicumbe cum comite Marescallo contra regem, ei plenam saisinam habere faciat cum bladis et catallis in eis inventis die susceptionis presentium literarum. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De bissis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta regis de Gautris faciat habere dilecto et fideli domini regis Willelmo de Gray tres bissas, de dono regis. Teste ut supra. Per Philippum de Albiniaco.

Pro Roberto de Cantuaria.—Rex precepit saisinam fieri Alano Urrici de omnibus terris que fuerunt Magistri Urrici de Bruera in Sutton', Wicford' et Kanewedon' cum pertinentiis, salvis illis, in quorum manibus predicte terre extiterunt de ballio regis, bladis et catallis suis que habent in predictis terris, et redditibus de termino Sancti Michaelis, anno etc. xvij. Et quia Robertus de Cantuaria, clericus de capella regis, habuit de ballio regis medietatem manerii de Kanewedon' de predictis terris, mandatum est Roberto Passelewe quod blada et catalla sua que sunt in eadem medietate, et redditum de predicto termino Sancti Michaelis eidem Roberto habere faciat. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod loco Fulconis de Rucote, quondam coronatoris in comitatu Oxonie, qui mortuus est, eligi faciat alium coronatorem, qui prestito sacramento etc.

De uxore Roberti Musard'.—Rex concessit Juliane uxori Roberti Musard' terram, quam habuit in dotem in comitatu Linc' de terris que fuerunt Thome de Rya, quondam viri sui, ad sustentationem suam. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod, non obstante precepto regis ei facto de terris ipsius Roberti capiendis in manum regis, eidem Juliane de predicta dote plenam saisinam habere faciat, cum bladis et catallis in eadem dote inventis die susceptionis presentium literarum. Teste rege apud Oxoniam, xxx. die Septembris. Per ipsum regem. Pro P. de Rivall'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Eboraci pro eadem Juliana de dote sua, quam habuit de terris que fuerunt Roberti le Vavassur quondam viri sui, non obstante saisina quam Willelmus de Dampere inde habet de ballio regis.

Pro comitissa Penbr'.—Rex terram Ricardi Suhard' in Wahull', quam Michael filius Nicholai habet de ballio regis, commisit A. comitisse Penbr' custodiendam quamdiu regi placuerit, quia est de feodo suo. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod de predicta terra cum pertinentiis eidem comitisse plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Oxoniam, j. die Octobris.

1233.

[m. 2.] *Pro Radulfo Bloet.*—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod Radulfo Bloet de omnibus terris suis in balliva tua (*sic*) que capte fuerunt in manum regis per preceptum suum, plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Oxoniam, j. die Septembris.* Per Macy Besill'.

Pro Engelardo de Cygoiny.—Rex blada que fuerunt in terra Ricardi Suhard' in Hedindon', et blada que fuerunt Walteri de Clifford' in Midelton', que rex cariari precepit usque castrum Oxonie, dedit Engelardo de Cygoyny ad se sustentandum in servicio regis. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod blada illa eidem Engelardo habere faciat. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Engelardo de Cygoiny xx. fusta in Sotovr' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per eundem P.

De quercubus datis.—Mandatum est eidem P. quod in foresta de Brehull' per diversa loca, sicut capi poterunt ad minus nocumentum foreste capi poterunt (*sic*), faciat habere probis hominibus Oxonie c. quercus ad gistandum turellas muri circum villam Oxonie, et planchias faciendas ad easdem turellas. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Willelmo de Brisay.—Rex commisit Willelmo de Brisay terram que fuit Warini Basset in Clifton', custodiendam quamdiu regi placuerit, occasione transgressionis ab eodem Warino regi facte. Et mandatum est probis hominibus de Cliffton' quod predictam terram salvo et secure excoli et seminari faciant, sicut consueverunt tempore ipsius Warini. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in comitatu Norht' extra parcos et haias regis faciat habere fratribus predicatoribus Norhamt' xx. quercus, de dono regis ad operationes domorum suarum. Teste ut supra. Per ipsum.

Pro Willelmo le Engleis.—Rex concessit Willelmo le Engleis, nuntio suo, quod filius et heres Jocelini de Maworthin', qui de rege tenet, ducat in uxorem filiam ipsius Willelmi. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod diligentiam apponat ad hoc quod ipsa ab eo ducatur in uxorem. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Galfrido de Langeberg' vij. quercus in foresta de Den', de dono regis ad quoddam molendinum ad ventum faciendum. Teste rege apud Walingford', ij. die Septembris.

De compoto vicecomitis Oxonie.—Mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario quod admittant Walterum de Tywa loco Engelardi de Cygony ad compotum suum reddendum de tempore suo, quousque idem

* 'Septembris' is probably an error for 'Octobris.'

1233.
[m. 2.] Engelardus personaliter coram eis venerit, facturus inde quod facere debeat tamquam capitalis vicecomes Oxonie, eo quod dominus rex ipsum ad presens secum retinuit. Teste rege apud Rading', ij. die Octobris, anno xvij.

Et mandatum est eisdem quod admittant Walterum de Tywa loco ipsius Engelardi vicecomitis Oxonie ad respondendum pro eo ad Scaccarium de hiis que ad vicecomitem pertinent, quamdiu dictus Walterus fuerit per ipsum Engelardum coram eis ad hoc attornatus, accepta ab eo debita et consueta consuetudine Scaccarii domini regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est P. de Ryvall' quod habere faciat Hugoni de Gurnay duos damos et x. damas in foresta de Windlesor', ad parcum suum de Mapeldurham restaurandum. Teste rege ut supra. Per P. de Ryvall'.

Pro Willelmo de Stutevill' de terra Henrici de Erleg'.—Quia Henricus de Erlegh' ad regem non venit nec alium pro se misit ad pacem suam cum domino rege faciendam et gratiam suam querendam, postquam dominus rex terras suas in manum suam capi precepit: mandatum est vicecomiti Berk' quod talem seisinam Willelmo de Stutevill' de terris predicti Henrici in balliva sua habere faciat, qualem habuit antequam predictus vicecomes eas cepit in manum regis. Teste rege ut supra. Per P. de Rivall'.

Pro Mary Besill' de custodia terre et heredis Reginaldi Basset.—Dominus rex concessit Mathie Bezill custodiam terrarum que fuerunt Reginaldi Basset, habendam usque ad legittimam etatem filie et heredis ipsius Reginaldi, una cum custodia et maritagio ejusdem heredis. Et mandatum est P. de Ryvall' quod de terris que fuerunt predicti Reginaldi, que sunt in manu sua, plenam saisinam ei habere faciat. Teste rege apud Rading', iij. die Octobris, anno regni nostri xvij.

Habet inde literas patentes per eadem verba.[a]

Pro priore Suhampt'.—Dominus rex adhibuit assensum suum electioni facte de fratre Rollando, canonico Sancti Dionisii juxta Suhamt', in priorem ejusdem loci. Et mandatum est P. de Ryvall' quod de omnibus terris, rebus, redditibus et omnibus possessionibus ad dictum prioratum pertinentibus, eidem electo saisinam habere faciat. Teste rege apud Windlesor', iiij. die Octobris, anno xvij.

De fustis datis.—Mandatum est P. de Ryvall' quod habere faciat priori de Hurl' xx. fusta in foresta de Windlesor' ad operationem ecclesie sue de Hurl', de dono regis. Teste ut supra.

De quodam homine Huberti de Burgo qui se tenet in ecclesia.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod, assumptis secum probis et legalibus hominibus de comitatu suo, accedat in propria persona ad

[a] This entry is cancelled 'quia reddidit postea.'

1233.
[m. 2.] ecclesiam Sancti Johannis de Divisis, in qua Thomas homo Huberti de Burgo se tenet, et injungas (*sic*) ei quod vel ecclesiam illam gratis exeat et veniat ad pacem nostram, vel assisam regni nostri faciat illud abjurando. Teste ut supra. Per P. de Ryvall.'

Pro vicecomite Oxonie.—Mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario quod audiant compotum Engelardi de Cygoni, vicecomitis Oxonie, de uno quarterio anni de tempore suo, anno etc. xvij. in forma qua audierunt compotum Johannis de Ulecote de uno quarterio anni anno eodem, tempore quo fuit vicecomes Oxonie. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo Lungespee.—Mandatum est Willelmo de Narzac quod redditum x. librarum, quem Willelmus Lungespee percipere consuevit de manerio de Stok' per manum Ricardi Suhard' et Philippe uxoris sue, dum manerium illud fuit in manu eorum, faciat habere eidem Willelmo, quamdiu manerium illud fuerit in manu sua per preceptum regis, et ad eosdem terminos ad quos per manum ipsorum Ricardi et Philippe eas percipere consuevit. Teste rege apud Keniton', vij. die Octobris. Per P. de Rivall'.

Pro Philippo de Albiniaco.—Rex commisit Philippo de Albiniaco terram quam Gilbertus Basset tenuit in Gahull', custodiendam quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod de terra illa ei plenam saisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Octobris. Per ipsum regem.

Hibernia. Pro diversis.—Mandatum est justiciario Hibernie quod occasione conductus, quem rex concessit Ricardo de Burgo ad veniendum in Angliam duraturum usque ad Pascha anno xviij. ita quod omnia sua sint in eodem statu quo tunc fuerunt, non remaneant alique loquele que versus eum prius mote fuerunt de communi justitia vel speciali, quin currant debito modo secundum consuetudinem terre Hibernie. Teste ut supra.

De garnistura abducenda de Usk'.—Mandatum est Henrico de Trublevill' quod permittatis (*sic*) Ricardum Marescallum, comitem Penbr', abducere blada et vina sua et omnem aliam garnisturam castri sui de Usk' quo voluerit, et pro voluntate sua inde disponere. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Thomas Brian, captus et detentus in prisona regis apud Kenill' pro morte Willelmi de Braos', unde Matildis de Bray eum appellat odio et athia et non etc., habet literas directas vicecomiti War' de se tradendo in ballium usque ad adventum justiciariorum, xij. etc.

Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod ipsum Thomam occasione illius appelli interim non gravet aut molestet.

1233.

[m. 2.] *Pro Henrico de Trublevill'.*—Quia Henricus de Trublevill posuit per preceptum nostrum in ingeniis nostris erigendis apud Mirebel, cum rex esset in Pictavia, xxxv. marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de prestito Pictavie; mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Henricum de predictis xxxv. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Octobris. Per justiciarium.

Boulton'. De mora frussienda.—Rex B. de Insula salutem. Meminimus nos concessisse priori et fratribus leprosis hospitalis Sancti Thome martiris de Boulton', quod ipsi de propria mora sua de Boulton', que est infra forestam nostram Norhumbrie, frussire possint et in culturam redigere sexties xx. acras ad perticam nostram propinquiores predicto hospitali ex parte orientali, et ex parte aquilonari inter predictum hospitale et boscum suum de Birchefald'. Quia vero predicta mora sterilis est nec est sufficiens ad tot acras ibidem frussiendas et redigendas in culturam, concessimus quod in predicta mora possint frussire et in culturam redigere quater xx. acras ad perticam nostram, propinquiores predicto hospitali ex parte orientali et ex parte aquilonari inter dictum hospitale et boscum predictum; et de alneto et riffleto, que sunt inter illud hospitale et predictum boscum versus orientem, possint frussire et in culturam redigere xl. acras ad perticam nostram; et quod omnes predicte acre sint inperpetuum quiete de vasto et regardo, et quod eas claudere possint fossato et haia, ita quod fere bestie intrare possint et exire libere et sine inpedimento. Et ideo vobis mandamus quod illas sexties xx. acras in locis predictis permittatis dictis priori et fratribus sine inpedimento frussire et in culturam redigere, sicut predictum est, quietas de vasto et regardo, et eas fossato et haia claudere, ita quod fere bestie intrare possint et exire, sicut predictum est. Teste ut supra.

Et mandatum est justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu Norhumbrie, quod permittant eosdem priorem et fratres etc. per eadem verba.

[m. 1.] *De quercubus datis.*—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat P. Wintoniensi episcopo xij. quercus in parco de Reyleg', de dono regis ad planchias faciendas. Teste rege apud Westmonasterium xiij. die Octobris.

Pro Roberto de Pavilly.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod habere faciat Roberto de Pavill' omnia blada hujus autumpni proximo preteriti de terra, quam rex ei commisit in Gut[illegible]ich', ad se sustentandum in servicio regis. Teste ut supra.

Pro priore et fratribus hospitalis de Portesm'.[*]—Rex concessit priori et fratribus de Portesm' id quod ad regem pertinet de terra Radulfi de Wolvelinge, qui fugit pro morte hominis unde rettatus est. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod eisdem priori et fratribus de predicta terra cum pertinentiis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per episcopum Wintoniensem.

[*] This title is in the MS. made to refer to the subsequent entry.

1233.
m. 1.

Rogerus le Granger, quem Agnes, que fuit uxor Hugonis Tony, appellat de morte ipsius Hugonis odio et athia et non etc., ut constat per inquisitionem, habet literas directas vicecomiti Norf' quod tradatur in ballium xij. etc.

Pro Amaurico de Gathe.—Rex recepit Amauricum de Gathe ad fidem regis et ligiantiam suam, et concessit quod habeat terras que ad ipsum jure hereditario contingunt. Et mandatum est Radulfo de Ferressenvill' quod de terris quas idem Amauricus de eis tenere debet, homagium suum recipiat. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Octobris. Per justiciarium.

Et mandatum est vicecomiti Dereby quod scire faciat militibus et liberis hominibus qui tenuerunt de Avicia matre predicti Amaurici nomine maritagii sui, quod faciant ei homagia et servicia de terris suis quas tenent, salvo cuilibet jure suo. Teste ut supra. Per eundem justiciarium.

Pro comite R. Marescallo de blado de Twyford' et de Westkinton'.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat R. comiti marescallo blada de hoc autumpno proximo preterito anno xvij. que fuerunt in manerio de Twyford' in comitatu Buk' et manerio de Westkinton' in comitatu Wiltes', que rex ipsi comiti commiserat. Teste ut supra.

Pro David filio Lewelini de manerio de Purle.—Rex dedit nepoti suo David filio Leulini etc. manerium de Purle cum boscis, pratis et omnibus aliis pertinentiis suis. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod eidem vel certo nuntio suo has literas deferenti, plenam inde seisinam habere faciat. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro Willelmo capellano regis.—Mandatum est majori London' quod quendam equum et hernesium et alia catalla Willelmi capellani domini regis, que sunt in custodia sua, et que Thomas de Monte Acuto, qui nuper suspensus fuit, ei abstulit, presentium latori garcioni ipsius Willelmi habere faciatis ad opus ipsius Willelmi. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Octobris.

Pro Henrico de Erlegh'.—Mandatum est vicecomitibus Sumers' et Berk' quod, quia Henricus de Erlegh' fecit dominum regem securum de fideli servicio de omnibus terris suis, de quibus disseisitus fuit in bailliis suis per preceptum regis, plenam ei saisinam habere faciant cum omnibus catallis suis in eisdem terris inventis die quo litteras regis suscipiet. Teste ut supra.

Pro Roberto Musard'.—Eodem modo mandatur vicecomitibus Glouc', Noting', Derb', Berk', Linc' et Eboraci, pro Roberto Musard'.

De tradendo in baillium.—Mandatum est constabulario Bristoll' quod, si frater Willelmus de hospitali Sancti Laurencii Bristoll', quem

1233.
[m. 1.] Ricardus et Walterus de Hanun appellant de morte Willelmi de Hanun odio et athia etc. ut constat per inquisitionem factam per preceptum regis, invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu Glouc' qui eum manucapiat (*sic*) etc. tunc tradat in ballium etc. Teste ut supra.

De respectu loquele.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam, que est coram eis inter abbatissam Sancti Sulpicii petentem et Henricum filium Ancheri, quem rex mittit in nuntium suum ad partes transmarinas, tenentem, de manerio de Laghefar', ponant in respectum usque in xv. dies a die Sancti Hillarii anno xviij. Teste ut supra.

Pro S. de Sedgrave de manerio de Leland'.—Rex dedit Stephano de Sedgrave manerium de Leland' cum omnibus pertinentiis suis, habendum et tenendum sibi et heredibus suis inperpetuum per servicium feodi unius militis pro omni servicio. Et mandatum est P. de Rivall' quod ei de predicto manerio cum pertinentiis suis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Henrico de Trublevill'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod faciat homines de Stubbing', quam rex commisit Henrico de Trublevill', facere ei fidelitatem de tempore quo erunt in manu ejus. Teste ut supra.

Pro comite Ricardo de maneriis ei commissis.—Rex commisit R. comiti Cornubie et Pictavie manerium de Sturministr' cum pertinentiis, quod fuit in manu R. comitis Marescalli, custodiendum quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod de predicto manerio cum pertinentiis suis eidem comiti plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Octobris. Per P. de Rivall'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Buk', de manerio predicti Marescalli de Crendon'.

Vicecomiti Glouc', de manerio de Begeworth'.

Berk', de manerio de Hamsted'.

Oxonie, de Caveresham.

Rex eidem fratri suo commisit, quamdiu ei placuerit, omnes terras Gileberti Basset in comitatu Wilt', que sunt de honore Walingford'. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod de predictis terris plenam ei seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Octobris. Per Petrum de Rivall'.

Pro Macya Beall' de terris in Beston' et Sutherton'.—Rex concessit Macye Beall' terras que fuerunt H. de Burgo in Beston' et Sutherton' cum omnibus pertinentiis suis ad se sustentandum in servicio nostro, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est Roberto Passelewe quod ei de predictis terris, que sunt in manu sua, seisinam habere faciat.

1233.
[m. 1.]

Pro abbate Westmonasterii de lx. solidis habendis de manerio de Watel'.—Mandatum est Roberto Passelewe quod habere faciat abbati Westmonasterii lx. solidos de manerio de Watele, quod est in manu ipsius Roberti, quos in manerio illo singulis annis habere consuevit ad opus pauperum, antequam manerium illud devenit in manum suam per preceptum regis. Teste ut supra.

Pro Michaele filio Nicholai de terris Warini Basset in Sumerset'.—Rex terras Warini Basset in Chiselberg', Norton' et Cinnoc commisit Michaeli filio Nicholai ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod ei de predictis terris plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro Joldano de Doe de manerio de Clatford'.—Eodem modo scribitur Petro de Rivall' de manerio de Clafford' comitis Ricardi Marescalli commisso Joldano de Doe.

Et postea vicecomiti Suht' de eodem manerio eidem Joldano commisso cum bladis et aliis catallis, que fuerunt ipsius comitis, ibidem inventis. Teste ut supra.

De blado de Wingeham cariando ad castrum Dovr'.—Mandatum est custodi archiepiscopatus Cantuariensis quod de bladis regis, que sunt in manerio de Wingeham, cariari faciat per homines ejusdem manerii quadringenta quarteria frumenti usque ad castrum Dovr' ponenda in eodem castro. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Octobris.

De virgis cariandis usque Dovr'.—Mandatum est constabulario de Tonebrug' quod habere faciat B. de Crioil constabulario Dovr' xvj. virgas cum earum gemellis in foresta de Tonebrug', usque in castrum Dovr' cariandas. Teste ut supra.

[*De*] *tradendis in baillium.*—Mandatum est vicecomiti Norf' quod si uterque istorum Rogeri filii Nigelli et Nicholai Asketil, quos Willelmus filius Lefsi appellat de morte Ade filii sui odio et athia et non etc., ut constat per inquisitionem, invenerit ei xij. probos et legales homines qui eos (*sic*) manucapiant habere coram justiciariis apud Westmonasterium die Sancti Hillarii in xv. dies ad standum inde recto, tunc illos tradat in ballium etc. Teste S. de Sedgrave justiciario, xxj. die Octobris. Per eundem justiciarium.

Pro Galfrido de Roches.—Rex concessit Galfrido de Roches terram que fuit Galfridi de Luners cum pertinentiis in Stivinton', ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suhampt' quod ei inde sine dilatione plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Thoma de Albo Monasterio.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod, non obstante mandato regis de facienda seisina Willelmo de Ho de custodia gaiole Wintonie cum pertinentiis, faciat habere Thome

1233.

[m. 1.] de Albo Monasterio, qui prius custodiam illam habuit, redditum de termino Sancti Michaelis anno xvij. de predicta custodia, et blada hujus autumpni de terra ejusdem custodie. Teste ut supra. Per justiciarium et episcopum Wintoniensem.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat priori et canonicis de Esseby x. quercus in foresta de Selveston' ad operationem ecclesie, de dono regis. Teste rege apud Wudest', xxv. die Octobris. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro comite W. de Ferrariis.—Mandatum est J. comiti Cestrie et Hunt' quod cartam regis, quam fieri fecit R. quondam comiti Cestrie et Linc' de terra quam rex eidem comiti dedit inter Ribbel et Merse, et alias cartas, quas habet de portione terre quam W. comes de Ferrariis habet de terris que fuerunt predicti comitis Cestrie, eidem comiti de Ferrariis habere faciat, dans in mandatis abbati Cestrie quod cartas illas ei liberet. Teste ut supra.

Et mandatum est abbati Cestrie quod cartas predictas eidem comiti de Ferrariis liberet.

[Pro] monialibus de Kincton'.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod plenam seisinam habere faciat priorisse et monialibus de Kinton' de terra, quam habuerunt in Cumpton', et unde eas disseisivit occasione precepti regis ei facti de seisina facienda Jacobo de Buvelingham et Hillarie uxori ejus de rationabili parte ipsius Hillarie, que eam contingit de hereditate que fuit Gileberti de Tiller', avi sui. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro Johanne de Alvestein.—Eodem modo scribitur vicecomiti Leyc' pro Alienora Maleins et Johanne de Alvesteyn de terra cum pertinentiis in Lethton'. Teste ut supra. Per eundem.

[m. 17*d.*] Rex ad conservationem libertatum abbatis Rading' concessit ei quod xl. pars mobilium suorum et mobilium hominum suorum assideatur et colligatur per iiij. milites de feodo suo. Et mandatum est collectoribus quadragesime regis in comitatu Berk' quod de predicta quadragesima abbatis illius vel hominum suorum assidenda vel colligenda se non intromittant. Teste rege apud Wycumbe, xxix. die Octobris.

Eodem modo scribitur assessoribus et collectoribus in comitatibus Heref', Wilt', Kancie, Hertf', Bed', Buk', Oxonie, War' et Leic' pro eodem abbate et hominibus suis.

Rex abbati Rading' salutem. Sciatis quod ad conservationem libertatum vestrarum concessimus quod quadragesima pars mobilium vestrorum et mobilium hominum vestrorum in comitatibus Berk', Wiltes', Kancie, Hertf', Bedeford' et Buk', Oxonie, War' et Leic', assideatur et colligatur per quatuor milites de feodo vestro ad hoc specialiter datos, videlicet, Richerum Neirnuit, Simonem filium Nicholai, Nicholaum de Chaus' et Johannem de la Hose; et in comitatu Hereford' per Brianum de Brompton, Hugonem de Croft, Hugonem Godard et Rogerum filium Ade. Et ideo vobis mandamus quod

1233.
[m. 17*d*.] diebus et locis quos vos et dicti assessores ad hoc providebitis commodiores, villatas et homines vestros coram eis venire faciatis, provisuri quod ea, que predictum negotium exposcit, ita diligenter exequamini, ut ex gracia quam vobiscum facimus jacturam non incurramus, set potius diligentia vestra ad hoc adhibita specialiter commendari debeat cum multiplici graciarum actione. Teste rege apud Hes', xxx. die Octobris.

Scribitur etiam predictis assessoribus et collectoribus per duo paria literarum patentium, continentia narrationem ut superius. Et postea sic:—ad predictam quidem xl. assidendam et colligendam de bonis mobilibus abbatis de Rading' et hominum suorum in comitatibus etc. ut proximo superius assignavimus, vos mandantes quod diebus et locis quos predictus abbas et vos ad hoc provideritis commodiores, conveniatis ad predicta exequenda in forma predicta, ita quod negotium istud incipiatur sine omni dilatione et de die in diem continuetur donec perficiatur. Mandavimus enim predicto abbati quod diebus et locis quos ipse et vos ad hoc providebitis, villatas et homines suos ad hoc coram vobis venire faciat. Vos igitur juxta fiduciam etc. ut in primo breve patenti. Teste ut supra. Ipsam autem pecuniam ita collectam in locis eisdem, ubi reponetur generalis quadragesima predictorum comitatuum, modo predicto reponi faciatis. Teste ut supra.

Mandatum est Philippi de Albiniaco quod dominus rex pacari fecit premanibus Drogoni de Barentin, Galfrido Talun et Waltero le Neve, quos misit usque Sanctum Jacobum super Beveron', liberationes suas per xl. dies, videlicet, a vigilia Omnium Sanctorum anno xvij. usque ad xl. dies ipsa vigilia computa. Et quod rex mittit eidem Philippo c. *li.* ad arreragia eorum solvenda, qui in garnisona extiterunt apud Sanctum Jacobum tempore Rannulfi comitis Cestrie usque ad festum Sancti Michaelis anno xvj., et de eisdem c. *li.* debent executores testamenti predicti comitis regi respondere. Mittit etiam rex eidem Philippo c. marcas ad liberationes faciendas hiis qui in castro Sancti Jacobi moram facient, ex quo necesse fuerit eis de liberationibus providere.

Postea fuit mandatum eidem Philippo quod Willelmo de Comandas, Ernaldo de Chasteuvilein, militibus, et Petro de Bariny, balistario, quos rex mittit usque Sanctum Jacobum etc. fecit rex habere liberationes suas de eisdem quadraginta diebus, et quod ipse Philippus eos faciat admitti* ad custodiam Sancti Jacobi sicut predictos Drogonem et socios.

Mandatum est assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatu Nor', quod rex respectum dedit magistro et fratribus militie Templi in Anglia de quadragesima sua et hominum suorum assidenda et colligenda usque ad Natale Domini, anno etc. xvij. et quod se inde interim non intromittant. Teste rege apud Wycumbe, xxx. die Octobris.

Eodem modo scribitur assessoribus et collectoribus quadragesime in omnibus comitatibus Anglie.

* admittu, in MS.

1232.
[m. 17*d.*]

Consimiles literas habet prior Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem de quadragesima sua et hominum suorum in omnibus comitatibus Anglie.

Rex non vult quod aliqua xl^{a}. assideatur super mobilia aliqua que leprose de Bradel' habent. Et mandatum est assessoribus et collectoribus xl. in comitatu Wilt', quod super mobilia sua nullam xl. assideant nec aliquid ab eis occasione ejusdem xl. capiant. Teste rege apud Lamh', ix die Novembris.

Eodem modo scribitur assessoribus et collectoribus xl. in comitatibus Suhamt' et Sumers' et Wigornie.

Eodem modo scribitur assessoribus in comitatu Norf' pro leprosis hospitalis de Sumerton'.

Rex abbati Sancte Marie Eboraci salutem. Sciatis quod ad conservationem libertatum vestrarum concessimus quod xl. pars mobilium vestrorum et mobilium hominum vestrorum in comitatibus Eboraci, Cumbrie et Westmeril' et Linc', assideatur et colligatur per iiij. milites de feodo vestro ad hoc specialiter datos, videlicet, Robertum de Skegenes et Willelmum de Dunesford' in comitatu Eboraci; et Simonem de Castelkairoc et Galfridum de Cruce in comitatibus Cumbrie et Westmeril'; et predictum Robertum de Skegenes et Walterum Mauveisin in comitatu [Linc'][a]. Et ideo vobis mandamus quod diebus et locis, quos vos et dicti assessores ad hoc providebitis commodiores, villatas et homines vestros coram eis venire faciatis, provisuri quod ea, que predictum negocium exposcit, ita diligenter exequamini, ut ex gracia quam vobiscum facimus jacturam non incurramus; set potius diligentia vestra ad hoc adhibita specialiter commendari debeat cum multiplici graciarum actione. Teste me ipso apud Lamht', iiij. die Novembris.

Scribitur etiam assessoribus generalibus quod de xl. ipsius abbatis et hominum suorum se non intromittant. Et per omnia ut superius de xl. abbatis Rading', mutatis tamen quibusdam secundum modum brevis directi abbati Eboraci.

Rex vicecomiti Norhumbrie salutem. Precipimus tibi quod assumptis tecum probis et legalibus hominibus de comitatu tuo, in propria persona tua accedas ad terram Roberti de Manerio in Ethale, et terram Willelmi de Muscamp in Beygermore: et per sacramentum ij. legalium militum de comitatu tuo fieri facias perambulationem inter terram ipsius Roberti in Ethale et terram predicti Willelmi in Beygermore et per certas metas et divisas, quia tam ipse Robertus quam predictus Willelmus coram nobis posuerunt se super perambulacionem illam. Et eam distincte et aperte ita factam habeas sub sigillo tuo et sigillis eorum, per quos facta fuerit, coram justiciariis nostris ad primam assisam, cum in partes illas venerint, qui eam stare faciant. Et habeas ibi nomina militum et hoc breve. Teste me ipso apud Lambeth, ix. die Novembris, anno regni nostri xvij.

---

[a] Name of county omitted in MS.

1232.
[m. 17*d.*]

Oxon'.—Gaufridus Dispens' attornavit Gaufridus de Thorp' contra Alienoram comitissam Sarisburie de consuetudinibus et serviciis, que eadem comitissa exigit versus ipsum Gaufridum de tenemento [in] Barton'.

Hertf'.—Albrea uxor Johannis de Bassingburne attornavit Johannem Revel et Willelmum forestarium contra Johannem de Harpefeld' tenentem, de j. virgata terre in Harpefeld'. Per justiciarium.

Norf'.—Willelmus Talebot attornavit Ricardum le Pressere et Reginaldum de Ryburg' contra Philippum de Pavilly, de consuetudinibus etc. in Parva Riburg'.

Buk'.—Radulfus de Ayrel attornavit Henricum de Ayrel filium suum contra Willelmum filium Reginaldi, Radulfum le Stocker' et Sibillam de Harewod' tenentes, de j. virgata terre in Lillingstan'.

Hereford'.—Matildis que fuit uxor Milonis Pichard' attornavit Thomam de Anesie contra Willelmum Pichard' tenentem, de tercia parte duarum hidarum terre cum pertinentiis in Merston'.

1233.
[m. 16*d.*]

Cornubia.—Rex vicecomiti Cornubie salutem. Summone per bonos summonitores omnes archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites et libere tenentes de tota balliva tua, et de qualibet villa quatuor legales homines et prepositum, et de quolibet burgo duodecim legales burgenses, et omnes alios, qui coram justiciariis itinerantibus venire debent et solent, quod sint coram dilectis et fidelibus nostris Henrico de Tracy, Willelmo de Ralegh, Ada filio Willelmi, W. de Insula et Jordano Oliver, quos justiciarios nostros constituimus ad itinerandum in comitatu tuo apud Lanzaveton' a die Clausi Pasche in tres septimanas, audituri et facturi preceptum nostrum. Facias etiam venire coram eisdem justiciariis omnia placita corone, que placitata non sunt et que emerserunt postquam justiciarii antecessorum nostrorum ultimo itineraverunt in partibus illis ad omnia placita et omnia attachiamenta ad placita illa pertinentia, et omnes assisas et omnia placita, que posita fuerunt ad primam assisam coram justiciariis, cum brevibus assisarum et placitorum; ita quod assise ille et placita pro defectu tui vel summonicionis tue non remaneant. Facias etiam clamari et sciri per totam ballivam tuam quod omnes assise et omnia placita, que fuerunt atterminata et non finita coram justiciariis nostris apud Westmonasterium vel coram justiciariis antecessorum nostrorum, qui ultimo itineraverunt in comitatu tuo de omnibus placitis, tunc sint coram predictis justiciariis nostris in eodem statu in quo remanserunt per preceptum nostrum vel predictorum antecessorum nostrorum vel per preceptum predictorum justiciariorum itinerantium vel justiciariorum nostrorum de banco. Summone etiam per bonos summonitores omnes illos qui vicecomites fuerunt post ultimam itineracionem predictorum justiciariorum in partibus illis, quod tunc sint ibidem coram predictis justiciariis nostris cum brevibus de assisis et placitis, que tempore suo receperunt, ad respondendum de

1233.

[m. 16d.] tempore suo, sicut responderi debet coram justiciariis itinerantibus. Et habeas etc. Teste rege apud Cantuariam, iiij. die Aprilis.*

Scribitur singulis eorum per literas clausas quod dictis die et loco illuc veniant ad hoc diligentiam apposituri, quam rex habere debeat commendatam.

†Rex Henrico de Tracy, Willelmo de Ralegh, Ade filio Willelmi, Ricardo Duket et Jordano Oliveri salutem. Sciatis quod constituimus vos justiciarios nostros ad itinerandum in comitatu Cornubie de omnibus assisis et placitis, tam corone nostre quam aliis, que emerserunt postquam justiciarii antecessorum nostrorum ultimo itineraverunt in predicto comitatu de omnibus placitis, ut sint coram vobis in eodem statu in quo remanserunt per preceptum nostrum vel per predictos justiciarios antecessorum nostrorum itinerantes vel per justiciarios nostros de banco. Et mandatur vicecomiti nostro Cornubie quod in crastino Sancti Hillarii anno xvij. faciat coram vobis apud Lanzaveton' summoniciones fieri et atach[iamenta] venire cum brevibus assisarum et placitorum predictorum. In cujus etc. Teste ut supra.

Et mandatum est archiepiscopis, episcopis etc. quod ad hoc eisdem justiciariis sint intendentes. In cujus etc. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Beinvill' et Olivero Maufe, assessores et collectores quadragesime in comitatu Hunt', quod occasione mandati regis eis facti de quadragesima totius comitatus Hunt' assidenda et colligenda, de bonis mobilibus abbatis de Rames' vel hominum suorum infra banleugam Rames' nullatenus se intromittant, quia rex assignavit Willelmum de Wichinden', Willelmum de Henigfeld' et Oliverum le Moine ad predictam quadragesimam assidendam et colligendam loco predicto.

Scribitur etiam eisdem in forma generali de illa quadragesima assidenda et colligenda ibidem. Et vicecomiti Hunt' quod coram eis venire faciat etc.

Rex respectum dedit monachis ordinis Cysterciensis et canonicis ordinis Premonstratensis de quadragesima mobilium suorum et hominum suorum assidenda et colligenda, usque ad Natale Domini anno etc. xvij. Et mandatum est assessoribus quadragesime in comitatu Oxonie quod de quadragesima predictorum religiosorum vel hominum suorum assidenda vel colligenda, se interim non intromittant. Teste P. Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium, xiiij. die Novembris. Per ipsum Wintoniensem, comitem Marescallum et justiciarium.

Eodem modo scribitur assessoribus quadragesime in comitatibus Glouc', Sumers', Cant' et Hunt', Norf', Leic', Salop', Ebor', Suff', Linc', Bed', Buk', Derb', Staff', War', ‡Midd', Staff', Dors', Devon', Lanc', Estriding, Westriding, et Northriding, Salop', Heref', Essex', assessoribus in libertate Sancti Edmundi.

* The date is altered from *apud Westmonasterium x. die Novembris anno xvij.*

† Entry cancelled.

‡ From *Midd* to *Edmundi* seems to have been inserted after the rest.

1233.
[m. 16d.]

Eodem modo scribitur pro canonicis et monialibus de Simplingham, assessoribus quadragesime in comitatibus Norhamt', Linc', Norf', Bed', Ebor', Cant', Buk', Leic', Noting', Westmeril', Dereb'.

Mandatum est assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatu Suff' quod occasione quadragesime assidende et colligende in comitatu Suff', nullam quadragesimam exigant a navibus comitatus predicti. Teste rege apud Norhamt', xix. die Novembris.

Mandatum est assessoribus quadragesime in comitatibus Kant' et Hunted' quod non assideant quadragesimam aliquam super mobilia prioris Hunted' ad ecclesias parochiales quas habet spectantia contra formam expressam in literis patentibus, quas habent penes se de quadragesima assidenda et colligenda. Teste rege apud Norhamt', xxj. die Novembris.

Rex W. Wygorniensi episcopo salutem. In hiis que vestram tangunt libertatem vobis volentes obtemperare, ad instantiam vestram concessimus quod quadragesima mobilium vestrorum et hominum vestrorum assideatur et colligatur per duos ex militibus vestris, videlicet, Rogerum le Poher et Galfridum de Abbetoft. Vos igitur diebus et locis quos ad hoc providebitis commodiores, una cum predictis assessoribus coram eis sine dilacione venire faciatis villatas et homines vestros ad illam quadragesimam assidendam et colligendam, ne ex gracia, quam vobis facimus, dampnum incurramus. Teste rege apud Kenill', xxv. die Novembris.

Et mandatum est assessoribus in comitatu War' quod se non intromittant de quadragesima mobilium ipsius episcopi vel hominum suorum assidenda vel colligenda. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur assessoribus in comitatibus Wigornie, Glouc'.

Et mandatum est eisdem Galfrido et Rogero quod certis die et loco, quos ad hoc providerint commodiores, conveniant ad predicta exequenda in forma literarum patentium primo confectarum, mutatis quibusdam.

Mandatum est ballivis de Brug' quod decimam molendinorum regis de Brug', que sunt in manu eorum, decetero reddant ecclesie in cujus parochia sita sunt.

Rex respectum dedit Hugoni de Ver de se milite faciendo usque ad Pentecosten, anno xvij. Et mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod, non obstante precepto regis de omnibus illis distringendis ad se milites faciendos, qui arma non caperent citra Natale Domini anno eodem, pacem ei habere permittat usque ad predictam Pentecosten. Teste rege apud Norhamt', xxij. die Novembris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Suff' et Essex'.

Suhamt'.—Robertus filius Hereberti attornavit Radulfum le Bastard' contra Johannem filium Galfridi, tenentem, de ij. carucatis terre in Erdham.

1233.

[m. 16*d*.] *Wilt'*.—Petrus de Minbir' attornavit Hugonem de Cumb' contra Petrum de la Saucee, petentem, de ij. hidis terre in Lavinton' Episcopi.

Buk'.—Hugo od la Barbe et Elicia uxor ejus attornaverunt Willelmum od la Barbe contra Walterum de Norhont et Amiciam uxorem ejus, tenentes, de dimidia virgata terre in Craul'.

Linc'.—Willelmus Paynel attornavit Jollanum de Rase contra Thomam de Scotyny, tenentem, de xij. bovatis terre in Rase.

Norhamt'.—Abbas de Pipwell' attornavit fratrem Walterum de Hoiland' monachum suum, contra Eustachiam de Watford', tenentem, de v. virgatis terre in Asheby.

Ebor'.—Robertus de Gaunt attornavit Johannem de Menithorp' versus Henricum de Berlay, tenentem, de tenemento in Branham.

Linc'.—Gilebertus de Gaunt, petens, attornavit Radulfum de Carleton' contra Willelmum Lungesp', de consuetudinibus etc. in Bretelby.

Salop'.—Isolda Punch' attornavit Johannem Tete contra Sibillam sororem ejus, tenentem, de medietate xvij. acrarum terre et dimidie in Colneham.

Roesia de Verdun attornavit Robertum de Wutton' et Robertum de Verdun in assisa mortis antecessoris coram justiciariis itinerantibus in comitatu Loneth', contra Walterum de Bosco, Margeriam de Bosco et Aliciam de Bosco petentes, de v. carucatis terre in Wusterath' in Hibernia.

[m. 15*d*.] Mandatum est Willelmo de Blockel' quod, occasione et dilatione postpositis, sit ad regem in crastino Natalis Domini ad certificandum regem de exitibus et redditibus terrarum H. de Burgo, qui scilicet eos receperint a tempore quo ultimus compotus inde redditus fuit, et quo devenerint, et qui eos habeant, et que mobilia vel bona sint amota de predictis terris et per quos, et qui ea habeant. Teste rege apud Bordel', xxv. die Novembris:—

Eodem modo scribitur:—
Ricardo de Wokind'.
Alano Poingnant.
Laurencio de Sancto Albano.
Philippo de Eye.
Roberto de Becles.
Henrico de Bradegar'.
Rogero de Withindon'.
Roberto de Cokefeld'.
Hugoni de Kinardesl'.
Gileberto de Kirketon'.
Ade filio Hervici.
Willelmo de Wigehal'.

1233.
[m. 15d.]

Priori Sancte Radegunde scribitur quod tunc sit ibi loquturus cum rege de negociis suis.

Mandatum est assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatu Heref', quod non intromittant se de quadragesima prioris de Wenlac vel hominum suorum; quia rex concessit eidem priori quod quadragesima sua et hominum suorum assideatur et colligatur per Nicholaum Wilileg' et Johannem Tete. Teste rege apud Wenlac, secundo die Decembris.

Eodem modo scribitur assessoribus et collectoribus in comitatibus Salopie, Staff' et Wigornie.

Scribitur etiam eisdem Nicholao et Johanni in forma generali sicut superius pro abbate Rading', hoc tamen mutato, quod vicecomites debent villatas facere venire coram eisdem ad assidendum, etc.

Rex concessit priori de Wenlac, quem misit in servicium suum ad partes transmarinas, quod quadragesima mobilium suorum et mobilium hominum suorum assideatur tantummodo in forma contenta in literis patentibus, ita tamen quod nihil colligatur vel recipiatur antequam idem prior redierit de partibus predictis. Et mandatum est eisdem Nicholao et Johanni quod, non obstante eo quod continetur in predictis literis patentibus de quadragesima illa assidenda et colligenda, nichil de predicta quadragesima colligant vel recipiant ante reditum ipsius prioris. Fiant tamen tallie inter eos et ballivos ipsius prioris de particulis predicte quadragesime, ut sciatur que et quanta fuerit summa quadragesime, tam mobilium suorum quam mobilium hominum suorum. Teste ut supra.

Rex concessit episcopo Herefordensi quod quadragesima mobilium suorum et mobilium hominum suorum in comitatibus Heref', Glouc' et Salopie, et Wigornie et Wiltes' assideatur et colligatur per Hugonem de Duddeleg' et Rogerum le Poher, milites ejus, in forma suprascripta. Et mandatum est eisdem assessoribus ut supra, et aliis assessoribus in comitatibus illis quod de predicta quadragesima ipsius episcopi et hominum assidenda vel colligenda se non intromittant.

Quia datum est regi intelligi quod tres domus hospitales in comitatu Surr', videlicet, Reigat', Sandon' et Tanwigge, ita pauperes sunt quod non habent quod manducent nisi clerici mendicant elemosinas aliorum: mandatum est assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatu illo, quod de mobilibus illorum nullam quadragesimam assideant vel colligant, quia rex vult quod inde sint quiete. Teste rege apud Heref', xiiij. die Decembris. Per episcopum Wintoniensem.

Eodem modo scribitur pro domo hospitali Sancti Thome de Suwerk' in comitatibus Surr', Buk' et Kancie. Per predictum episcopum Wintoniensem.

Mandatum est assessoribus collectoribus quadragesime in comitatu Suff', quod occasione quadragesime assidende et colligende in comitatu Suff' super naves vel retia hominum de Dunewic' nullam quadragesimam

1233.

[m. 15*d*.] assideant vel colligant. nec de auro vel argento eorum aliquid nomine quadragesime exigant. diligentius inspicientes verba brevis eis directi de predicta quadragesima assidenda et colligenda. Teste rege apud Sanctum Briavellum, xviij. die Decembris.

Rex non vult quod aliqua quadragesima assideatur super bona hospitalis Sancti Laurencii juxta Bristoll' vel hominum suorum. Et mandatum est assessoribus et collectoribus in comitatu Glouc' quod eos inde quietos esse permittant. ita quod ab eis nihil nomine quadragesime exigant vel capiant. Teste ut supra.

Mandatum est assessoribus quadragesime in comitatu Suff', quod super alia catalla quam super ea que continentur in literis regis patentibus eis directis, nullam quadragesimam assideant vel ad opus regis capiant. Teste rege apud Ledebir', xxiij. die Decembris.

Rex dedit respectum usque ad instantem Purificationem priorisse de Westwod' de quadragesima sua assidenda et colligenda. Et mandatum est assessoribus et collectoribus in comitatu Wigornie quod respectum illum ei habere faciant. Teste rege apud Theok', xxviij. die Decembris.

Rex assignavit Willelmum de Brochamt' et Johannem Devon' ad quadragesimam omnium mobilium R. comitis et hominum suorum in comitatibus Oxonie, Norf' et Suff', Cantebrigie et Hunt', Bed', Essex' assidendam et colligendam. Et mandatum est assessoribus etc. in comitatu illo quod de quadragesima ejus et hominum suorum se non intromittant. Teste rege apud Theok', xxix. die Decembris.

Eodem modo scribitur assessoribus etc. in comitatu Berk', de Willelmo Wancy et Johanne Belet. In comitatibus Buk' et Hertf', Willelmus de Brochamt' et Johannes Devon'. In comitatibus Glouc' et Wilt', Walterus de Morton' et Willelmus Crupett. In comitatibus Dors' et Sumers', Rogerus Andr' et Adam frater ejus. In comitatu Suht', Johannes Belet et Petrus clericus. In comitatu Sussex', Petrus de Brecham et Elyas Truschar'.

Scribitur etiam per literas patentes predictis Willelmo de Brochamton' et Johanni le Deveneis de predicta quadragesima assidenda et colligenda in comitatibus Oxonie et Buk', ut supra de abbate de Reding'; et Willelmo de Wancy et Johanni Belet de quadragesima ipsius comitis assidenda et colligenda in comitatu Berk.'

Rex concessit fratribus Sancti Lazari in Anglia quod ipsi quieti sint de quadragesima regi danda de rebus suis propriis. Et mandatum est assessoribus in comitatu Sussex' quod ipsos inde quietos esse permittant (*sic*), ita quod regi respondeant quadragesima hominum suorum. Teste rege apud Theok', xxxj. die Decembris.

Eodem modo scribitur assessoribus in comitatibus Eboraci, Linc', Norf', Leic', Derb.'

[1233.]
[m. 15d.] Mandatur assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatu Wilt', quod occasione quadragesime regis, ad quam assidendam et colligendam in comitatu Wilt' rex eos assignavit, nullam quadragesimam assideant super mobilia magistri ordinis de Simplingham vel hominum suorum in eodem comitatu, nec in aliquo se inde intromittant. Set si quid ab eis ceperint nomine quadragesime, id eis sine dilatione reddant. Teste rege apud Glouc', j. die Januarii.

Eodem modo scribitur assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatibus Linc', Norf', Westmerl', Hunt', Norht', Cantebrigie, Noting', Eboraci, Bed', Leic', War', Dereb', Buk'.

Rex concessit priori Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia quod quadragesimam mobilium suorum et mobilium hominum suorum assideri faciat et colligi per homines suos proprios. Et mandatum est assessoribus et collectoribus quod de quadragesima ipsius prioris et hominum suorum assidenda vel colligenda se non intromittant, et, si quid inde ceperint, eidem priori reddi faciant. Teste rege apud Wincheecumbe, iiij. die Januarii.

Eodem modo scribitur assessoribus et collectoribus in omnibus comitatibus Anglie.

Rex concessit magistro hospitalis Sancti Egidii leprosorum extra Lond', quod quietus sit de quadragesima mobilium suorum et hominum suorum. Et mandatum est assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatu Midd' quod de predicta quadragesima eorum in nullo se intromittant, et si quid inde ceperint vel si aliqua de averiis suis ea occasione ceperint, deliberari faciant. Teste P. Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxxi. die Januarii.

Salopia.—Editha, que fuit uxor Alani Bunel, et Agnes soror ejus attornaverunt Nicholaum filium Hamonis, virum ipsius Agnetis, contra Jacobum de Forgat' tenentem, de xx. acris in Forgat'.

Radulfus de Mortuo Mari attornavit Radulfum de Gerres contra Robertum de Wudeton', de hoc quod idem Radulfus non exigat ab eo consuetudines etc. in Hugel'.

Wigornia.—W. Wigorniensis episcopus attornavit Willelmum le Porter et Reginaldum de Alvithechirch' contra Willelmum de Norf', de custodia parci de Alvithechirch'.

Glouc'.—Johannes Byset attornavit Willelmum le Wavasur contra abbatem Cyrenc' de placito, quod idem abbas non distringat eum ad sectam faciendam ad hundredum de Cyrenc', vel alias consuetudines etc.

Norht'.—Gilebertus de Preston' attornavit Willelmum de Rodes contra Willelmum de Preston' petentem, de ij. virgatis terre in Buketon'.

Cantebrigia.—Isabella de Evereus attornavit attornavit (*sic*) Gerardum de Hustemaigne contra Alanum de Hida tenentem, de tercia parte unius carucate terre in Trumpiton'.

1233.
[m. 15*d*.]

Linc'.—Willelmus Painel attornavit Jollanum de Rasne contra Thomam de Scotiny tenentem, de xii. bovatis terre in media Rasn'.

Justiciario Hibernie.—Prior de Lantoeney attornavit Walterum de Dunye et Johannem de Brocworth' in assisa que summonita est coram eo inter Nicholaum Parvum querentem et ipsum priorem deforciantem, de advocatione ecclesie de Admuling'; et in assisa etc. inter eosdem de advocatione ecclesie de Radkenny.

Eudo de Merland' venit coram rege apud Sanctum Briavellum die Veneris post festum sancte Lucie, et petiit terram suam in Merland' sibi replegiari, que capta est in manu regis pro defalta ipsius Eudonis.

Prior de Bathonia venit coram rege apud Strigoil die Dominica ante Natale et petiit terram sibi replegiari, quam episcopus Bathoniensis clamat versus eum in Banco, et que capta est in manum regis per defaltam ipsius prioris.

Henricus abbas Glouc' venit coram rege apud Glouc' die Dominica in crastino Circumcisionis, et petiit terram suam in Bramton' sibi replegiari, quam Willelmus Molendinarius et Agnes uxor ejus clamant versus eum; et que capta est etc. per defaltam etc. Et hoc significatum est justiciariis in Banco.

Eboracum.—Henricus le Chamberleng habet respectum de se milite faciendo usque ad Pentecosten, anno xvij. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod ipsum interim adhuc non distringat.

[m. 14*d*.] Mandatum est assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatu Oxonie. quod de quadragesima mobilium monachorum ordinis Cysterciensis et hominum suorum assidenda et colligenda respectum habere permittant usque ad Purificationem Beate Marie proximo instantem. Et si quid inde ceperint, eis sine dilacione reddi, et averia, si que ea occasione capi fecerint, deliberari faciant. Teste rege apud Wudest', viij. die Januarii.

Eodem modo scribitur assessoribus et collectoribus in comitatibus Berk', Suht', Wilt', Sumers', Glouc', Sussex', Surr', Midd', Buk', Norht', Kancie, Essex'.

Mandatum est assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatu Staff' quod respectum habere permittant magistro et fratribus Milicie in Anglia de quadragesima sua et hominum suorum assidenda et colligenda usque ad mediam Quadragesimam, et quod eos interim inde non distringant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur omnibus assessoribus et collectoribus in singulis comitatibus.

War'.—Robertus abbas de Abbendon' attornavit Thomam de Drayton' et Thomam de Tengelee contra Johannem de Curly, de consuetudinibus et serviciis, que idem abbas exigit ab eo de libero tenemento suo quod de eo tenet in Hull'.

Rex dedit respectum priorisse de Scepeye de quadragesima mobilium suorum et hominum suorum assidenda et colligenda, usque ad Purificationem Sancte Marie, anno regni sui xvij. Per P. Wintoniensem episcopum coram justiciario.

1233.

[m. 14*d*.] Johannes de Romundeby, Philippus de Colevill' et Robertus de Hellebec assignati sunt ex parte regis pro domino episcopo Dunholmensi, ad quadragesimam mobilium suorum et mobilium hominum suorum infra libertatem suam de Alverton' assidendam et colligendam, in forma superius expressa.

Bed'.—Radulfus Pirot attornavit Robertum Espurun contra Robertum Burnard' tenentem, de una carucata terre in Beston', Budenho, Caldecot'.

Kancia.—Priorissa de Lillescherch' attornavit Johannem de Dyveleg' contra magistrum milicie Templi in Anglia de sectis, quas idem magister ab eo (*sic*) exigit ad hundredum suum de Shamel'.

Staff'.—Andreas Blundus attornavit Willelmum de Peneriz et Johannem Thever.

Midd.'—Abbas Sancte Katerine de Rotomago attornavit Rogerum de la Dune, Walterum le Chapelein et Gervasium Burnel contra Radulfum le Rey, Willelmum de la Stile, Rogerum de Hulmo, Willelmum de Bruera, Osbertum de Bruera, Osegod de Chimino, Petrum de Chimino, Willelmum Crunde, Matheum le Veil, Jordanum de Suthcot', Matheum Juvenem, Robertum Tres, Willelmum del Su, Johannem Blundum, Johannem Gode, Ricardum Tat, Willelmum Hereb', Willelmum Tut, Rogerum Gerard, Radulfum Godgrom, Ricardum Huberti, Willelmum piscatorem, Sewardum de Colebroc', Walterum Gerard', Rogerum molendinarium, Willelmum filium Alvet, Hugonem Ruffum, Johannem Palmerum, Elyam de Hermodesworth', Ricardum de Berearia, de eo quod ipse abbas non exigat ab eis consuetudines etc. de libero tenemento suo in Hermodeswodesworth' (*sic*).

Eboracum.—Abbas de Rupe attornavit Willelmum de Otteleg' contra Radulfum de Normanvill', Alanum de Heref' et Agnetem uxorem ejus de consuetudinibus etc. que idem abbas ab eis exigit de libero tenemento in Brineford' et Steinton', et contra Gilebertum de Sancto Paulo de eo quod idem Gilebertus acquietet eum de servicio quod Stephanus de S. de Sedgrave (*sic*) ab eo exigit de tenemento in Anestham.

Essex'.—Abbas Westmonasterii attornavit fratrem Johannem de Oxonia contra Robertum de Tyllebir' de consuetudinibus etc. que idem abbas exigit ab eodem Roberto de tenemento in Elteneye.

Sussex'.—Warinus Bassett attornavit Willelmum de Dunton' contra Willelmum de Holendal' de feodo unius militis cum pertinenciis in Cynnok'.

[m. 13*d*.] Mandatum est assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatu Norhumbr', quod nullam quadragesimam assideant super mobilia abbatum et monachorum de ordine Cysterciensi vel hominum suorum, nec inde quadragesimam colligant sine speciali precepto regis: et, si

1233.

[m. 13*d*.] quid de mobilibus dominicorum ipsorum abbatum et monachorum ceperint nomine quadragesime, id ei[s] reddi faciant. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Februarii.

Eodem modo scribitur omnibus assessoribus in omnibus comitatibus per Angliam pro eisdem, et etiam infra libertatem Sancti Edmundi.

Eodem modo scribitur assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatu Eboraci, pro priorissa et monialibus de Swine de eodem ordine.

Eodem modo scribitur pro monialibus de Tarent', que sint de eodem ordine Cisterciensi in Dors'.

Rex assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatu Surr', salutem. Mandamus vobis quod rotulos vestros de assessione predicte quadragesime, et similiter rotulos de collecta ejusdem quadragesime, distincte et aperte preparatos, omni occasione cessante, mittatis apud Westmonasterium coram baronibus nostris de Scaccario prima die Dominica instantis Quadragesime anno regni nostri xvij., et rotulos ipsos ibidem predictis baronibus liberari faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Februarii, anno eodem.

Eodem modo scribitur assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatibus Essex', Hertford', Middelsex', Kantie, Sussex', Berk', Suhampt', Bedeford', Buk', Oxonie et in insula de Wict'.

Rex concessit canonicis de Monasterio Cornuto quod ipsi et homines sui quieti sint de quadragesima regi danda de mobilibus suis. Et mandatum est assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatu Essex', quod nichil ab eis nomine quadragesime ad opus regis capiant, et inde eos quietos esse permittant. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Februarii.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod per sacramentum xij. legalium et discretorum militum de visneto de Cneveton' et Upsal', per quos rei veritas melius poterit inquiri, perambulacionem fieri faciat inter terram R. Dunholmensis episcopi in Cneveton' et terram Galfridi de Upsal' in Upsal', ita quod perambulacio fiat per certas metas et divisas, quia ipsi episcopus et Galfridus posuerunt se coram rege in perambulacione illa. Et scire faciat justiciariis ad primum adventum etc. distincte et aperte sub sigillo suo et per iiij. milites ex illis qui perambulacioni illi interfuerint, per quas metas et divisas perambulacio illa facta facta (*sic*) fuerit. Et habeat ibi nomina militum et hoc breve. Teste P. Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium, xviij. die Februarii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus :—Devonie, de perambulacione facta inter terram Ricardi abbatis de Dunekewell' in Dunekeswell' et terram Andree de Lovepit in Lovepit.

Sumers'.—De perambulacione facta inter terram Reginaldi de Mohun in Dunestorr' et terram Hugonis de Avele in Avele.

Mandatum est assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatu Sussex' quod, non obstante eo quod rex concessit R. comiti Marescallo quod ipse per milites suos ad hoc specialiter

1233.
[m. 13*d*.] assignatos assideri et colligi faciat quadragesimam mobilium suorum et mobilium hominum suorum, quadragesimam mobilium Willelmi Exoniensis episcopi et hominum suorum infra hundredum predicti comitis, in forma eis demandata assideant et colligant. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Februarii. Per justiciarium coram episcopo Wintoniensi.

Rex Margarete, uxori H. de Burgo, salutem. Mittimus ad vos Robertum de Briwes, vicecomitem Norf' et Suff', ad loquendum vobiscum super quibusdam literis impetratis in curia Romana pro predicto domino vestro et vobis, cui fidem habeatis in hiis que vobis dicet ex parte nostra de negotio predicto. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Februarii.

Willelmus de Helegeie venit coram rege die Sabbati post Cineres, et petiit terram suam in Heleg' sibi replegiari, quam Radulfus filius Petri clamat versus ipsum, et que capta est in manum regis pro defalta ipsius Willelmi. Et hoc significatum est justiciariis de banco etc.

Robertus de Neuton', Willelmus de Holmere, Henricus de Ameringhal', Willelmus le Fevre, Willelmus Olle et Henricus le Pestur venerunt coram rege die Martis ante mediam Quadragesimam et petierunt terram suam in Biskel' replegiari, ut supra. Teste rege apud Kenet', viij. die Marcii.

Kancia.—Matildis de Wyteb' attornavit Johannem filium Walteri contra Johannem Martin petentem, de medietate novem acrarum terre et unius messuagii in Grenewic'.

Sussex'.—Willelmus de Monte Acuto attornavit Thomam de Bekenor' contra Willelmum de Sancto Leodegario et Johannam matrem ejus, de divisis faciendis inter terram ipsius Willelmi de Monte Acuto in Pevenes' et alterius Willelmi et ipsius Johanne in Wurling'.

Norht'.—Idem attornavit Thomam del Estre contra Henricum de Alneto, de divisis faciendis inter terram ipsius W. in Preston' et terram ejusdem Henrici in Maideford'.

Hibernia.—L. Dublinensis archiepiscopus attornavit Johannem de Horsye in loquela, que est inter Ricardum de Burgo petentem et Andream le Blund tenentem: unde vocavit ad warantum predictum archiepiscopum de tenemento in Keneshal'.

Hertf'.—Alicia uxor Willelmi de la Grene attornavit ipsum Willelmum contra Rogerum filium Walteri et Agnetem uxorem ejus tenentes, de medietate vj. denariatarum redditus et xvij. acrarum terre in Sabrictesworth'.

Eboracum.—Robertus de Ulram attornavit Adam le Noreis contra Dionisiam, que fuit uxor Willelmi de Lascel', petentem de tercia parte duarum bovatarum terre et duorum toftorum cum pertinenciis in Otringham.

1233.

[m. 13d.] Frater R. magister milicie Templi attornavit Henricum de Ribestein contra Radulfum de Faxflet impedientem, de quadam via in Faxflet.

Rex dedit in mandatis vicecomiti Wiltes' quod venire faciat coram H. de Burgo quatuor legales milites de comitatu suo ad audiendum quem attornare voluerit loco suo, ad lucrandum vel perdendum in diversis loquelis que mote sunt in curia regis erga eum. Et mandatum est eidem Huberto quod coram ipsis militibus attornet unum vel duos de suis loco suo ad hoc faciendum. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Februarii.

Et mandatum est custodibus ejusdem Huberti quod eosdem milites permittant ad eum accessum habere, ad audiendum in presencia eorum quem loco suo in predictis loquelis attornare voluerit, ita quod aliunde cum eo non loquantur. Permittant etiam Radulfum filium Nicholai, quem rex mittit ad ipsum H. ad loquendum cum eo super quibusdam negociis, ad ipsum accedere et cum eo colloquium habere in presencia eorum. Teste ut supra.

Hibernia.—Andreas Blundus attornavit Ricardum de Bray et Willelmum Pipard' contra Ricardum de Burgo petentem, de manerio de Kneshal' cum pertinenciis.

Essex'.—Ricardus prior Sancte Trinitatis Lond' attornavit Rogerum deu (*sic*) Coudray contra Willelmum de Purl' deforciantem, de consuetudinibus etc. in parva Waltham.

Eboracum.—Johannes de Kirkeb' attornavit Willelmum filium Roberti contra Ricardum de Brakenbergh' et Emmam que fuit uxor Warini de Vescy, de divisis faciendis inter terram ipsius Johannis in Helwefeld' et terram ipsorum in Swinden'.

W. comes Albemarl' attornavit Robertum de Fereby contra Amiciam que fuit uxor Petri Gillot tenentem, de tercia parte unius carucate terre in Brocton'.

[m. 12d.] Mandatum est probis hominibus de Hasting' quod ad diem et locum, quos assessores quadragesime in comitatu Sussex' eis scire facient, conveniant coram eis ad quadragesimam mobilium suorum et hominum suorum assidendam et colligendam in forma eisdem collectoribus demandata prius per literas regis. Et si postquam per eos assisa fuerit, voluerint eam per manus suas colligere; hoc bene placet regi, ita quod per rotulos et per tallias inter eos confectas eam liberent eisdem collectoribus reponendam una cum alia quadragesima in comitatu Sussex', quo rex eis injunxit. Teste rege apud* xxv. die Februarii.

Eodem modo scribitur hominibus de Winchel', Pevenes', et Ria.

Et mandatum est eisdem collectoribus quod diem et locum eis inde significent.

* No place is inserted in the roll.

1233.
[m. 12*d*.]

Mandatum est assessoribus quadragesime in comitatu Kancie quod abbatibus et canonicis Sancte Radegundis et de Langed', respectum habere permittant de quadragesima mobilium suorum reddenda usque in xv. dies a die Pasche, anno xvij. Teste j. die Marcii.

W. Carleolensis episcopus rettatur coram rege quod, postquam receperat in custodiam suam castrum Carl', recepit de Thoma de Muleton' ad opus regis unam carucam boum de dono suo et l. quarteria frumenti et x. dolia vini, que H. Dublinensis archiepiscopus, tempore quo fuit justiciarius Hibernie, ei fecit liberari per preceptum regis ad munitionem predicti castri. Et mandatum est eidem Thome quod, si idem episcopus unam carucam boum et l. quarteria frumenti et x. dolia vini ei faciat liberari ad opus regis, omnia bona sua que idem episcopus habet in castro predicto ei sine inpedimento habere permittat ad faciendum inde quod voluerit; et diligenter inquirat si idem episcopus alia ad opus regis recepit ad ejusdem castri munitionem et que, et regem inde certificet sub sigillo suo et sigillis eorum per quos inquisicio illa facta fuerit. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Februarii.

Rex concessit priori de Lecton', procuratori sanctimonialium de Fonte Ebroldi, quod per manum suam colligi faciat quadragesimam mobilium ipsarum sanctimonialium et hominum suorum in forma literis patentibus contenta de alia quadragesima regis colligenda. Et mandatum est assessoribus quadragesime in comitatu Suht' quod ipsum priorem predictam quadragesimam per manum suam sicut predictum est, colligere permittant. Et si quid inde ceperint, id eis sine dilacione reddi faciant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur assessoribus in comitatibus Buk', Bed', Glouc', Dors'.

Mandatum est assessoribus quadragesime in Westriding quod statim, ex quo quadragesima regis per eos assisa fuerit et collecta, totam pecuniam inde per eos collectam in propriis personis venire faciant usque Eboracum sub conductu vicecomitis Eboraci, cui rex precepit quod ad mandatum eorum ad hoc salvum eis conductum habere faciat; et eam liberent vicecomiti Eboraci sub sigillis suis signatam, cum transcripto rotulorum suorum continente distincte et aperte summam et particulas totius quadragesime predicte, tam fideliter et diligenter se inde intromittentes quod rex eis grates scire debeat. Teste rege apud Lamh', xxviij. die Februarii.

Eodem modo scribitur assessoribus:—

in Estriding' in Rypun et Beverl' Nortriding in Norhumbria in Westmerl' in Cumbria in Lanc'	Usque Eboracum sub conductu vicecomitis.
Lindes' Hoyland' Ketsteven'	Usque Noting' sub conductu vicecomitis Linc', liberanda constabulario Noting'.

1233.
[m. 12*d*.]

Mandatum est vicecomitibus Norhumbrie, Cumbrie, Westmer' et Lanc' quod, ex quo quadragesima nostra comitatuum suorum assisa et collecta fuerit, et assessores quadragesime illius id ei scire facient, ad mandatum eorum salvum conductum eis habere faciant ad ipsam quadragesimam unacum ipsis assessoribus salvo conducendam usque Eboracum liberandam vicecomiti Eboraci. Et custum etc.

Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod, ex quo quadragesima comitatus sui assisa fuerit et collecta, et assessores comitatus sui id ei scire fecerint, ad mandatum eorum salvum eis ad pecuniam illam conducendam usque Eboracum faciat habere conductum; et quadragesimam illam simul cum quadragesima comitatuum predictorum ut supra preter Linc,' ex quo illam receperit signatam sigillis predictorum assessorum simul cum transcriptis rotulorum suorum continentibus summas et particulas totius quadragesime predicte, sub salvo et bono conductu cariari faciat usque Noting'; et eam tradat ibidem constabulario Noting' signatam sigillo suo, una cum transcriptis omnium rotulorum predictorum positis simul in forello signato sigillo ipsius vicecomitis Eboraci, custodiendam sicut rex eidem constabulario precepit. Et custum etc. computabitur etc. Teste ut supra.

Et mandatum est constabulario Noting' quod quadragesimam de comitatibus Eboraci, Linc', Norhumbrie, Cumbrie, Westmeril' et Lanc', quam vicecomites Eboraci et Linc' ducent usque Noting' et ei liberabunt, ab eis recipiat et in loco tuto ejusdem castri reponat et salvo custodiat, cum transcriptis rotulorum continentium summas et particulas totius quadragesime singulorum comitatuum, que ei similiter liberabunt. Teste ut supra.

Rex omnibus illis de comitatu Eboraci, qui per libertates, quas se dicunt habere, quadragesimam mobilium suorum et hominum suorum colligi fecerunt per milites suos, salutem. Mandamus vobis quod, ex quo quadragesima nostra infra libertates vestras assisa fuerit et collecta, per assessores illos, qui eam assederunt, ipsam venire faciatis usque Eboracum liberandam ibidem vicecomiti Eboraci, una cum transcriptis rotulorum de collecta predicte quadragesime, continentibus distincte et aperte summas et particulas totius quadragesime per singulos assessores assise, tam fideliter et prudenter vos habentes in hac parte ne de libertatibus vestris merito dampnum incurratis. Mandavimus enim assessoribus aliis de eodem comitatu quod idem faciant de quadragesima nostra per eos assisa et de transcriptis rotulorum suorum. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Eboraci salutem. Mittimus ad te literas nostras patentes directas omnibus illis de comitatu tuo, qui per libertates, quas se dicunt habere, quadragesimam mobilium suorum et hominum suorum colligi fecerunt per milites suos, tibi firmiter precipientes quod tenorem literarum illarum ipsis scire, et in libertatibus predictis clamari facias quod predictam quadragesimam per milites predictos collectam venire faciant usque Eboracum tibi liberandam in forma contenta in literis predictis, sicut se ipsos de libertatibus predictis voluerint indempnes conservare. Tu autem, postquam predictam

1233.
[m. 12*d*.]

quadragesimam receperis et quadragesimam similiter collectam infra libertates de comitatibus Norhumbrie, Cumbrie, Westmer' et Lanc', sicut fieri precepimus, cum transcriptis rotulorum continentibus summas et particulas quadragesime predicte, ipsam cariari facias facias (*sic*) usque Noting' una cum quadragesima generali de comitatibus predictis liberandam ibidem constabulario castri nostri, simul cum transcriptis rotulorum predictorum positis in quodam forello, sicut de aliis transcriptis in aliis literis nostris tibi mandamus. Teste ut supra.

Rotel'

Norht' Buk' Bed' Cant' Hunt'	Usque Norht' liberandam constabulario.
Oxonie Berk' Essex' Hertf' Kancie Surr' Midd'	Usque turrim Lond' liberandam constabulario.
Sussex' Suhampt' Wilt'	Usque Wintoniam liberandam constabulario Wintonie.
Heref' Salopie Staff' Wigornie Glouc'	Usque ad castrum Glouc'.
Devonie Sumers' Dors' Cornubie	Usque ad castrum Bristoll'.
Norf' Suff'	Usque ad castrum Norwici.
Noting' Dereby	Usque ad castrum Noting'.

Postea mandatum fuit assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatu Essex' quod quadragesimam regis per eos collectam sub festinatione venire faciant in propriis personis suis usque turrim Lond', et sub sigillis suis liberent eam constabulario ejusdem turris. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Aprilis.

Mandatum est assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatu Essex' quod magistro et fratribus milicie Templi in Anglia et hominibus suis pacem habere permittant de quadragesima mobilium suorum, non distringentes eosdem magistrum et fratres vel homines

1233.
[m. 12d.]

eorum ad quadragesimam regi reddendam de mobilibus suis; set si quid ceperint ab eis nomine quadragesime, eis reddi faciant. Teste rege apud Kenyton', xj. die Marcii.

Eodem modo scribitur assessoribus et collectoribus quadragesime in omnibus comitatibus Anglie, et ballivis comitis Brittannie de Richem.'

Mandatum est Johanni de Tifteshal' et Ade de Whelnetham, assessoribus quadragesime infra libertatem Sancti Edmundi, quod quadragesimam regis, quam assederunt et collegerunt infra libertatem predictam, sub salvo conductu deferri faciant usque Norwicum et liberari constabulario regis ibidem sub sigillis suis, una cum rotulis suis continentibus distincte et aperte summas et particulas totius recepte sue, reponendam ibidem cum alia quadragesima regis Norf' et Suff'. Teste rege apud Merton', xxj. die Marcii.

Et mandatum est priori Sancti Edmundi quod sic fieri faciat.

Et constabulario quod eam recipiat et salvo custodiat cum alia quadragesima Norf'.

Mandatum est vicecomiti Norht' quod ponat per vadium et salvos plegios hominem illum de villa sua in cujus domo inventus est equus W. de Kirkeham, qui nuper ablatus fuit homini suo apud Goldhord, quod sit coram rege ad mandatum suum ostensurus warrantum suum de equo predicto, et nomen predicti hominis et nomina plegiorum suorum regi scire faciat; et interim equum illum homini predicti Walteri latori presentium liberet. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Hertf' de Rogero marescallo de Ware, in cujus domo etc. Ut supra.

Quia senescallus P. comitis Brittannie manucepit coram rege quod respondebit regi de quadragesima mobilium, que provenient de tota baronia ipsius comitis quam habet in Richemundesir,' mandatum est Ade de Hilton' et Johanni medico, assessoribus quadragesime in Nortriding, quod habere faciant predicto senescallo vel alicui alii de ballivis predicti comitis transcriptum rotulorum suorum continens distincte et aperte summas et particulas quadragesime per eos assise in baronia predicta, ita quod eam colligere possint in forma provisa de generali quadragesima regis colligenda et assidenda in locis in quibus non dum est assisa, et eam pacare in partibus suis ubi alia quadragesima regis pacatur. Teste rege apud Otteford', xxiiij. die Marcii.

Rex concessit H. Elyensi episcopo quod quadragesimam mobilium suorum et hominum suorum, quam per milites suos fecit assideri et colligi de voluntate regis, per eosdem assessores venire faciat Lond' a die Pasche in xv. dies anno xvij. et ibidem regi eam reddat. Et mandatum est vicecomiti Cantebrigie et Hunt' quod occasione alicujus mandati regis, quod prius recepit de quadragesima ipsius episcopi et aliorum de ballivа sua alibi reddenda, ipsum episcopum vel homines suos non distringat ad quadragesimam suam de mobilibus suis per milites suos collectam alibi quam apud Lond' reddendam, sicut predictum est. Teste rege apud Roffam, xxviij. die Marcii.

1233.

m. 12d. Eodem modo scribitur vicecomitibus Norf' et Suff', Essex' et Hertf'.

Et mandatum est eidem episcopo quod quadragesimam illam usque Lond' cariari faciat et liberari constabulario turris Lond', signatam sigillis collectorum, et cum transcriptis rotulorum suorum continentibus particulas et summas distincte et aperte.

Essex'.—Prior Sancte Trinitatis Cantuarie attornavit Ricardum de Suthchirche et Radulfum de Burgo contra Willelmum de Esseford' petentem, de una virgata terre in Bockinges.

Prior Sancte Trinitatis Cantuarie attornavit Radulfum de Burgo contra Matildem de Esseford' petentem, de dimidia virgata et quarta parte unius virgate terre in Bocking'.

Kancia.—Radulfus Poignant et Agnes uxor ejus attornaverunt Willelmum de Casingham contra Theobaldum de Shoppel' petentem, de una acra et una pertica et tercia parte unius pertice terre in Godwineston'.

Radulfus de Alba Marla venit coram rege die Lune in crastino Pasche et petiit terram suam in Middelton' sibi replegiari, que capta est etc. per defaltam etc.

Andreas Chapelein, Rogerus Kildenewater et Henricus le Pestur venerunt coram rege die Sabbati ante mediam Quadragesimam, petentes terram suam in Biskel' sibi replegiari, que capta est in manum regis per defaltam eorum. Et hoc significatum est justiciariis in banco.

Eodem modo scribitur eisdem pro Alexandro de Poringland' de terra sua in Biskel'.

Ballivis Oxonie.—Johannes abbas de Osen' attornavit Willelmum le Moine et Thomam Devon' contra Petrum filium Thoroldi de quodam mesuagio in Oxonia.

Derb'.—Nicholaus filius et heres Nicholai de Willinton' venit coram rege die Dominica proxima ante mediam Quadragesimam, et monstravit quod Nicholaus de Willinton' pater ejus iter arripuit die Martis proxima post Cineres versus curiam domini regis ad replegiandum terram suam in Tinderne, que capta fuit in manum domini regis per defaltam ipsius, et quod ipso die Martis mortuus est idem pater suus, et idem Nicholaus filius ipsius Nicholai dictam terram sibi petiit replegiari.

Oxonia.—Magister Henricus de Penbr' attornavit Johannem de Brehull' et Laurencium filium Rannulfi contra Willelmum Willelmum (*sic*) de Rumilly tenentem de ij. hidis terre et dimidia in la Thirn'.

[m. 11d.] Mandatum est majori et ballivis Bristolli quod, occasione alicujus mandati quod constabularius regis de Kaermerdin eis fecerit, nullam districtionem faciant super homines regis de Kaermerdin vel super

1233.
[m. 11*d*.]

catalla eorum. Et, si ea occasione aliqua de catallis suis ceperint vel aliquos de hominibus predictis arestaverint, tam catalla quam homines predictos sine dilatione deliberent. Teste rege apud Keniton', xvj. die Marcii.

Serenissimo principi F[rederico], Dei gratia Romanorum imperatori semper augusto, Jerusalem et Sicilie regi, Henricus eadem gratia rex Anglie etc. salutem et sincere dilectionis affectum. Serenitatis vestre preces, quas pro Landone clerico, nepote venerabilis patris archiepiscopi Messenensis, nobis duxistis porrigendas, benigne suscepimus, ad petitionis vestre favorem mittentes eidem Parisius studenti ad se sustentandum ad presens xxx. libras Parisienses, rogaturi in posterum aliquem de prelatis terre nostre, sive archiepiscopum sive episcopum sive abbatem, quod, uberius data temporis oportunitate, ex interventu nostro et pro vestro honore eidem in competenti beneficio ecclesiastico provideat, ut imperialis magnificentie beneplacitum plenius exequamur. Teste rege apud Merton, xx. die Marcii.

Mandatum est Franco de Bresne quod veniat ad regem cum eo locuturus; et senescallo Wasconie mandatum est quod in balliva ejus salvam ponat custodiam quousque redierit. Teste rege apud Ottef', xxiij. die Marcii. Per P. de Rivall'.

Mandatum est assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatu Kancie, quod x. solidos et ij. denarios quos receperunt de hospitali Sancti Jacobi extra Cantuariam nomine quadragesime, custodi ejusdem hospitalis reddi faciant, et de residuo dicte quadragesime pacem eis habere permittant. Teste rege apud Cantuariam, iiij. die Aprilis.

Rex concessit leprosis de Herbaudon' quod quieti sint de quadragesima regi danda. Et mandatum est assessoribus et collectoribus quadragesime in comitatu Kancie, quod ipsos ad quadragesimam dandam non distringant.

Eodem modo scribitur assessoribus quadragesime in comitatu Kancie pro hospitali de Pukeleshal'. Et, si quid ceperint, reddant.

Eodem modo scribitur assessoribus quadragesime in comitatu Norhumbrie pro priore et fratribus leprosis de Boulton'.

Mandatum est collectoribus quadragesime in comitatu Norf' quod viij. solidos, quos ceperunt nomine quadragesime de hominibus tenentibus de fratribus milicie Templi in Rompton' et in Runhal' de catallis suis que habent in terris predictorum fratrum, eisdem fratribus reddi faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Aprilis.

Rex Eboracensi archiepiscopo salutem. Cum nuper quidam nobiles de regno nostro per Petrum Mulet traherentur in causam coram judicibus a domino papa delegatis, responsuri in partibus transmarinis, ad quas sine discrimine et viarum periculo memoratis nobilibus nostris securus non patebat accessus, tandem cum ad diem litis non comparerent, judices in partibus predictis dati predictos

1233.

[m. 11d.] nobiles tanquam contumaces, etsi racione predicta essent excusabiles, propter absentiam suam sententia excommunicationis nichilominus innodarunt, venerabili patri H. Roffensi episcopo, auctoritate sibi concessa, dantes in mandatis quod per totum regnum nostrum ipsos nobiles faceret excommunicatos denuntiari, licet ipsi postea ad judices predictos pro absolutionis beneficio optinendo in forma canonica procuratorem suum ad partes predictas destinaverint: unde, cum nuper apud Cantuariam fuissemus in presentia predicti Roffensis episcopi constituti et juxta mandatum judicum predictorum idem episcopus voluisset predictos nobiles excommunicatos denuntiare, nos sentientes privilegio nobis a domino papa indulto per denuntiationem ipsam posse derogari, pro statu nostro et conservatione ejusdem privilegii coram ipso episcopo appellavimus, memoratis nobilibus appellationem suam alias per procuratorem suum interpositam innovantibus. Quia vero, sicut audivimus ex parte memorati episcopi, recepistis in mandatis quod dictam sententiam in prefatos nobiles qualiquali modo latam in diocese vestra executioni demandaretis exhabundanti, ne quid contra formam privilegii nostri attemptetur in nostrum vel alicujus de regno nostro gravamen, in presentia vestra appellationem nostram innovamus, ne ad ipsius episcopi mandatum, appellatione nostra pendente et memoratis nobilibus appellationem suam prosequentibus, ad dicte sententie denuntiationem aliquatenus procedere presumatis. Teste me ipso apud Maydenestan', vij. die Aprilis.

Eodem modo scribitur episcopis,

Ely,	Sarisburiensi,	Cycestrensi,
Wintoniensi,	Carleolensi,	Bathoniensi,
Herefordensi,	Norwicensi,	Lincolniensi,
Conventrensi,	Dunholmensi,	Wygorniensi;

officialibus Londiniensis et Exoniensis, archiepiscopi Cantuariensis.

[m. 10d.] *Bed'.*—Hugo filius Ricardi attornavit Robertum pistorem contra Gilebertum le Tanur et Aliciam uxorem ejus deforciantes, de consuetudinibus etc. in Bedef'.

Eboracum.—Frater Robertus, magister milicie Templi, attornavit Henricum de Ribbesteyn contra abbatem de Rivall' petentem, de vj. bovatis terre cum pertinentiis in Alvestein.

Linc'.—Idem attornavit Ricardum de Folkeswurth' contra Stephanum Cappe de consuetudinibus et serviciis, que idem magister a predicto Stephano exigit de tenemento suo in Weleburn'.

Cumberl'.—Willelmus de Direby attornavit Willelmum de Direby clericum contra Robertum de Braunthweit, de duabus carucatis terre in Blenecarn'.

Hibernia.—Roesia de Verdun attornavit Robertum de Everdon' et Ricardum de Wuditon' contra Robertum le Mor petentem et Ricardum de Feld' tenentem, qui vocant ad warantum ipsam Roesiam

1233.

[m. 10d.] de ij. carucatis terre in Ricardefeld'; et contra Henricum Durant petentem de una carucata terre in eadem villa, unde predictus Ricardus vocat ad warantum eandem Roesiam; et contra Ricardum de Taverac petentem de medietate unius stagni in Balibaudric, unde Ricardus molendinarius vocat ipsam Roesiam ad warantum; et contra Dionisium Bagot petentem de tercia parte ij. carucatarum terre et dimidie in Raz, quam ipsa Roesia tenet.

Milo de Verdun attornavit Robertum de Verdun contra Galfridum Bagod et Agnetem uxorem ejus petentes, de ij. carucatis terre in Lissenden'.

Rex Alano de Beuford' salutem. Sciatis quod, ad instantiam P. comitis Britannie qui nobis instanter supplicavit pro vobis, remisimus vobis iram et indignationem quam erga vos conceperamus. Et volumus quod, si quod jus hereditarium vobis exciderit in terra nostra Anglie, illud habeatis. Teste rege apud Lamh', xxv. die Aprilis.

Suff'.—Magister Willelmus de Kentewell' attornavit Willelmum de Bovinton' et Johannem de Fresingfeld' contra Robertum de Bella Fago petentem.

Glouc'.—Robertus de Gurnay attornavit Willelmum de Beverestan contra Galfridum de Langel' et Hascuil Musard tenentes, de j. hida terre in Suthinton'.

Eboracum.—Abbas de Rivall' attornavit fratrem Alanum et fratrem Petrum, monachos suos, contra magistrum Milicie Templi in Anglia tenentem, de vj. bovatis terre in Alvestein; et contra Ricardum le Sauvag' tenentem, de ij. bovatis terre in eadem villa, et contra Nicholaum de Chavincurt et Sibillam uxorem ejus petentes, de tercia parte dimidie carucate terre in Brocton'.

G. Burdegalensis archiepiscopus petit a rege trescentas libras Turonensium in quibus rex ei tenetur, ut dicit, pro castro et villa de Cuturis, que tempore H. de Trublevill' per tres annos extitit in manu sua, videlicet, pro quolibet anno c libras Turonensium. Et quia rex audivit quod ita conventionatum fuit inter regem et predictum archiepiscopum, quod debuit regi reddidisse villas de Cannes et de Mestraz, et nescit rex si eas reddiderit, de predicto debito ei non satisfecit in Anglia. Et mandatum est H. de Vivon' quod, si idem archiepiscopus villas illas ei reddiderit, tunc reddat eidem archiepiscopo lxxx. libras sterlingorum loco trescentarum librarum Turonensium, et rex in Anglia de predicta pecunia eidem Hugoni satisfaciet. Et rex eidem archiepiscopo debitum illud solvi fecisset per nuntios suos ad regem missos in Angliam, si constitisset ei quod ipse villas illas regi reddidisset. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Aprilis.

Supplicaverunt regi cives Waterford' ut eis concederet quandam consuetudinem capiendam de rebus venalibus venientibus per terram et aquam ad villam suam, in auxilium ejusdem ville sue claudende ad securitatem et tranquillitatem ejusdem ville. Et mandatum est

1233.

[m. 10d.] justiciario Hibernie quod provideat qualiter de consensu et concessione vicinarum partium predicti cives rationabilem et competentem consuetudinem capiant ad tempus in auxilium predicte ville claudende. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Maii.

Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod, si R. de Burgo ad mandatum regis per literas suas patentes non reddiderit ei castrum de Milloc in Cannac' (*sic*) et prisones de Connac' quos tenet, omni qua poterit diligentia laboret ad memoratum castrum recuperandum, et dictos prisones a manibus ipsius Ricardi eripiendos; et quod terram regis de Coinnac' in manum regis capiat, et per se et ballivos suos custodiat ad opus regis, quia rex non vult quod sit in alterius custodia quam sua, donec a rege aliud habuerit mandatum. Et cum idem justiciarius significaverit regi per W. le Grant, clericum suum, quod expediret regi illos v. cantredos in Connac' hospitari quos rex retinuit in manu sua, ei respondet rex quod vult ut ad presens ceteris negotiis regis partium illarum intendens, alio omisso ad presens, laboret quibus poterit modis ad terram Connac' universaliter regi subjugandam, et pacem in Hibernia tam in Connac' quam alibi affirmandam; et quod diligentiam adhibeat, cum moderamine tamen et mansuete, ad episcopos et homines eorum inducendos ut faciant curie regis consuetudines quas facere consueverunt temporibus regum Anglie, ad quod si per eum nullo modo possint induci, sicut predictum est, id regi significet, qui aliud ad hoc apponet auxilium quod viderit expedire. Conditionem etiam Macharthy, cujus amerciamenta rex habere consuevit de omnibus querelis eum tangentibus, et quam predictus Ricardus auctoritate sua mutavit, ad pristinum et debitum statum revocet. Omnes etiam alienationes quas ipse Ricardus fecit de hiis que ad regem pertinent, revocet ita quod inde sicut aliunde merito debeat commendari. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Maii.

Eboracum.—Magister Johannes de Popelint' attornavit Gilebertum de Akum de feodo dimidii militis in Bereford'.

Mandatum est H. de Vivon', senescallo Wasconie, et majori et juratis Burdegale quod, occasione alicujus mandati quod dominus rex eis fecerit de Ricardo de Puncell' gravando, non molestent aut gravent eum, quia dominus rex remisit eidem Ricardo indignationem quam erga eum conceperat ad instantiam Henrici de Trublevill'.

Oxonia.—Cecila de Finemere attornavit Adam de Bugedun' contra Cristianam filiam Radulfi Hugonis de Oxonia et Avelinam de Kaiham de una virgata terre, excepta una roda in Finemere.

Mandatum est assessoribus et collectoribus quadragesime in Estrithing' et Nortrithing' in comitatu Eboraci, nullam quadragesimam assideant vel colligant de mobilibus monialium ordinis de Sempingeham vel hominum suorum et, si quid nomine quadragesime ab eis ceperint, eis reddi faciant.

1233.
[m. 10d.] Eodem modo scribitur eisdem pro priore et fratribus Hospitalis Sancti Johannis in Anglia et heminibus suis in Nortrithing.'

Eodem modo scribitur

Petrus de Mymbir' attornavit Johannem de Mimbir' contra Petrum de la Saucey, de duabus hidis terre in Lavynton Episcopi.

Mandatum est vicecomiti Berkes' quod recipiat a Waltero de la Wyle, capellano Sarrisburiensis episcopi, attornatum ad sectam faciendam loco suo ad comitatus et hundreda. Teste rege apud Wudest', xiij. die Maii.

Mandatum est assessoribus et collectoribus quadragesime in Estrithing' in comitatu Eboraci, quod nullam quadragesiman assideant vel colligant de mobilibus burgensium de Scardeburg' que habent in villa de Scardeburg', nisi de rebus et catallis suis forinsecis; et si quid inde ceperint, id eis sine dilatione reddi faciant. Teste rege ut supra.

Wigornia.—W. Wigorniensis episcopus attornavit Johannem de Kemesegh' contra Johannem filium Henrici petentem, de una hida terre in Alvithecherch', et de dimidia virgata terre in Wencland.'

Hibernia.—Prior de Launton' attornavit Willelmum de Gernay et Henricum le Franceis contra Nicholaum Parvum petentem, de advocatione ecclesie de Mulingar et de advocatione ecclesie de Ratkenny.

Linc'.—Willelmus Lungesp' attornavit Willelmum de Prestewod' contra Gilebertum de Gant querentem, de consuetudinibus de consuetudinibus (*sic*) etc. in Swaneton', Uuestorp', Brocilby, et Berling'.

Norht'.—Willelmus persona de Oxendon' attornavit Thomam Hare contra Robertum de Seint Liz petentem, de uno mesuagio in Oxendon'.

Emma uxor Rogeri le Bastard' attornavit ipsum Rogerum contra Robertum Paynel' tenentem, de tercia parte dimidie virgate terre in Bifeld'.

Lanc'.—Abbas de Deulacresse attornavit fratrem Adam de Wigemor', monachum suum, contra Willelmum de Clifton' de iij. acris terre in Roshal'.

Berk'.—Osbertus Turpin attornavit Johannam uxorem ejus contra Henricum Basset petentem versus eos, de consuetudinibus etc. in Morton'.

Linc'.—Idonea uxor Willelmi Lungesp' attornavit Johannem de Esseb' contra Gilebertum de Gant petentem, de consuetudinibus etc. in Brocelby, Oustorp', Risun et Berling.

Walterus de Dayvill' attornavit Thomam filium Willelmi contra Simonem priorem de Spalding' petentem, de ij. bovatis terre et quarta parte j. bovate terre in Cybeceye.

1233.

[m. 10d.] Robertus de Dayvill' attornavit eundem Thomam contra eundem priorem petentem, de iiij. bovatis terre et quarta parte j. bovate terre in Cybeceye.

Hugo Dispensator attornavit Robertum de Bertevill' et Hugonem Penderayle contra priorem de Spalding' petentem, de v. bovatis terre et dimidia in Cybeceye.

Villa Oxonie.—Abbas de Osen' attornavit Rogerum de Upton' contra Walterum de Brehull' petentem, de uno mesuagio in Oxonia.

[m. 9d.] *War'.*—Ricardus de Camvill' attornavit Robertum de Haselour' contra Willelmum de Camvill' tenentem, de manerio de Arwe cum pertinentiis.

Linc'.—Idonea uxor W. Lungesp' attornavit Johannem de Esseby contra Gilbertum de Gaunt de consuetudinibus et serviciis, que idem Gilbertus exigit a predictis Willelmo et Idonea de tenementis in Brocelby, Oustthorp', Risun' et Berling' in comitatu Linc'.

Eadem Idonea attornavit Alanum Pain contra Willelmum de Neuton' de ij. bovatis terre in Sutton' et Linton'.

Oxonia.—Johannes persona de Rannebir' attornavit Symonem de Ardern' contra Galfridum Goylin de duobus mesuagiis in Bannebir.'

Eboracum.—W. de Fortibus, comes Albemar', attornavit Robertum de Craven' et Rogerum de Pokelinton' contra Annam, que fuit [uxor] Petri Gillet, de tercia parte quinque carucatarum et duarum bovatarum terre in Bradon.'

Sussex'.—Walterus de Dunestanvill' attornavit Radulfum de Elmer' et Robertum de Elmer' versus Rannulfum del Brok, de divisis faciendis inter terram ipsius Walteri in Bergham' et terram ipsius Rannulfi in Angemar'.

Eboracum.—Hugo de Paysay attornavit Stephanum le Franceis contra Nicholaum le Legat et Dionisiam uxorem ejus petentes, de tercia parte sexties xx. acrarum prati in Otringeham.

Essex'.—Hubertus de Hadfeld' attornavit Willelmum Levething et Reginaldum Shireve contra Willelmum de Estwic' petentem, de dimidia virgata terre in Hadfeld', unde Hubertus traxit ad warantum Petrum filium Willelmi.

Cornubia.—Henricus de la Pomeraye attornavit Oliverum le Sor contra Rogerum de Carmino tenentem, de de (*sic*) iij. acris terre in Lisnewic'.

Cumbr'.—Abbas de Cliva attornavit fratrem Galfridum, monachum suum, et Willelmum Scotum contra Hugonem de Baulay petentem, de manerio de Pothull' cum pertinentiis.

1233.
[m. 9*d*.] *Lanc'*.—Hugo de Morwic' attornavit Willelmum de Tatham contra Willelmum Aaron et Geditham uxorem ejus petentes, de iij. bovatis terre in Farlton'.

Linc'.—Abbas de Kirkested' attornavit fratrem Radulfum le Chauf' et Robertum de Messingham, monachos suos, contra Willelmum filium Alani deforciantem, de consuetudinibus etc. in Thymelby.

Norf'.—Robertus filius Walteri attornavit Robertum de Kertling' contra Robertum de Bosco et Ricardum Freman deforciantes, de secta ad hundredum de Dysce.

Cantebrigia.—Prior de Hadfeld' attornavit Johannem filium Ricardi contra Walterum le Rue petentem, de x. acris terre in Nostelfeld'.

Lanc'.—Abbas de Deulacresse attornavit fratrem Gilebertum de Noting' et fratrem Willelmum de Lond', monachos suos, contra Willelmum de Clifton' petentem, de iiij. carucatis terre cum pertinentiis in Roshal.'

Rex vicecomiti Kancie salutem. Scias quod ad pacem et tranquillitatem terre nostre observandam et malefactores reprimendos provisum fuit coram nobis et magnatibus nostris de communi consilio eorum, quod vigilie in singulis villis de nocte teneantur usque ad festum Sancti Michaelis anno xvij. secundum quod ville fuerint magne vel parve, ita tamen quod quatuor homines ad minus faciant vigiliam illam si villa fuerit parva; et, si magna fuerit, plures eam faciant secundum quantitatem ville: ita etiam quod nullus extraneus transeat per aliquam villam de nocte quin arestetur usque mane et, si vigilatores illum non possint arestare, tunc levent clamorem et uthesium super eum. Etiam si aliquis defectus fuerit in vigiliis vel sectis ad uthesium faciendis, nullus propter hoc a vicecomitis ballivis occasionetur, set omnes hujusmodi emende integre reserventur usque ad adventum justiciariorum proximo itinerantium per atachiamenta vicecomitis in comitatu coram coronatoribus. Item, nullus hospitetur aliquem extraneum ultra unam noctem, nisi possit invenire plegios de fidelitate et quod nullum dampnum eveniet per eum; et respondeat pro eo sicut pro uno de familia sua, et hoc coram justiciariis itinerantibus. Item, si aliqui habeant libertatem et homines eorum noluerint facere vigiliam nec venire ad clamorem et uthesium, sicut predictum est, bene licebit vicecomiti atachiare eos qui nec vigilias facere voluerint nec ad clamorem venire, quod sit (*sic*) coram justiciariis proximo itineraturis inde responsuri, absque hoc quod aliquid ab eis capiat occasione illa. Et si aliquid fuerit transgressum infra tales libertates pro defectu vigiliarum vel sectarum contra uthesium, illi, quorum libertates sunt, satisfaciant illis quibus dampnum fuerit illatum; et respondeant nobis de hoc quod pacem nostram non observaverunt. Item, singuli vicecomites nostri et ballivi eorum, forestarii et eorum servientes de eisdem balliis in comitatibus suis omnem quam poterunt diligentiam apponant ad pacem nostram secundum formam predictam custodiendam, et, si audierint quod aliqui malefactores exerceant in aliquo

1233.
[m. 9d.] bosco vel alibi receptentur, propinque ville et alie que ad hoc fuerint necessarie, sequantur cum eis ad dictos malefactores capiendos. Et si quis miles vel alius quicumque fuerit aliquem hujusmodi malefactorem ceperit, vicecomites vel eorum ballivi recipiant illum sine dilatione et difficultate, ita quod nichil capiant ab eo qui ipsum cepit pro eo recipiendo. Si quis etiam ignotus inventus fuerit itinerans armatus, statim capiatur et liberetur vicecomiti vel ejus ballivo vel alicui ville propinquiori que habeat potestatem custodiendi eum, et in prisona custodiatur donec salvos plegios invenerit quod erit ad pacem nostram et stabit recto si quis versus eum loqui voluerit. Et si plegios invenire non possit, et postea in curia nostra convincatur de roberia vel hujusmodi transgressione, per judicium ejusdem curie deducatur, et nos respiciemus eos qui tales ceperint de hutesio eorum, vel alio modo sicut nobis placuerit. Ceterum, si aliquis malefactor captus fuerit in parcis vel in vivariis cum manuopere vel pro suspicione vel per indictamentum patrie et inde in curia nostra convincatur; tunc liberetur prisone nostre et ibi custodiatur per unum annum et unum diem, et tunc si habeat unde redimi possit rationabiliter redimatur, et inveniat plegios de fidelitate et quod decetero talem transgressionem non faciet. Si vero nichil habeat unde redimi possit nec plegios possit invenire, tunc regnum nostrum abjuret. Precipimus igitur tibi quod, sicut te ipsum et omnia tua diligis, hec omnia predicta in pleno comitatu tuo et per totum comitatum tuum, tam in mercatis quam in hundredis et nundinis, clamari facias et firmiter observari, sicut predictum est, ne pro defectu tui in hac parte ad te nos graviter capere debeamus. Teste me ipso apud Fecham, primo die Junii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Rex vicecomiti Glouc' salutem. Scias quod, cum dilecta soror nostra Alianora comitissa Penbroc' peteret dotem suam versus R. Marescallum, comitem Penbr', de terris que fuerunt W. comitis Penbr' junioris, quondam viri sui, in Hibernia et in Suwallia, ita convenit inter eos, quod predictus comes redderet eidem comitisse singulis annis quadringentas libras nomine dotis predicte ad duos terminos, videlicet, infra unum mensem a festo Sancti Michaelis ducentas libras et infra unum mensem a Pascha ducentas libras et, sicut in compositione inter eos facta continetur, concessit idem comes quod, si ad terminos statutos de predicta pecunia predicte comitisse non satisfaceret, sine omni dilatione distringeremus ipsum per terras et res suas in Anglia ad satisfaciendum eidem comitisse de predicta pecunia. Et quia idem comes in solutione predicte pecunie terminos suos non servavit, tibi precipimus quod per catalla, que idem comes habet in balliva tua, ipsum distringas ad satisfaciendum eidem sorori nostre de c. et l. libris que ei restant reddende, ne debeat inde ad nos clamor pervenire. Teste me ipso apud Wenlac, vj. die Junii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Sussex', Wigornie, Berk'.

Memorandum quod monachi Sancte Trinitatis Kantuarie habent respectum usque in unum mensem a die Sancti Michaelis anno xvij. de contentionibus ortis inter eos et regem de portu Sandwici.

1233.

[m. 9*d*.] Mandatum est assessoribus et collectoribus quadragesime in Linc' quod de burgensibus regis de Grimesby nullam quadragesinam exigant occasione mobilium suorum que habent infra eandem villam, salvis tamen regi quadragesima de mobilibus suis que habent in tenuris suis exterioribus. Teste rege apud Fecham, j. die Junii.

Rex abbati de Coggeshal' salutem. Satis vobis constat et bene recolitis qualiter de communi consilio et unanimi assensu omnium magnatum de regno nostro, tam episcoporum quam comitum, baronum, abbatum et priorum, concessum fuit nobis ab ipsis auxilium, scilicet, quadragesima pars omnium mobilium suorum et aliorum de regno nostro, de quo ab omnibus tam viris religiosis quam aliis, preterquam abbatibus ordinis vestri, nobis est liberaliter satisfactum. Quia vero non intelligimus nec aliquo tempore contigit hucusque, sicut didicimus, quod in hujusmodi auxilio ab omnibus nobis communiter concesso fuerit aut debuerit ordo vester a participatione ejusdem auxilii esse segregatus, devotionem vestram rogamus attentius quatinus, etsi non nomine quadragesime subsidium consimile aliis de regno nostro nobis non (*sic*) duxeritis inpendendum, ad tale et tam efficax auxilium nobis faciendum de bonis vestris manum nobis porrigere velitis, quod ex collatione vestra ordinem vestrum debeamus specialiter habere commendatum, et ad favorem vobis inpendendum, cum a vobis fuerimus requisiti, inde vobis teneamur astricti cum multa gratiarum actione. Et, si quid inde nobis duxeritis faciendum, infra xv. dies a festo Sancti Johannis Baptiste anno etc. xvij. nobis scire faciatis, quia ultra terminum illum sustinere non poterimus quin aliter inde provideamus. Teste me ipso apud Wygorniam, viij. die Junii.

Memorandum quod Alicia de Moyun, in presentia regis constituta, recognovit et promisit quod de hereditate que eam contingit de terris que fuerunt Willelmi Briwer' junioris nichil alienabit.

Mandatum est vicecomiti Salopb' quod per sacramentum xij. legalium et discretorum militum de visneto de Roulton,' Ailwarthin et Colde Hatton', per quos rei veritas melius poterit inquiri, fieri faciat perambulationem inter terram Madoci de Sutton' in Roulton' et Elewarthin, et terram Baldewini Wischard' in Cold Hatton', ita quod perambulatio illa fiat per certas metas et divjsas, quia predicti Madocus Madocus (*sic*) et Baldewinus posuerunt se in perambulatione illa. Et scire faciat justiciariis proximo itineraturis in comitatu suo, distincte et apperte sub sigillo suo et per iiij. milites ex illis qui perambulacioni illi interfuerunt, per quos metas et divisas perambulacio illa facta fuerit; et habeat ibi nomina militum. Teste rege apud Wigorniam, x. die Junii, anno xvij.

[m. 8*d*.] Mandatum est vicecomiti Wilt' quod, assumptis secum probis hominibus de comitatu suo cum equis et armis, accedat usque Cumpton' et domum illam cum omnibus in ea inventis saisiat in manum regis, et de rebus ibi inventis denariatam faciat; et, si resistentes invenerit, vi capiat eam si possit, et, si non possit, id significet Waltero de Godarvill' apud Divisas ut, sicut rex ei mandavit, ad eum accedat cum gente regis ibidem ad domum illam

1233.
[m. 8d.] vi capiendam; quam si vi ceperit, funditus dirui faciat; et omnes ibidem inventos capiat et salvo custodiat in prisona regis simul cum terris eorum, quas in manum regis capiat et custodiat. Et, si illi qui ibi fuerint inventi, gratis domum illam reddiderint, cum equis et harnesio suo permittat abire; et domum illam salvo custodiat in manu regis donec aliud inde preceperit. Teste rege apud Wudestok', xx. die Junii.

Rex mittit ad W. de Godarvill' Hubertum Hoes' se altero, Henricum filium regis se altero, Ricardum de Burgo, Theobaldum de Engleskevill' et Everardum de Castro Vid' et xvj. servientes et balistarios ad pacem in partibus Divisarum custodiendam, mandans quod neque victualia neque garnisionem deferri vel intrare permittat in castrum Divisarum nisi victualia que sufficiant de die in diem militibus existentibus in eodem castro et hominibus deputatis ad custodiam H. de Burgo; que quidem victualia predicti milites emant ad denarios suos, quia non fuerant preceptis regis obedientes; et si vicecomes Wilt' eidem W. significaverit quod accedat ad domum G. Basset de Cumpt', in manu forti succurrat eidem ad preceptum regis exequendum, proviso quod interim nulla victualia vel warnestura intret in predictum castrum, nisi ut predictum est. Teste ut supra.

Hominibus Divisarum mandatur quod Waltero de Godarvill' prout eis dicet ex parte regis, intendant ad negocia regis in partibus illis.

Die Lune proxima post festum Sancti Barnabe Apostoli apud Wigorniam coram rege anno etc. xvij., presentibus dominis Wintoniensi et Cycestrensi, S. de Sedgrave justiciario Anglie, comite Ricardo, W. comite Albem'. Thoma comite War', Philippo de Albiniaco, Petro de Malo Lacu, Pagano de Chaurces, Andrea de Chanceaus, P. de Rivall' tunc thesaurario, Willelmo filio Warini, Hugone Dispensatore, Radulfo filio Nicholai, liberaverunt subscripti barones de Marchia obsides suos domino regi de fideli servicio, quousque regnum sit ita securatum quod firma pax sit in regno Anglie.

Walterus de Lascy liberavit Johannem filium Rogeri Pichard' in obsidem pro eo, quousque regnum fuerit securatum quod firma pax sit. Et dominus rex tradidit eum custodiendum Engelardo de Cygoiny.

Henricus de Aldithel' eodem modo liberavit Rannulfum filium suum in obsidem pro eo. Et dominus rex tradidit eum Hugoni Dispensatori.

Thomas Corbet eodem modo liberavit Reginaldum filium Ricardi Corbet in obsidem pro eo. Et dominus rex tradidit eum Waltero de Lascy.

Hervicus de Stafford' eodem modo liberavit Johannem filium suum. Et dominus rex tradidit eum Radulfo filio Nicholai.

Radulfus de Mortuo Mari eodem modo liberavit Henricum filium Briani de Brompton'. Et dominus rex tradidit eum Willelmo de Stutevill'.

1233.
[m. 8d.]

Willelmus de Stutevill' liberavit Osmundum filium suum in obsidem pro eo. Et dominus rex liberavit eum S. de Sedgrave custodiendum.

Willelmus de Gamages eodem modo liberavit Henricum filium suum in obsidem pro eo. Et dominus rex tradidit eum Waltero de Bello Campo.

Walterus de Bello Campo eodem modo liberavit Jacobum filium suum in obsidem pro eo. Et dominus rex tradidit eum Petro filio Hereberti.

Thomas comes Warewic' liberavit domino regi castrum de Warewic', ut dominus rex securus sit quod nullum dampnum per eum eveniet. Et dominus rex tradidit illud custodiendum Johanni de Lodbroc' et Johanni Durvassal'.

Et Johannes Durvassall' liberavit Johannem filium suum in obsidem de fideli servicio, sicut predictum est.

Et Johannes de Lodbroc' liberavit Philippum filium Willelmi Sampson' nepotem suum. Et dominus rex liberavit eos custodiendos S. de Sedgrave.

Petrus de Hotot venit coram rege apud Oxoniam in octabis Sancti Johannis Baptiste, et petiit terram suam sibi replegiandam in Bromhurst, que capta est in manum regis per defaltam. Et hoc significatum est justiciariis de banco.

Rex vicecomiti Hereford' salutem. Precipimus tibi quod per totam ballivam tuam clamari facias quod omnes servientes de balliva tua, qui equos et arma habent et qui die suscepcionis presencium sine servicio fuerint et solidos nostros capere voluerint, veniant ad servicium nostrum, ita quod sint ad nos in octabis Sancti Johannis Baptiste, anno regni nostri xvij. Et si qui servientes fuerint qui die suscepcionis presencium sine servicio fuerint, et post hanc clamacionem ad servicium nostrum venire noluerint, diligenter inquiras qui sint illi, et nomina eorum nobis scire facias. Teste rege apud Wigorniam, xvj. die Junii, anno regni nostri xvij.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Wigornie et Staff' et Salopie.

Mandatum est Hugoni de Vivon' quod literas Henrici de Trublevill' patentes, directas hominibus suis qui sunt in castro de Rochef' de castro illo reddendo et liberando ipsi Henrico ex parte regis, eisdem hominibus tradat et, si ad mandatum ipsius Henrici castrum illud ei liberaverint, illud salvo custodiat ad opus regis; sin autem, diligentiam apponat ad illud capiendum. Teste rege apud Wud', xxv. die Junii.

Mandatum est W. de Godarvill' quod de Divisis non recedat, nec pro viribus suis permittat quod victualia aliqua deferantur in castrum Divisarum vel aliquid aliud per quod muniatur, antequam a rege aliud habuerit mandatum. Teste rege apud Wudest', xviij. die Junii. Per P. de Rivall'.

Mandatum est Johanni filio Alani quod obsides, quos regi liberare voluerit et quos Walterus de Bello Campo eidem Johanni nominabit, liberet eidem Waltero, cui rex obsides illos commisit custodiendos. Teste rege apud Wigorniam, xiiij. die Junii.

1233.
[m. 8d.] Rex mittit Walterum de Bello Campo ad J. filium Alani, per quem nuntiat ei quoddam verbum secretum statum partium de Clune et de Blancmuster tangens, dans ei in mandatis quod hiis que ei dicet super eodem negotio fidem adhibeat.

Eodem modo scribitur episcopo Herefordensi de Waltero de Lascy ad eum misso ex parte regis, quod ei fidem habeat super hiis que ei dicet ex parte regis, statum regni et partium illarum tangentibus.

Mandatum est militibus assignatis ad custodiam H. de Burgo apud Divisas, quod permittant L. Dublinensem archiepiscopum solum sine aliquo alio habere accessum ad ipsum Hubertum ad loquendum cum eo de confessione et salute anime sue. Teste rege apud Oxoniam, xxix. die Junii. Per ipsum regem coram justiciario.

Et mandatum est W. de Godarvill' et sociis suis quod permittant ipsum archiepiscopum habere accessum etc.

Rex vicecomiti Oxonie salutem. Precipe Waltero de Clifford' quod sine dilatione reddat heredibus Hamonis Judei Hereford' mille marcas cum lucro, quas ei debet per cirographum quod in archa cirographorum positum est. Et nisi fecerit et predicti heredes vel eorum nuntii ostendant tibi cirographum quod inde habent, tunc saisias eos vel eorum nuntios de vadio in cirographo illo nominato, et ipsos in saisina illa custodias et manuteneas, non inferens eis vel inferri permittens gravamen vel molestiam aliquam, quia secundum assisam Judei non debent placitare de cirographis suis. Teste P. de Rivall', thesaurario nostro, apud Waling', iiij. die Julii, anno xvij.

Eodem modo scribitur vicecomiti Heref' pro eisdem heredibus. Et vicecomitibus Kancie et Linc' pro Aaron de Eboraco, Judeo, de centum marcis cum lucro. Et vicecomiti Wigornie pro Copino et David, Judeis Oxonie, de xl. libris cum lucro, quas Rogerus de Clifford', cujus heres ipse est, eis debet per cirographum.

Mandatum est ballivis portus Dovr' quod omnes eos qui in portu suo applicabunt veniendo a partibus transmarinis, et similiter omnes eos qui in portu suo transfretare voluerint, diligenter scrutari faciant ne aliquas literas secum deferant et, si aliquos invenerint literas super se deferentes, cujuscumque fuerint litere, eos arestari faciant. Securitatem etiam capiant de omnibus in portu suo transfretaturis quod nil secum deferent in literis, nuntiis vel mandatis, unde dampnum regi vel regno possit evenire. Teste rege apud Merleberg', v. die Julii.

Eodem modo scribitur ballivis portus de Heth', Rumenal Sandwici, Hasting', Winchel'.

[m. 7d.] *Devonia.*—Laurencius le Flemeng et Robertus de Merland' posuerunt se coram rege in perambulationem faciendam inter terram ipsius Laurencii in Wynescot' et terram ipsius Roberti in Merland'. Et habent inde literas regis.

1233.
[m. 7d.] Perambulatores inter terram Rogeri de Hel' in Westwite Cnolle et terram Milonis de Calwodeleg' in Buleworthy, habent breve etc.

Rex E. thesaurario Dublin' salutem. Cum significaverit nobis M. filius Geroldi, justiciarius noster Hibernie, quod pons de Atlon perfici poterit per quater xx. marcas, ita quod xxx. marce ponantur in attractu et l. in operatione ipsius pontis, et expediret terre nostre Hibernie quod perficeretur, vobis mandamus quod de thesauro nostro Hibernie predictos denarios ad hoc liberetis. Quia vero, hieme jam appropinquante, non instat tempus incipiendi operationem cementariam ad baillium castri de Reindon' faciendum, sicut idem justiciarius instabat fieri, quod est in custodia nostra; vobis mandamus quod predictum ballium sustentari faciatis. De sustentamento quidem justiciariis nostris itinerantibus in Hibernia, super quo dictus justiciarius placitum nostrum requisivit, vobis mandamus quod de consilio ipsius justiciarii et G. de Turvill' etc., quando neccesse fuerit, in auxilium rationabiliter ad expensas suas acquietandas de thesauro nostro eis provideatis. Cum autem liberationes quas idem justiciarius ponit in castro Dublin' custodiendo, prout nobis significavit, singulis diebus excedant in sex denariis, id quod recipit ad scaccarium nostrum ad custodiam ejusdem castri, volumus et vobis mandamus quod singulis diebus predictos sex denarios ipsi justiciario perficiatis de thesauro nostro Hibernie. Si vero negotium aliquod contingit emergi in terra nostra Hibernie pro quo neccesse sit pecuniam nostram ponere, volumus et vobis mandamus quod hoc fiat de consilio dicti justiciarii et W. Ossoriensis episcopi et G. de Turevill' etc. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Julii.

Et mandatum est ipsi justiciario quod laboret ad terram Connacie potestati regis subjugando (*sic*), et castro de Milloc quod R. de Burgo tenet capiendo; et hoc facto id regi significet, et rex ei inde voluntatem suam rescribet. De ponte de Atlon et ballio castri de Reindon' scribitur ei ut supra, et de sustentamento justiciariorum similiter, et de liberationibus in castro Dublin' et de negocio si quod contingat emergi similiter. Et per terras et catalla distringat Ricardum de Burgo pro compoto suo modis quibus poterit, ita quod per hoc non turbetur terra Hibernie, et quod archidiaconum Dublin' admittat ad omnia consilia sua terre Hibernie tam de scaccario quam de banco et aliis, et quod fidem habeat verbis que rex posuit in ore presentium latoris militis sui ei exponenda.

Rex Henrico de Hasting' salutem. Mandamus vobis, rogantes quatinus in fide qua nobis tenemini et sicut nos et honorem nostrum et vestrum diligitis, sitis ad nos apud Glouc' a die Assumptionis Beate Marie anno xvij. in xv. dies, te tertio milite, prompti et parati ad eundum cum corpore nostro in Hiberniam, ita quod vobis grates inde scire debeamus. Teste me ipso apud Westmonasterium, xviij. die Julii.

Rex ballivis portus Dovr' salutem. Datum est nobis intelligi quod frater Petrus de Runcevall' et Willelmus Malet, milites R. comitis Marescalli, ex parte ipsius comitis missi sunt ad partes

1233.
[m. 7d.] transmarinas ad grave dampnum nostrum et regni nostri. Et ideo vobis mandamus quod si ipsi frater Petrus et Willelmus per portum vestrum redierint, eos diligenter scrutari faciatis et, si quid super eos vel cum eis inveniatur in literis, nuntiis vel mandatis, unde dampnum possit evenire nobis vel regno nostro, in continenti nos certificetis et eos et homines suos arestetis, donec aliud a nobis habueritis mandatum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis portus Sandwici, Heth', Rumenall', Winchel', Rya, Hasting', Seford', Shorham, Portesm'.

Mandatum est vicecomiti Kancie quod, sicut se ipsum diligit, statim visis literis istis cum festinatione una cum Henrico de Sandwico, cui rex idem mandavit, vel alio fideli et discreto, si ipse inventus non fuerit, accedat ad omnes portus comitatus sui et omnes naves in portubus illis inventas et que in portus illos venient citra Assumptionem Beate Marie, anno xvij. que quidem xvj. equos vel plures ferre possint, arestari faciat et de omnibus navibus illis capiat securitatem bonam et sufficientem quod erunt in portu de Affridecumbe in comitatu Dovonie (*sic*) a die Assumptionis Beate Marie in xv. dies, anno eodem, parate ire in servicium regis cum corpore suo in Hiberniam; et omnia nomina magistrorum singularum navium distincte faciat inrotulari; que omnia simul et numerum navium regi ad prefatum terminum significet, ut regi constet de quot navibus confidere possit de ballia sua. Et ita se diligenter intromittat quod per defectum sui transfretatio regis non inpediatur, pro quo rex ad eum se graviter capere debeat. Teste S. de Sedgrave, justiciario Anglie, xxij. die Julii.

Et mandatum est Henrico de Sandwyco etc.

Norf', vicecomiti cum { Hereberto de Alencun. Fulcone Baignard.
Essex', vicecomiti cum Henrico filio Aucher'.
Sussex', vicecomiti cum { Willelmo Bernehus. Simone de Echingham.
Suht', vicecomiti cum hiis quos assumere voluerit.
vicecomiti Dors' similiter.
vicecomiti Devonie cum Willelmo de Ral'.
vicecomiti Cornubie cum Radulfo le Arcediacne.

Rex Ricardo de Wrotham salutem. Mittimus tibi literas nostras patentes, directas omnibus illis de partibus de Alfridecumbe qui boscum habent in partibus illis, per quas eos rogamus quod succursum nobis de virga sua faciant ad cleias faciendas contra transfretationem nostram in Hiberniam a die Assumptionis Beate Marie in xv. dies. Et ideo tibi precipimus quod cum predictis literis nostris accedas ad omnes supradictos ex parte nostra, dictum negocium taliter executurus quod diligentiam tuam commendatam habeamus; et nobis significes de quot cleis singuli nobis succursum facere velint, ut scire possimus de quot cleis de quot cleis (*sic*) de perquisito tuo confidere possimus. Teste Wintoniensi episcopo apud Westmonasterium, xxvj. die Julii.

1233.
[m. 7d.]

Tenor literarum patentium satis est in literis illis.

Mandatum est ballivis Glouc' quod in fide qua regi tenentur et sub debito sacramenti prestiti, quod tam de victualibus quam aliis neccessariis provideant sibi contra adventum regis et exercitus sui usque Glouc' a die Assumptionis Beate Marie in xv. dies, procurantes ne aliqua victualia venalia, cujuscumque generis sint, exeant de villa sua infra terminum predictum aliquibus deferenda, ne pro defectu sui rex ad eos manum apponere debeat graviorem. Teste S. de Sedgrave, justiciario, apud Westmonasterium, xxv. die Julii.

Eodem modo scribitur ballivis Bristoll', Hereford', et Johanni de Monem' de villa sua de Monem'.

Rex vicecomiti Heref'. Precipimus tibi quod, si aliqua gens armata itineretur per ballivam tuam contra provisionem nuper factam apud Glouc' de communi consilio barnagii nostri et per totum regnum nostrum demandatam ad pacem et tranquillitatem regni nostri servandam, et si tu potestatem habeas ipsam gentem arestandi, tunc tam corpora illorum hominum quam arma et hernesium suum arestari facias et bene custodiri, donec id nobis significaveris et voluntatem nostram tibi mandaverimus. Si vero potestatem non habeas ipsam gentem arestandi, statim facias levari clamorem et uthesium super ipsam gentem armatam, et sequi de villa in villam donec per patriam confluentem fuerit arestata, sicut predictum est. Et hoc, sicut te ipsum diligis, exequi cum diligentia non omittas. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxxj. die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Salopie, Wigornie, Glouc' et Oxonie.

Mandatur hominibus Heref' firmiter injungendo in fide etc. et sicut se ipsos etc. quod si gens aliqua armata venerint (*sic*) in villam suam, ipsam cum equis et armis suis, si possint, arestent et salvo custodiant donec rex aliud inde preceperit. Et si non habuerint potestatem hujusmodi gentem arestandi, tunc nullo modo permittant ipsam ingredi villam suam set eam teneant exclusam, ne pro defectu sui contingat pacem regis perturbari, propter quod ad eos rex se graviter capere debeat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur hominibus villarum Salopie, Wigornie, Glouc' et Oxonie.

Rogavit rex Thomam de Berkel' quod, sicut regem et honorem suum diligit, permittat quod vicecomes Glouc' cleias fieri faciat de virgis boscorum suorum in comitatu Glouc', ad passagium regis in Hiberniam. Teste rege apud Windles', iiij. die Augusti.

Eodem modo scribitur:—

Ricardo de Clifford'.
Abbati Glouc'.
Fulconi filio Warini.
Priori de Derhurst.
Episcopo Wigorniensi.
Episcopo Herefordensi.

1233.
[m. 7*d*.]

Quia datum est regi intelligi quod gentes armate itinerant per comitatum Glouc' contra provisionem nuper factam de communi consilio barnagii regis apud Oxoniam, ne alique gentes armate itinerarent que non arestarentur, pro pace terre firmius observanda, propter quod etiam provisum fuit quod torneamenta cessarent usque ad festum Omnium Sanctorum anno xviij.; mandatum est vicecomiti Glouc' quod omnes homines de hundredis de Winchecumbe et de Sloctr' qui jurati sunt ad arma, loricas, haubergellos vel purpunctos, visis literis venire faciat usque Campeden', et omnes homines de hundredo abbatis Cirenc' ad eadem arma juratos venire faciat usque Cirenc', in eisdem locis moraturos ad transitus illos custodiendos, ita quod nulli per villas illas transeant armati quin cum equis et harnesio suo arestentur et salvo custodiantur. Et, si dicti homines eos arestare non possint, levent clamorem et uthesium et sequantur eos de villa in villam donec sic arestentur, et clamari faciant quod omnes veniant ad clamorem eorum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus:

Buk', de hominibus iij. hundredorum de Cyltr' et iij. hundredorem de Ailesbir', quod veniant usque Ailesbir' etc.

Wigornie, de hominibus hundredorum vicinorum ville de Evesham, quod veniant usque Evesham etc.

Essex' et Hertf', de hominibus hundredorum vicinorum ville Sancti Albani, quod veniant usque ad villam Sancti Albani etc.

Oxonie, de hominibus hundredorum de Bensint', Bulinden', Blockesham et Thame, apud Tame etc.

Postea mandatum est eisdem vicecomitibus quod homines de comitatibus suis, quos ad predicta loca convenire fecerunt ad transitus villarum illarum custodiendos contra gentes armatas itinerantes, permittant libere redire ad partes suas donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Windles', vj. die Augusti.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod, visis literis istis, per totum comitatum suum clamari faciat quod omnes, qui de rege tenent in capite feodum unius militis vel dimidium vel plus quam dimidium, et summonitionem regis non habent specialem per literas regis, et similiter omnes, qui tantundem tenent de honoribus qui sunt in manu regis et de escaetis Normannorum vel aliis unde servicium regi debetur militare, quod (*sic*) sint ad regem apud Glouc' a die Assumptionis Beate Marie anno xvij. in xv. dies, parati equis et armis ad transfretandum in Hiberniam cum corpore regis, sicut regem et honorem suum diligunt, ita quod rex grates eis scire debeat. Teste rege apud Windles', vij. die Augusti.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod omnes naves illas, quas rex in portubus comitatuum suorum arestari, et de quibus per eum securitatem capi precepit quod essent in portu de Affridecumbe a die Assumptionis Beate Marie in xv. dies, parate ad transfretandum

cum corpore regis in Hiberniam, sub eadem securitate venire faciat ad eundem terminum in portum de Mileford' in costera Wallie, ubi rex expeditius exkippare et transfretare poterit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Essex', Kancie, Suht', Sussex', Dors' et Sumers', Devonie et Cornubie.

Mandatum est baronibus de Sandwico firmiter injungendo quod, sicut regem et honorem suum diligunt, sint ad regem in portu de Mileford' in costera Wallie, cum toto servicio suo regi debito, a die Assumptionis in xv. dies etc., ita quod naves sue sufficienter munite sint marinellis ad naves illas gubernandas et victualibus et aliis neccessariis ad transfretandum cum rege in Hiberniam, non obstante alio mandato regis quod nuper fecit quod ad terminum predictum essent in portu de Affridecumbe, ita quod rex grates eis scire debeat. Teste ut supra.*

Eodem modo scribitur baronibus Dovr', Heth', Rumenal.

Mandatum est Rannulfo de Hurle quod, si homines R. comitis Cornubie in balliva neccesse habeant, auxilio et succursu suo contra insultum Walensium eis sit auxilians ad ipsos defendendos. Teste rege apud Windles', v. die Augusti. Per episcopum Wintoniensem.

Linc'.—Robertus Hautein attornavit Willelmum Hautein et Rogerum Haket contra Thomam Gredle tenentem, de vij. carucatis terre et uno mesuagio cum pertinentiis in Blokesham, et contra Willelmum de Dive et Ermetrue uxorem ejus, de hoc quod acquietent ipsum Robertum servicio quod comes Albemarl' ab eo exigit etc. in Barewe.

Lanc'.—Oliverus de Sancto Georgio attornavit loco suo Hamonem Carluel contra Hugonem de Pereres de consuetudinibus et serviciis que idem Oliverus exigit a predicto Hugone de libero tenemento suo quod de eo tenet in Brocton'.

Kancia.—Edmundus de Tudeham venit coram rege die Martis in crastino Assumptionis Beate, et petiit terram suam in Lymint' sibi replegiari, que capta est in manum regis per defaltam ipsius Edmundi, ut dicit.

Wigornia.—Ricardus de Heref' attornavit Robertum Hod contra Robertum de Biham deforciantem, de consuetudinibus etc. in Wigornia.

Wilt'.—Alicia filia Thome Croc attornavit Egidium de Cancell' et Henricum Croc contra Radulfum le Shaun tenentem, de manerio de Redburn'.

Leic'.—Matheus abbas Leic' attornavit Robertum le Esquier et Robertum filium Galfridi contra Robertum filium Roberti Blundi, de una carucata terra in Bruneskinnestorp'.

* In the margin is written the word 'patentes.'

1233.
[m. 6d.]

Mandatum est vicecomiti Wilt' firmiter injungendo in fide qua regi tenetur et sicut se ipsum diligit, visis literis istis, in propria persona accedat ad domum Gileberti Basset de Festerne, et una cum auxilio Radulfi de Wyliton' et Walteri de Godarvill' eam funditus prosterni faciat; ita [quod] rex ad eundem vicecomitem se capere non debeat. Teste rege apud Theok', xvj. die Augusti. Per P. de Ryvall.

Et mandatum est ipsis Waltero et Radulfo quod eidem vicecomiti ad hoc sint auxiliantes, ita etc. ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Glouc' de castro Roberti Musard' de La Musarde', excepto auxilio.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod, sicut se ipsum et omnia sua diligit, omnes passus et passagia aque Sabrine in balliva sua bene et diligenter faciat custodiri, ita quod nullus aquam illam transeat de nocte nec etiam de die, donec sciat quis sit et de cujus familia et quod non sit de inimicis regis. Omnes etiam vigilias, quas rex fieri precepit de nocte, in villis vicinis, quarum terre adjacent predicte aque Sabrine, decetero fieri faciat in campis villarum in quibus sunt passagia predicte aque. Omnes etiam naves transitorias ejusdem aque magnas et parvas singularum villarum singulis noctibus convenire et per vigiles earundem villarum et alios probos homines ad hoc sufficientes custodiri faciat, ita quod nullus in eis de nocte transire possit, sicut predictum est. Injungat igitur districte singulis villatis ex parte regis quod hoc statutum regis ita firmiter et diligenter adinplent ne, si rex defectum in aliqua illarum invenerit, eam merito gravare debeat; et ipse vicecomes similiter, quantum in se est, id bene faciat observari, ne rex pro defectu sui se ad ipsum graviter capere debeat. Teste rege apud Wigorniam, xvij. die Augusti.

Omnibus Christi fidelibus presentem cartam inspecturis, Willelmus Mauduit salutem. Noveritis me concessisse domino meo Henrico illustri regi Anglie, filio Johannis regis Anglie illustris, quod ego omnibus diebus vite mee ei et heredibus suis fideliter serviam, nec aliquo tempore contra ipsum vel heredes suos ero et, si forte contingat me contra ipsum vel heredes suos aliquo tempore, quod absit, venire, concedo et volo quod tota terra mea erga ipsum dominum meum et heredes suos de me et heredibus meis inperpetuum incurratur. Hiis testibus, Rogero de Quency, Amaurico de Sancto Amando, Ricardo de Gray, Johanne de Gray, Nicholao de Molis, Henrico de Hasting'.

Consimiles cartas fecerunt Johannes de Ebroicis, et Matheus[a] de Maung. Et liberaverunt regi in obsidem Walterum filium ipsius Johannis pro utroque illorum; quem quidem obsidem rex liberavit Hugoni de Kilpec custodiendum.

Willelmus de Duvres liberavit filium suum domino regi in obsidem de fideli servicio suo. Et rex liberavit eum Willelmo filio Warini custodiendum, sine carta.

[a] Corrected from 'Walterus.'

1233.
[m. 6d.] Adam Mauveisin manucepit per literas suas patentes quod Henricus frater ejus veniet ad fidem et servicium regis, et faciet ei cartam suam de fideli servicio.

Comes R. Marescallus fecit cartam suam, set non qualem alii fecerunt.

Consimilem cartam, ut Willelmus Mauduit, fecerunt Johannes de Chereburg' et Alanus Basset de Irpeden', Hugo de Bray.

Comes le Bigod fecit cartam suam. Et Thomas Gredle similiter.

Walterus de Clifford' manucepit super fide et fidelitate sua quibus regi tenetur et super omnibus terris et tenementis suis, quod regi semper erit fidelis, et per cartam suam.

Robertus Musard' fecit cartam suam de fideli servicio, et quod tota terra sua incurratur si venerit contra regem aliquo tempore; et tradidit regi Radulfum filium et heredem suum ad securitatem, quem rex liberavit Thome de Muleton', qui regi cartam suam quod habebit eum ad mandatum regis.

Henricus de Erleg' fecit cartam suam similiter, et liberavit regi Henricum de Drohull' in obsidem.

Mandatum est vicecomiti Salopie quod per totam ballivam suam clamari faciat et firmiter prohiberi quod nullum mercatum teneatur, set omnes mercatores victualium venire faciat cum victualibus suis post regem ubicumque audierint ipsum esse in partibus Hereford', ita quod nullum mercatum ibidem teneatur donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Heref', xxv. die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Wigornie, Glouc', War'.

Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod, assumptis secum probis et legalibus hominibus de comitatu suo, in propria persona sua accedat ad domum Ricardi Suward' in balliva sua, que firmata est, et eam funditus prosterni faciat et vivaria sua ibidem frangat.

Et mandatum est Radulpho de Wyliton' et Waltero de Godarvill' quod in propriis personis ad eundem vicecomitem accedant ad hoc faciendum, consilium et auxilium ei impensuri. . Teste rege apud Heref', xxv. die Augusti.

Omnibus Christi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris, Morganus de Carleon' salutem. Noverit universitas vestra quod ego domino meo Henrico regi Anglie illustri, filio Johannis quondam regis Anglie illustris, fidelis ero et tota vita mea ei fideliter serviam. Et ad faciendum, omnes terras meas ubicumque sint ei obligavi, et si forte, quod absit, contingat me contra ipsum esse aliquo tempore vite mee, concedo quod venerabilis pater H. Elyensis episcopus et successor suus, qui post eum erit episcopus ejusdem loci, in me jurisdictionem habeant ad sententiam excommunicacionis ferendam in persona mea et ad totam terram meam interdicendam, remoto quolibet appelli et contradictionis obstaculo. In cujus etc. huic scripto sigillum meum apposui.

1233.

[m. 6d.] Rex mutavit propositum suum transfretandi in Hiberniam. Et mandatum est vicecomiti Suhampt' quod omnes naves arestatas apud Suht' per preceptum regis occasione transfretationis regis in Hiberniam, de cujuscumque terra fuerint sive de Anglia sive aliunde, libere et sine inpedimento abire permittat, non obstante precepto regis facto de navibus arestandis occasione predicta. Teste rege apud Heref', xxviij. die Augusti. Per episcopum Wintoniensem et justiciarium.

Eodem modo scribitur eidem vicecomiti de duabus navibus Clay et Willelmi Ster et omnibus navibus etc., et de iij. navibus Ernisii Kanteman et socii ejus de terra ducis Brabancie.

Eodem modo scribitur vicecomiti Kancie de omnibus navibus deliberandis in portubus ballive sue arestatis; similiter vicecomitibus Norf' et Suff', Sussex', Dors' et Sumers', Devonie et Cornubie, ballivis de Ria et Pevenesell'.

[m. 5d.] Rex L. principi de Abbefrau et domino de Snaudon' salutem. Noveritis quod die Lune proxima post instans festum Nativitatis beate Marie mittemus consilium nostrum usque Colewent in occursum consilii vestri ibidem. Et ideo vos rogamus quatinus detis consilio vestro plenam potestatem ad exponendum consilio nostro plene voluntatem vestram, quia nos dabimus consilio nostro ex parte nostra plenam potestatem ad exponendum plene consilio vestro voluntatem nostram ad firmam pacem faciendam inter nos et vos, ita quod nullus scrupulus sit inter nos et vos. Et volumus quod id quod providebitur inter nos et vos ita firmum sit et stabile quod nullo modo vos vel David filius vester aliquo tempore a servitio nostro recedatis. Teste rege apud Hayam, ij. die Septembris.

Mandatum est Morgano de Carleon' quod omnes tenserias et predas, quas ipse et sui assederunt vel ceperunt in terra R. comitis Marescalli postquam recepit literas regis de treugis in adventu regis usque Usk', dicto Marescallo reddi faciat. De tenseriis prius factis et tunc non redditis pacem ei habere permittat. Omnes etiam terras de quibus ipse et sui disseisiverunt ipsum comitem et suos occasione contentionis inter regem et ipsum Marescallum, ei similiter reddat, quia idem comes manucepit coram rege quod reddet ipsi Morgano et matri sue et suis terras de quibus eos disseisivit. Teste rege apud Heref', xj. die Septembris.

Et mandatum est vicecomiti de Kaerdif quod omnes tenserias et predas quas assedit vel cepit in terra predicti Marescalli vel in terra matris et fratrum W. de Christi Ecclesia, eis reddat, quia sic mandavit rex predicto Morgano.

Willelmus Lungesp' apud Salopiam attornavit loco suo Willelmum de Nevill' in loquela que est coram justiciariis in banco inter ipsum et homines suos de Sutton' in Hoiland'.

War'.—Willelmus de Camvill' attornavit Willelmum Ace contra Ricardum de Camvill' petentem, de feodo unius militis in Arowe.

1233.

[m. 5d.] *Buk'*.—Abbas Osen' attornavit Ricardum de Cadomo contra abbatem de Nutel' de divisis faciendis intra terram abbatis Osen' in Brehull' et terram alterius abbatis in Acleia.

Villa Oxonie.—Idem abbas attornavit Willelmum filium Radulfi contra Walterum filium Galfridi petentem, de uno mesuagio in Oxonia.

Wilt'.—Willelmus de Riparia attornavit Petrum de Bade contra Joceum de Buneclive petentem, de dimidia virgata terre in Winint'.

[m. 3d.] Rex R. Marescallo comiti Penbr' salutem. Memoriter retinere debetis quod ad instantiam vestram dedimus in mandatis per literas nostras Morgano de Carleon', quod ipse omnes terras unde vos disseisivit vel vestros occasione contentionis inter nos et vos orte, et similiter omnes tenserias et predas, quas ipse et sui assederunt vel ceperunt in terra vestra postquam receperunt literas nostras de treugis, in adventu nostro usque Usk' reddi faceret, eo postea adjecto quod similiter pacem vobis habere permitteret de tenseriis prius factis et non redditis; et vos manucepistis pro vobis et vestris quod id idem faceretis ipsi Morgano et matri sue et suis, postea eo adjecto quod hominem suum quem cepistis deliberaretis. Unde plurimum miramur quod nobis significastis vos non recolere quod aliqua certa forma super premissis fuerit vobis expressa, cum tantum tempus post elapsum non fuerit quod id deberet a vestra memoria excidisse. Et ideo vobis mandamus, firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini, quatinus quod minus egistis in hac parte, tam de deliberatione predicti hominis ipsius Morgani quam de aliis, sine dilatione supleri faciatis, taliter vos habentes in hac parte ne iteratam querelam inde contingat ad nos deferri. Teste rege apud Wudestok', xxvj. die Septembris.

Rex comiti Cornubie salutem. Bene recolimus quod, cum essemus in obsidione castri Bed', commisimus comiti Warenn' domos, que fuerunt Falkesii de Breaut' cum pertinentiis apud Lamh', ad hospitandum in eis cum illuc venisset usque ad etatem filii et heredis B. comitis de Insula. Et quia nollemus quod idem comes de predictis domibus vel pertinentiis suis absque scientia nostra, id vobis duximus significandum. Teste me ipso apud Wigorniam, xxij. die Septembris.

Litteras Lewelini subscriptas recepit dominus rex xx. die Septembris, scilicet die[b] Sancti Mathei, apud Kedeministr'.

Henrico regi Anglie, etc., Lewelinus princeps de Abber', dominus Snaudon', salutem et se totum. Quoniam propter inundationes aquarum et viarum discrimina nuntii nostri in presentiarum ad vos accedere non possent, per cursorem quendam presentes litteras vobis duximus destinare, per quas majestati vestre significamus quod nos pro nobis et nostris vobiscum et cum omnibus vestris pacem

[a] S. Matthew's day is Sept. 21. [b] 'Die' has been hastily added after the completion of the entry.

1233.

[m. 3d.] tenuimus et tenebimus in futurum. Et hoc dedimus ballivis nostris et imprisiis in mandatis ut pacem cum suis commarchionibus firmiter teneant et observent. Quare vestram rogamus serenitatem quatinus ballivis vestris in Marchia commorantibus detis, si placet, in mandatis quod cum nostris pacem teneant inviolatam. Beneplacitum vestrum, si placet, nobis significetis. Valeat excellentia vestra.

Henricus rex etc. M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Ostensum fuit nobis ex parte abbatis Sancte Crucis quod dominus Johannes rex, pater noster, tempore quo fuit comes Mauritanie et agebat in partibus Hibernie, quasdam terras prefate domui Sancte Crucis per cartam suam contulit et confirmavit; quam quidem collationem idem abbas domui sue petebat a nobis confirmari. Quia vero dictam confirmationem ei rite facere non potuimus nisi prius habita inspectione predicte carte ipsius patris nostri, que sine periculo maris et viarum deferri non posset in Angliam, et Hugo Blanchard predictum abbatem super quadam parte dictarum terrarum jam traxit in placitum coram vobis in curia nostra, ut dicit; nolentes eidem abbati denegare quod de jure facere debemus, vobis mandamus quod, habita diligenti inspectione predicte carte ipsius patris nostri, si vobis constiterit quod terra quam prefatus Hugo clamat versus predictum abbatem continebatur in prefata carta ipsius patris nostri, tunc loquelam illam ponatis in respectum donec aliud a nobis inde habueritis mandatum. Teste rege apud Ottinton', xxiiij. die Septembris, anno regni nostri xvij.

[m. 2d.] Rex vicecomiti Salopie salutem. Scias quod Ricardus Suward', qui fuit ligius homo noster, homagium suum nobis reddidit et a fide nostra penitus recessit. Et, quia nolumus quod aliquis qui a fidelitate nostra recessit et homagium suum nobis reddidit, in regno nostro remaneat vel receptetur, tibi precipimus quod, si in balliva tua decetero sit inventus, ipsum per corpus suum facias arestari et salvo custodiri donec aliud inde preceperimus. Teste me ipso apud Evesham, xxij. die Septembris, anno regni nostri xvij. Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Rex constabulario de Albo Monasterio salutem. Litteras° Lewelini suscepimus apud Kedeministr' die Mercurii in festo Sancti Mathei apostoli, continentes quod ipse pro se et suis nobis et cum omnibus nostris pacem tenuit et tenebit in futurum, et quod dedit in mandatis ballivis suis et imprisiis quod pacem cum suis commarcionibus firmiter teneant et observent. Unde rogavit nos quatinus ballivis nostris in Marchia commorantibus daremus in mandatis quod cum suis pacem teneant inviolatam. Dedimus autem ei responsum quod ad petitionem suam hoc idem ballivis nostris predictis daremus in mandatis. Unde mandamus vobis quatinus secundum formam predictam ei et suis pacem teneatis et observetis. Verumptamen significavimus ei quod leves cause multociens emergunt

° The words 'dilecti nobis' which follow the word 'litteras' in the MS., have been cancelled.

1233.
[m 2d.] et emergere poterunt super contencionibus ortis inter nos et nostros et ipsum et suos, propter quas non oportet guerram inter nos movere et que de facili possunt emendari per ballivos nostros et suos; et ad hujusmodi transgressiones emendandas constituimus vos, constabularium de Clun' et vicecomitem Salopie ut ad peticionem dicti Lewelini et suorum de nobis et nostris conquerentium plena per vos fiat emenda super transgressionibus predictis. Dedimus etiam eidem Lewelino in mandatis quod ex parte sua aliquos constituat, qui etiam emendas faciant pro ipso et suis super predictis levibus causis et contentionibus ortis inter nos et nostros et ipsum L. et suos, et quod significet nobis etiam nomina eorum quos ad hoc assignaverit. Vos igitur secundum formam predictam super premissis procedatis. Teste me ipso apud Otentun', xxv. die Septembris, anno regni nostri xvij.

Eodem modo scribitur constabulario de Clun' et vicecomiti Salopie.

Rex R. comiti Marescallo salutem. Meminimus vobis alias dedisse in mandatis quod in fide qua nobis tenemini nullo modo in terra nostra receptetis Ricardum Suward' vel complices suos; vobis autem iterum mandamus firmiter injungentes quatinus, sicut vultis quod de fidelitate vestra confidamus, nec predictum Ricardum nec Warinum Basset vel Philippum Basset vel aliquos, qui cum eis interfuerunt invasioni faciende P. Wintoniensi episcopo, in potestate vestra aliquo modo receptetis vel receptari permittatis; set, si contingat eos per potestatem vestram transitum facere, omnem quam poteritis diligentiam apponatis ad corpora eorum arestanda et salvo custodienda donec placitum nostrum super hoc vobis significaverimus, scituri pro certo quod si per terram vel potestatem vestram transitum fecerint sine arestatione vel calumpnia, non erit locus decetero vos excusandi, quin manifestam relinquatis suspitionem quod predicta attemptatio a conscientia et voluntate vestra emanaverit, et ideo innocentiam vestram, quam pretenditis in hac parte, operis subsequentis probet effectus. Teste rege apud Wudest', xxviij. die Septembris.

Rex justiciario suo Hibernie salutem. Mittens ad nos abbas Sancte Crucis de Hosterlan' quendam monachum suum, supplicavit nobis ut quandam terram, quam domus sua habet de dono Johannis regis patris nostri per cartam suam et quam Hugo Blaunchard' in curia nostra clamat versus ipsum abbatem, ut dicitur, predicte domui sue confirmaremus; et, licet dictam confirmationem ei non duceremus concedendam, non habita prius inspectione carte predicti patris nostri, nolentes tamen eidem deesse in beneficio warantizande predicte terre, si eam warantizare teneamur per cartam ipsius patris nostri; vobis mandamus quod, habita inspectione predicte carte, si ita esse inveneritis ut predictum est, tunc loquelam illam poni facias in respectum donec aliud a nobis habueritis mandatum. Teste me ipso apud Ottinton', xxvij. die Septembris.

Mandatum est Radulfo de Wilton' et Waltero de Godarvill', firmiter injungendo in fide qua regi tenentur, quatinus omnem quam

1233.
[m. 2d.] poterunt adhibeant diligentiam ad Hubertum de Burgo salvo custodiendum in vouta in qua prius erat, ita quod inde non exeat, et quod habeat super se tria paria anulorum ferri, et quod nullus suorum secum colloquium habeat, ita tamen quod habeat ad victum suum sufficienter necessaria sua; et ipse Radulfus, visis literis istis, accedat ad regem. Teste rege apud Oxoniam, j. die Octobris.

Rex vicecomiti Kancie salutem. Precipimus tibi quod, sicut te ipsum et tua diligis, diligenter inquiras qui fuerint receptatores Ricardi Suhard', Warini Basset, Philippi Basset et sociorum eorum in comitatu tuo et, ex quo per inquisitionem inde factam constiterit tibi qui fuerint eorum receptatores, corpora eorum capias et terras eorum in manum nostram seisiri facias cum omnibus in eis inventis. Diligenter etiam inquiras per comitatum tuum qui victualia eis prestiterint vel vendiderint, et corpora eorum, de quibus tibi constiterit facta inquisitione, sine dilatione capias et terras eorum similiter seisias in manum nostram cum omnibus in eis inventis. Omnes etiam villatas, per quas transitum fecerint illi vel alii sic armati, sive de die sive de nocte, contra prohibitionem nostram generalem prius factam et [que] clamorem et uthesium super eos non levaverint, atachiari facias ita quod sint coram nobis ad mandatum nostrum ubi et quando precipiemus. Teste rege apud Oxoniam, j. die Septembris.[a]

Rex eidem salutem. Precipimus tibi quod per comitatum tuum et singula hundreda comitatus tui publice clamari facias quod, si Ricardus Suhard', Warinus Basset et Philippus Basset vel alie gentes armate, quecunque ille sint, transitum faciant per partes illas sive de nocte sive de die, homines partium illarum, per quas transitum facient, illas capiant et arestent si possint. Alioquin in continenti levent super eos clamorem et uthesium, et ita sequantur eas de villa in villam cum continuo clamore et uthesio donec confluente populo sic capiantur et arestentur; et hoc taliter facias observari in balliva tua ne pro defectu tui ad te nos graviter capere debeamus. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie tam de una forma quam de alia.

Rex ballivis portus de Sandwico salutem. Precipimus vobis quod, sicut vos et omnia vestra diligitis, et sicut vobis cavere vultis ne in manus nostras graviter incidatis, portum vestrum et costeras maris inter portus vestros circumvicinios districte custodiri faciatis, ita quod Ricardus Suhard', Warinus Basset et Philippus Basset in portu vestro vel in costeris circumviciniis nullo modo possint transfretare. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis portus

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod fieri faciat perambulationem inter terram Roberti de Daivill' in Kilebrunne et terram Stephani de Medvill' in Thurkilleby; et scire faciat justiciariis ad primam assisam etc.

[a] 'Septembris' is apparently an error for 'Octobris.'

1233.

[m 2*d*.] *Midd'*.—Johannes Garland' et Lucia uxor ejus attornaverunt Willelmum de Paris' contra Henricum Bukoint' petentem de iij. virgatis terre in Stanmere in Egeswer', et contra eundem Henricum, de eo quod non exigat ab eis consuetudines vel servicia de tenementis in eisdem villis, que facere non debent nec solent.

Berk'.—Henricus filius Willelmi attornavit Willelmum de Bogesworth' contra Nicholaum forestarium tenentem de vij. acris terre in Shipford'.

[m. 1*d*.] Mandatum est vicecomiti Wilt' quod, sicut corpus suum diligit, in propria persona sua sit apud Divisas cum coronatore et toto comitatu suo die Mercurii in crastino Sancti Luce ewangeliste summo mane, ad custodiendum H. de Burgo tam de die quam de nocte in ecclesia Sancti Johannis Divisarum, ita quod nullo modo queat inde evadere. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Octobris.

Mandatum est vicecomiti Kancie quod, ubi prior et fratres hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia non sufficiunt, sit eis in auxilium ad homines suos in balliva sua distringendos quod de quadragesima mobilium suorum eis respondeant in forma qua regi alibi in terra sua de quadragesima respondetur. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur pro eisdem et pro fratribus Templi omnibus vicecomitibus Anglie.

Mandatum est vicecomiti Salopie quod sine dilatione deliberari faciat iiij. nuntios Leulini captos per Thomam Corbet post treugas captas inter regem et ipsum Leulinum. Teste ut supra.

Rex bene concedit quod Ricardus de Sancto Johanne, capellanus, salvo et secure veniat in Angliam et ibidem moretur pro voluntate sua et inde recedat. Et hoc scire faciat ei abbas Boxl' cui litere iste diriguntur. Verumtamen rex literas suas de conductu ei super eo non duxit mittendas. Teste rege apud Westmonasterium, xix. die Octobris.

Eboracum.—Willelmus Crugre attornavit Willelmum de Nevill' contra Emmam filiam Johanne tenentem de dimidia carucata terre cum pertinentiis in Wimbelton.'

Dorr'.—Samuel de Wansieston' attornavit Samuelem de Wurth' contra Matheum filium Josep petentem, de medietate unius mesuagii in Dovr.'

Eboracum.—Henricus de Baillol attornavit etc. Eustachium de Ayre in loquela etc. inter Reginaldum filium Willelmi petentem et predictum Henricum et Loram uxorem ejus tenentes, de una bovata terre cum pertinentiis in Burton'.

18 HENRY III.

1233.
[m. 35.]

Pro Hugone janitore regis.—Rex commisit Hugoni de Cornevill', janitori suo, terram quam Petrus Malherbe, qui est cum comite Marescallo, habuit in West Haneye, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod de predicta terra ipsi Hugoni plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Winchecumbe, xxviij. die Octobris, anno etc. xviij.

De quercubus datis.—Mandatum est Thome de Langel' quod in foresta de Wichewod' faciat habere fratribus Hospitalis Sancti Johannis de Bureford' tres quercus ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

Pro Willelmo de Picheford' de terra W. de Christi Ecclesia.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod de terra cum pertinentiis, quam Willelmus de Christi Ecclesia tenuit ad firmam in Burton', plenam seisnam habere faciat Willelmo de Picheford', cui rex terram illam commisit ad terminum ipsius Willelmi de Christi Ecclesia. Teste rege apud Glouc', xxix. die Octobris. Per justiciarium.

Pro Ferrando et Daminge de terra Ricardi Suhard' de Cheddesworth'.—Rex commisit Ferrando et Daminge, balistariis suis, manerium de Cheddesworth', quod fuit Ricardi Suward', ad se sustentandos in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de manerio illo cum pertinentiis eis plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro Rogero Pichard'.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod ad terras vel catalla Rogeri Pichard' in balliva sua manum non mittat ea occasione quod dicebatur ipsum Rogerum fuisse cum comite R. Marescallo, qui ipsum cepit in castro suo de Stratdewy et illud castrum prostravit. Teste ut supra. Per episcopum Wintoniensem.

Pro Laurencio de Burton'.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod ad custodiendum H. de Burgo una cum comitatu suo recipiat attornatum Laurencii de Burton', servientis R. Cycestrensis episcopi, non obstante precepto regis de custodia totius comitatus etc. Et si quid de catallis suis captum fuerit propter absentiam suam, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Henrico Hoes' et aliis militibus.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod, non obstante precepto regis quod venire faceret usque Divisas totum comitatum suum ad custodiendum Hubertum de Burgo, permittat Henricum Hoes' et alios milites ejusdem comitatus qui summonitiones habent veniendi ad exercitum regis cum equis et armis, illuc venire, et similiter permittat forestarios de feodo intendere

1233.
[m. 35.] custodie ballivarum suarum; dum tamen homines predictorum militum et forestariorum de feodo faciant custodiam ipsus Huberti. Teste rege apud Glouc', xxx. die Octobris.

Et mandatur eidem vicecomiti quod Petrum de Mara permittat ad exercitum regis venire, non obstante etc.

De claustura.—Mandatum est R. de Wiliton', constabulario Divisarum, quod in parco regis Divisarum vel alibi faciat habere custodientibus Hubertum in ecclesia Sancti Johannis Divisarum, palos et clausturam ad haiam faciendam super fossatum ibidem factum circa cimiterium ejusdem ecclesie. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Thome de Muleton' x. tam damos quam damas in parco de Horneby, de dono regis. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De galiis apud Portesm' et liberationibus faciendis marinellis.—Mandatum est Roberto de Audely quod accedat ad Robertum de Clinchamp', clericum P. Wyntoniensis episcopi, et recipiat ab eo centum libras quas per preceptum regis ei liberabit, et per visum Oliveri, clerici vicecomitis Suht', cui rex mandavit per litteras suas quas ei misit ei porrigendas, quod ad hoc secum intendat, liberationes fieri faciat magistris et marinellis duarum galiarum regis apud Portesm' quantum denarii illi ad hoc extendere poterunt; et scire faciat regi sub testimonio predicti Oliveri quot magistris et marinellis liberationes suas paccaverit, et usque ad quem terminum et a quo die, et quantum singuli magistri et marinelli recipiant in die. Teste rege apud Ledebir', xxx. die Octobris. Per Wintoniensem episcopum.

Mandatum est Olivero, clerico vicecomitis Suht', quod statim visis litteris accedat apud Portesm' et in propria persona sua intersit liberationibus faciendis de centum libris magistris et marinellis duarum galiarum, quas a Roberto de Audel' rex fieri precepit in presentia ejusdem vicecomitis et per visum et testimonium suum, ita quod scire faciat regi sub testimonio suo quot magistris et marinellis liberationes inde paccaverit, et usque ad quem terminum et a quo die, et quantum singuli magistri et marinelli percipient in die. Teste ut supra. Per eundem P. episcopum Wyntoniensem.

De c. libris missis ad Clune et Blancmuster.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod c. libras, quas vicecomes Glouc' ei mittet per preceptum regis, recipiat et sub salvo conductu inde deferri faciat usque castrum de Clune l. libras et ibidem liberari Baldewino de Ver, constabulario ejusdem castri, et alias l. libras similiter sub salvo conductu deferri faciat usque Album Monasterium et ibidem liberari Huberto Hose, constabulario ejusdem castri. Testo rege apud Ledebir', xxx. die Octobris. Per P. de Rivall'.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Johanni de Bissopeston' x. quercus in foresta de Den', de dono regis. Teste rege apud Ledebir', xxxj. die Octobris. Per ipsum Petrum.

1233.
[m. 35]

De respectu loquele.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis per preceptum domini regis inter Rogerum de Wybervill' et Hugonem de Samford' et Johannam uxorem ejus de husbote et heybote, quam predictus Rogerus exigit in bosco predictorum Hugonis et Johanne de Messenden', ponant in respectum usque in octabas usque in octabas (*sic*) Purificationis Beate Marie, anno etc. xviij. Teste rege ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Johanne de Talebot de terra in Hida.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod de terra cum pertinentiis, quam Rogerus de la Hyd' tenuit de Amaurico de Suleham in Hyda, plenam seisinam habere faciat Johanni Talebot ad se sustentandum in servicio domini regis, quamdiu regi placuerit. Teste rege ut supra. Per justiciarium.

De vinis appretiandis et cariandis usque Heref'.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod vj. dolia vini, que nuper ad opus regis capta fuerunt apud Wigorniam, per probos et legales homines faciat appretiari et cum summa festinatione usque Heref' ad regem cariari. Et rex ibidem pretium et cariagium illorum faciet acquietari. Teste rege apud Heref', j. die Novembris.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat W. comiti de Ferrariis vij. quercus in bosco regis de Selveston', de dono regis ad quandam coquinam faciendam. Teste rege apud Hereford', ij. die Novembris. Per eundem P.

De manerio de Bukingham liberando P. de Rivall'.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod de manerio de Bukingh' cum pertinentiis, quod Margareta que fuit uxor Johannis de Braos', tenet in dotem, plenam seisinam habere faciat P. de Rivall', tenendo donec predicta Margareta reddiderit ipsi Petro duos de filiis predicti Johannis, quos ipsa detinuit penes se et ad mandatum regis adhuc reddere contradixit. Teste ut supra.

Pro Waltero de Clifford'.—Mandatum est H. de Trublevill' quod ad nullum opus vel operationem decetero capiat de bosco Walteri de Clifford' prope Hayam sine speciali mandato regis, quia super eo quod inde cepit, faciet ei rex satisfieri. Teste ut supra.

Pro Hereberto filio Mathei de terra Gileberti de Turbervill' et Jordanni de Marisco.—Rex commisit Hereberto filio Mathei terram que fuit Gileberti de Turbervill', qui est cum comite R. Marescallo, in Sumolton', custodiendam et ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod de predicta terra eidem Hereberto plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Heref', iij. die Novembris. Per P. de Rivall'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sumers' pro eodem Hereberto de terra que fuit Jordanni de Marisco, qui est cum Marescallo, in Rishurst et Camelinge, et de terra que fuit Reymundi de Sulye in Alsiston', qui est cum eodem Marescallo.

1233.

[m. 35.] *De munitione castri Bristolli et navium et batellorum. Patentes.*—Mandatum est Rogero Alys. constabulario Bristolli, quod de denariis quos habet de quadragesima regis vel aliunde, faciat quod R. Cycestrensis episcopus etc. ei dicet ex parte regis ad munitionem castri Bristolli et navium et batellorum.

Pro Rannulfo de Hurle de terra Rogeri de Berkerol'.—Mandatur vicecomiti Sumers' quod de terra que fuit Rogeri de Berkeroles in balliva sua. et quam rex commisit Rannulfo de Hurle ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit, eidem Rannulfo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De respectu assise nove disseisine.—Mandatum est justiciariis de Banco quod assisam nove disseisine, quam Ricardus de Cumba aramiavit coram Ricardo de Caignes, Godefrido le Waleis, Willelmo Bernehus et Walerando Maufe per preceptum regis versus comitem Warenn', W. de Muncell' et Lucam clericum, de tenementis in Berecomp' et Laweland', et quam rex postea venire precepit coram ipsis capiendam in banco, ponant in respectum usque in xv. dies a die Pasche, anno etc. xviij. Teste ut supra.

Pro comite Warennie.—Rex concessit W. comiti Warennie diem et annum qui ad regem pertinent de terra, quam H. de Burgo tenuit de ipso comite in capite in comitatibus Norf' et Suff'. Et mandatum est eidem vicecomiti quod de predicta terra ipsi comiti plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Eboraci de terra quam idem H. tenuit in capite de eodem comite Warennie.

De damis datis.—Mandatum est custodi archiepiscopatus Cantuariensis quod in parco de Audinton' faciat habere Fulconi filio Warini x. damas ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro Johanne de Munem' de castro Godric' ei dato.—Rex dedit Johanni de Monem' castrum Godric' et duo hameletta, scilicet, Hunsum et Trawem cum pertinentiis, que fuerunt Walteri Marescalli, qui est cum comite R. Marescallo contra regem. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod de predictis castro et hamelettis ipsi Johanni plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Heref', iiij. die Novembris. Per justiciarium.

Et mandatum est Amaurico de Sancto Amando quod de predicto manerio cum castro et bladis et instauris ibi inventi[s] eidem Johanni plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De quarellis datis.—Mandatum est Galfrido de Langel', constabulario Sancti Briavelli, quod de quarellis regis qui sunt in custodia sua, faciat habere Fulconi filio Warini d. quarellos, de dono regis. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

1233.
[m. 35.] *Pro Willelmo scissore regis.*—Rex concessit Willelmo, scissori suo, quod hoc anno etc. xviij. habeat in bosco archiepiscopatus Cantuariensis de Heryet', c. porcos ad pessonam quietos de pannagio. Et mandatum est custodi archiepiscopatus predicti quod ipsum W. predictos c. porcos in predicto bosco cum quietancia predicta habere permittat. Teste ut supra.

De respectu loquele.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquela que est coram eis per breve domini regis inter Henricum de Thybetot et Henricum de Essex' de averiis ipsius Henrici de Tybetot captis et injuste detentis, ponant in respectum usque a die Pasche anno etc. xviij. in xv. dies.

De Radulfo de Bray misso usque Bristollum.—Rex mittit usque Bristollum Radulfum de Bray ad morandum una cum Rogero Alis, constabulario ejusdem castri, in eodem castro et ad intendendum una cum eo salve et secure custodie ejusdem castri. Et mandatum est eidem Rogero quod ipsum ad hoc in predictum castrum admittat, et eum una cum duobus armigeris, iiij. equis et duobus garcionibus in victualibus exhibeat, faciens eum jacere in magna camera regis ibidem. Teste rege.

Hibernia. Pro Reginaldo de Bernevall'.—Mandatum est justiciario Hibernie quod occasione mandati regis ei facti de dominicis regis in Hibernia in manum regis capiendis, manum non apponat ad terram quam Reginaldus de Bernevall' tenet de dominico regis, donec a rege aliud habuerit mandatum. Teste rege apud Heref', v. die Novembris.

De terris commissis Roberto Passelewe.—Rex commisit Roberto Passelewe terras que fuerunt Huberti de Burgo in Aspele et Hanlawe, ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Bed' quod de predictis terris eidem Roberto plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

Pro Roberto filio Nicholai.—Robertus filius Nicholai est in servicio regis in partibus Wallie. Et ideo mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod de quodam serviente, quem exigunt ab eo habendum ad arma in civitate Lond' occasione tenementi quod habet infra libertatem ejusdem civitatis, pacem ei habere permittant. Teste rege apud Heref', v. die Novembris.

Pro Willelmo Lungesp' de respectu appelli.—Mandatum est justiciariis de Banco quod appella que Willelmus de la Fenne, Fulco carpentarius et alus* homines Willelmi Lungesp' de Sutton' faciunt coram eis versus predictum Willelmum, Johannem Fulcher' et Willelmum de Prestwud' de imprisonatione predictorum Willelmi, Fulconis et aliorum hominum ipsius Willelmi, et pace domini regis fracta, et

* *Sic* in MS.

1233.

[m. 35.] appella que homines H. Elyensis episcopi de Tyd faciunt coram eis versus homines predicti Willelmi Lungesp' de eadem villa de pace regis fracta, ponant in respectum usque in xv. dies post festum Sancti Hillarii, anno regni etc. xviij.

De respectu loquele.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis inter Simonem de Preston' petentem, et Walterum Biset, qui est in servicio regis, tenentem, de dimidia hida terre cum pertinentiis in Hunaldewod', ponant in respectum usque in xv. dies a die Sancti Hillarii, anno etc. xviij. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Willelmo Bluet de terra Johannis le Sor.—Rex commisit Willelmo Bluet terram que fuit Johannis le Sor, qui est cum comite R. Marescallo, in Alurington' ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de predicta terra cum pertinentiis plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Heref', vij. die Novembris. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Johanne de Vernay de terra Roberti de Herlotere.—Eodem modo scribitur vicecomiti Berk' pro Johanne de Vernay de terra Roberti de Herlotere, qui est cum eodem Marescallo, in Cotes cum catallis et instauris in eadem terra inventis.

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod loquelam que est in comitatu suo per breve de recto inter Willelmum de Hatecumbe petentem, et Willelmum de Godesf', qui est in servicio regis, tenentem, de tenemento in Swanescumbe, ponant* in respectum usque in xv. dies a die Sancti Hillarii, anno etc. xviij. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Waltero de Lascy de anno et die.—Rex concessit Waltero de Lascy annum et diem qui ad regem pertinent de terra quam Willelmus de Bradelegh', qui utlagatus est pro morte Gileberti filii Osberti, tenuit de predicto Waltero in Bradelegh'. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod predicto Waltero de predicta terra cum pertinentiis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per episcopum Wintoniensem.

Mandatum est Thome de Muleton', sicut alias fuit, quod habere faciat priori et canonicis Karl' decimam venationis capte in foresta Cumbr' de hoc anno etc. xvij. proximo preterito, nisi eam eis habere fecerit, sicut rex alias mandavit. Teste ut supra.†

Pro Johanne de Hilstede.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terram Johannis de Hilstede in Stockebir', que est vadium Isaac le Gros de Cantuaria, Judei; et facta extenta illa secundum valorem terre et quantitatem debiti eidem Johanni rationabiles terminos habere faciant ad predictum debitum predicto Judeo reddendum, ita quod de residuo terre sue possit idem Johannes sustentari. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

* Sic in MS. † This entry is cancelled 'quia aliter inferius.'

1233.
[m. 35.]

Pro Ferrando et Rogero Wastehos'.—Mandatum est vicecomiti War' quod tres carucatas boum, quas Ferrandus balistarius et Rogerus Wastehoese ceperunt in terra que fuit Ricardi Suward', et quas ipse vicecomes fecit arestari, eis sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

Pro quibusdam canonicis de Britannia.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat canonicis de Feuger' in Britannia decimas reddituum maneriorum de Twiford' et de Westkincton', sicut habere consueverunt tempore R. quondam comitis Cestrie et Linc'; et illud quod eis aretro est de tempore quo maneria illa textiterunt* in manu regis, eis reddi faciat. Teste etc. Per eundem P.

Pro Willelmo Blome de quadam terra Gileberti de Turbervill'.—Rex commisit Willelmo Blome terram Gileberti de Turbervill', qui est cum comite Marescallo, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de predicta terra cum pertinentiis suis sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste ut supra. Per justiciarum.

Pro Ferrando et R. Wastehos' de terra in Breiles.—Eodem modo scribitur vicecomiti War' pro Ferrando balistario, et Rogero Wasteheos' de terra Ricardi Suward' in Breiles, hoc adjecto, cum tribus carucatis et aliis catallis in ea inventis. Per P. de Rivall'.

Pro Waltero Haket de equo reddendo.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod reddi faciat Waltero Haket equum et hernesium suum que retinuit occasione mortis Ade de la Kersonere, unde rettatus fuit. Teste ut supra.

De magistro hospitalis extra Norhampt'.—Mandatum est H. Lincolniensi episcopo quod, non obstante reclamatione quam vicecomes Norht' fecit ex parte regis coram archidiacono Norhampt' pro custodia hospitalis Sancte Trinitatis extra Norhampt', ad presentationem veri patroni Johannem capellanum Roberti Passelewe tanquam custodem et magistrum ejusdem hospitalis admittat. Teste ut supra.

Pro canonicis Karleolensibus.—Rex concessit priori et canonicis Sancte Marie Carl' quod habeant decimam venationis quam rex capi faciet in foresta de Englwod', sicut tempore H. regis avi domini regis decimam venationis ejusdem foreste habere consueverunt. Et mandatum est Thome de Muleton' quod de venatione regis que nuper capta fuit in eadem foresta anno etc. xvij. et que decetero ibidem capietur, decimam eis habere faciat. Teste ut supra. Per justiciarium.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat abbati Glouc' xiij. quercus in foresta de Dene, de dono regis ad reparationem domorum suarum, que combuste sunt, apud Hidam. Teste ut supra. Per justiciarium.

* Sic in MS.

1233.
[m. 35.]

Pro Hereberto filio Mathei de Walensibus.—Mandatum est Drogoni de Barentin et Willelmo Blome quod de d. Walensibus quos rex eis nuper habere fecit, faciant habere Hereberto filio Mathei ducentos Walenses moraturos cum eo apud Blenleveny per viij. dies. Teste rege apud Heref', vij. die Novembris. Per P. de Rivall'.

De respectu loquele.—Quia Henricus filius Nicholai, vicecomes Sumers', per preceptum regis moratur in partibus suis in servicio regis, mandatum est baronibus de Scaccario quod loquelam que est coram eis ad Scaccarium inter ipsum et Johannem de Fleg' de quibusdam exitibus comitatus Heref' de temporibus quibus fuerunt vicecomites Heref', ponant in respectum usque in xv. dies a festo Sancti Hillarii, anno xviij. Teste ut supra.

Pro burgensibus Stafford' de quercubus datis.—Rex dedit burgensibus Stafford'* lx. quercus in foresta de Kannoc ad claudendum tres brechias ville Salopie. Et mandatum est Petro de Rivall' quod quercus illas eis habere faciat sparsim per loca ubi competentius capi possint et ad minus nocumentum foreste ejusdem. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro comitissa Warewic'.—Mandatum est vicecomiti War' quod non obstante precepto etc. de seisina facienda Ferrando balistario, et Rogero Wastehos' de terra que fuit Ricardi Suhard' in Brayles, quam ipse Ricardus tenuit nomine dotis comitisse War', uxoris sue, plenam seisinam inde habere faciat Thome comiti Warewic' de eadem terra, salvis eis Ferrando et Rogero catallis in eadem terra inventis. Teste ut supra. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomiti Glouc' de terra in Cheddeworth', per omnia.

Pro Hugone de Croftes de terra Roberti de Turbervill'.—Rex commisit Hugoni de Croftes terram Roberti de Thurbervill', qui est cum comite Marescallo, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Heref' de seisina ei facienda etc. Teste rege apud Heref', vij. die Novembris. Per justiciarium.

Hibernia. Pro Reginaldo de Bernevall'.—Rex concessit Reginaldo de Bernevall' xx. libras singulis annis percipiendas ad Scaccarium Dublin' ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod illas xx. libras ei ad Scaccarium Dublin' singulis annis habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

Pro comite Cestrie et Hunted'.—Rex concessit J. comiti Cestrie et Huntind' per cartam suam quod ipse et heredes sui et homines sui qui tenent de honore Huntind', in quibuscumque comitatibus vel ballivis fuerint, habeant et teneant terras suas cum libertatibus et quietanciis

* Corrected from "Salop'."

1233.
[m 35.]

contentis in carta quam eidem comiti inde fieri fecimus. Et mandatum est vicecomitibus Cantebrig', Huntind', Linc', Norht', Rotel', Bedef', Middels' et Leyc' quod predictam cartam in comitatibus suis legi, et concessas ei libertates et quietantias secundum tenorem predicte carte in ballivis suis firmiter teneri faciant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur P. de Rivall', justiciario foreste Anglie, excepto eo quod non faciat predictam cartam legi.

De quarellis datis.—Mandatum est Galfrido de Langel', constabulario Sancti Briavelli, quod de quarellis regis qui sunt in custodia sua, faciat habere comiti Ricardo, fratri regis, quinque millia quarellorum de dono regis. Teste rege apud Heref', x. die Novembris. Per P. de Rivall'.

Pro Rogero molendinario.—J. comes Cestrie et Hunt' fecit regem securum per Galfridum de Appelby et Geraldum de Lindes', milites suos, quod Rogerus le Mudner qui in prisona regis apud Divisas detentus est, stabit recto in curia regis, quando regi placuerit, si quis versus eum loqui voluerit de aliquo quod ad coronam vel pacem regis pertinet. Et mandatum est constabulario Divisarum quod ipsum Rogerum a prisona deliberet et quo voluerit abire permittat; et catalla sua que cum eo capta fuerunt, ei sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Heref', ix. die Novembris.

Pro Egidio de Clifford' de quadam custodia.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod de custodia terre, quam Egidius de Clifford' habuit de terra que fuit Stephani de Ebroicis in Heyton', usque ad etatem heredis predicti Stephani, et de qua disseisitus fuit per preceptum regis eo quod fuit cum W. de Clifford' in servicio comitis R. Marescalli contra regem, talem seisinam habere faciat qualem habuit, quando rex eum inde precepit disseisiri. Teste ut supra. Per justiciarium.

De respectu loquele.—Mandatum est custodi archiepiscopatus Cantuariensis quod loquelam que est in curia ejusdem archiepiscopi per breve de recto inter Johannam, que fuit uxor Johannis de Sancto Leodegario, petentem, et Johannem de Bassing', tenentem, de tertia parte manerii de Ulecumbe, qui quidem Johannes est cum comite Warennie in partibus Wallie, ponat in respectum usque in xv. dies a die Sancti Hillarii, anno xviij. Teste me ipso apud Heref', x. die Novembris.

Pro Waltero et priore de Clifford'.—Mandatum est H. de Trublevill' et Drogoni de Barentin vel eorum alteri quod nec de bosco prioris de Clifford' juxta Haiam, nec de bosco Walteri de Clifford' ibidem, ad aliquod opus vel operationem aliquid capiat nisi per gratum et voluntatem eorum. Teste ut supra.

De averiis hominum de Castro Godric' reddendis.—Mandatum est N. de Molis quod omnia averia hominum Castri Godric' et partium illarum que capta fuerunt et abducta per gentem suam de munitione castri Sancti Briavelli, postquam predicti homines de Castro Godric' treugas ceperant cum A. de Sancto Amando et obsides ei dederant, ipsis hominibus reddi faciat, ita quod rex iteratam querelam inde non audiat. Teste ut supra.

1233.

[m. 35.] *Hibernia. Pro episcopo Darensi.*—Rex electioni facte de magistro Johanne de Taunton' in episcopum Darensem, regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario, quod ei de predicto episcopatu et omnibus terris et tenementis ad eum pertinentibus, de quibus Radulfus quondam Darensis episcopus proximus predecessor suus fuit seisitus die quo obiit, sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est militibus, liberis hominibus et aliis de episcopatu illo quod ei tamquam domino suo in omnibus etc. sint intendentes et respondentes.

[m. 34.] *Pro Jocelino de Machelin de terra in Muntgomery.*—Rex commisit Jocelino de Machelin xx. acras terre quas Walterus Basset tenuit in Mungomery, ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est constabulario de Muntgomery quod de predictis xx. acris cum pertinentiis eidem Jocelino plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Hereford', x. die Novembris. Per P. de Rivall'.

De collectoribus quadragesime faciendis venire usque Glouc'.—Rex quadragesimam comitatuum Cant' et Hunt', que deposita est in castro Norht' sub sigillis assessorum et collectorum, deferri precepit usque Glouc'. Et mandatum est vicecomiti Cant' et Hunt' quod predictos assessores accedere faciat usque Glouc' et, fractis per manum suam sigillis suis, dictam pecuniam liberent per numerum vicecomiti Glouc', cui rex mandavit quod eam ita recipiat. Teste rege apud Heref', x. die Novembris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Bed' et Buk', Rotel', War' et Leic'.

Et mandatum est Gileberto de Sedgrave et Johanni de Stutevill' quod in propriis personis suis cum gente sua et militibus cum eo existentibus conducant predictam quadragesimam de Norht' usque Glouc', liberandam ibidem vicecomiti Glouc'.

Pro priore de Sapel'.—Abbas Sancti Remigii monachum suum fratrem Johannem presentium latorem* constituit priorem domus de Sapel' ad eandem abbatiam spectantis, quam quidem constitutionem rex gratam habens ejusdem prioris fidelitatem recepit. Et mandatum est vicecomiti Staff' quod de ipso prioratu cum pertinentiis eidem priori sine dilatione plenam seisinam habere faciat: et si quid inde amotum fuerit, postquam eum cepit in manum regis, ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra. Per episcopum Wintoniensem et justiciarium.

Pro Roberto Gunter.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod accepta a Roberto Gunter securitate de fideli servicio, plenam seisinam ei habere faciat de terra sua in Brunhope in balliva sua, que capta fuit in manum regis, eo quod fuit cum comite Marescallo. Teste ut supra. Per justiciarium.

* Omitted in MS.

1233.
[m. 34.]

Pro Willelmo de Boel' de terris Reymundi de Suly et W. de Sumery.—Rex commisit Willelmo de Boel' terras Reymundi de Suly et Willelmi de Sumery, qui sunt cum comite Marescallo, ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod de predictis terris eidem Willelmo plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Grosmunt, xj. die Novembris. Per justiciarium.

Pro Roberto Lupo de maritagio dato.—Rex dedit Roberto Lupo maritagium Agnetis filie junioris et alterius heredum Hugonis de Samford'. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod de predicta Agnete et de rationabili parte sua, que eam hereditarie contingit de terris que fuerunt predicti Hugonis patris sui, predicto Roberto plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Nov'.*

Pro magistro Simone de Steland' de terra Ricardi Pincerne.—Rex commisit magistro Simoni de Steland' terram Ricardi Pincerne ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod ei vel certo nuntio suo, has literas ei deferenti, de predicta terra cum omnibus bladis, instauris et aliis catallis in ea inventis, sine dilatione plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Grosm', xiij. die Novembris.

Pro Galfrido de Fanecurt de quadam terra Ricardi Suhard.—Rex commisit Galfrido de Fanecurt terram que fuit Ricardi Suward in Estanefeld cum blado in eadem terra invento et una carucata boum, ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Staff' quod predicto Galfrido de predicta terra, etc. plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est, †salvis regi catallis et instauris in eadem terra inventis.† Teste rege apud Hereford', xij. die Novembris. Per justiciarium.

Pro Ricardo de Gray de terra G. Basset in Woking'.—Eodem modo scribitur vicecomiti Surr' pro Ricardo de Gray de terra Gileberti Basset in Wocking', preter bladum et carucatam boum.

Pro Henrico de Pinking.—Mandatum est constabulario de Windles' quod quamdiu Henricus de Pinkeny fuerit in servicio regis per preceptum suum in partibus marchiarum, non distringat eum ad wardam faciendam ad castrum Windles'. Teste rege apud Heref', xviij. die Novembris. Per episcopum Wintoniensem.

Pro Willelmo de Sancto Leodegario.—Mandatum est vicecomiti Essex'‡ quod de essartis cum pertinentiis in Purle, que Willelmus de Sancto Leodegario habuit de ballio regis, et de quibus disseisitus fuit occasione donationis quam rex fecit David filio Lewelini de manerio de Purle, eidem Willelmo plenam seisinam habere faciat; ita quod de essartis illis cum pertinentiis non disseisiatur absque

* Sic in MS. † This clause between daggers is struck out.
‡ Corrected from 'Berk'.'

1233.

[m. 34.] speciali precepto regis occasione donationis quam rex alicui fecerit de manerio predicto. Teste rege apud Heref', xviij. die Novembris. Per P. de Rivall'.

Pro Baldewino de Gisnes de terra in Bastelden'.—Rex commisit Baldewino de Gisnes terram quam Hugo de Saumford' tenuit de ballio regis in Bastelden'. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod eidem Baldewino de predicta terra cum pertinentiis plenam seisinam habere faciat, salvis amicis predicti Hugonis catallis suis in eadem terra inventis ad distribuendum pro anima sua. Teste ut supra. Per episcopum Wintoniensem.

Pro Waltero et priore de Clifford'.—Mandatum est Walerando Teutonico quod in boscis Walteri de Clifford' et prioris de Clifford' aliquid capi non permittat, sciturus quod de dampnis ei illatis de boscis suis post prohibitionem regis, a quibus illata fuerint, eis faciet rex satisfieri. Teste ut supra.

Pro Simone Normanno.—Rex commisit magistro Simoni Normanno terram in Croxton' quam Walerandus Teutonicus tenuit de ballio regis. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod de predicta terra plenam ei seisinam habere faciat. Teste rege apud Heref', xviij. die Novembris. Per episcopum Wintoniensem.

Pro Henrico Langbord'.—Mandatum est vicecomiti Glouc', quod non obstante precepto regis ei facto de seisina facienda Willelmo Blome de terra Gileberti de Turbervill' in Maresfeld', faciat habere Henrico Langbord', qui terram illam tenuit ad firmam de predicto Gileberto, catalla sua in eadem terra inventa. Teste ut supra.

Rex concessit abbati de Abbendon', Henrico de Pinkinny et Willelmo de Windles' quod toto tempore quo rex fuit in partibus Marchie in guerra contra comitem R. Marescallum, quieti sint de warda facienda ad castrum de Windles'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant.

Rex commisit Walerando Teutonico manerium de Ringwod', quod est terra Britonum, ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suht' quod de predicto manerio cum pertinentiis plenam ei seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per episcopum Wintoniensem.[*]

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod loquelam que est in comitatu suo per breve de recto inter Nicholaum de Oxelaye et Petronillam uxorem ejus, petentes, et Willelmum de Putot qui est in servicio regis ad custodiendum costeram maris Bristollii, et Petronillam uxorem ejus, tenentes, de feodo dimidii militis in Button', ponat in respectum usque in xv. dies a die Sancti Hillarii. Teste ut supra.

[*] This entry is cancelled 'quia non habuit.'

1233.
[m. 34.]

Pro Walerando Teutonico.—Mandatum est vicecomiti Leic' quod non obstante precepto regis ei facto de seisina facienda magistro Simoni Normanno de manerio de Croxton', permittat Walerandum Teutonicum manerium illud in pace tenere, sicut illud prius tenuit de ballio regis. Teste rege apud Heref', xix. die Novembris. Per episcopum Wintoniensem.

Pro Rogero le Suche de terra Gileberti de Umframvill'.—Rex commisit Rogero la Suche terram que fuit Gileberti de Umframvill', qui est cum comite R. Marescallo, in Labeford', ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod de predicta terra cum pertinentiis eidem Rogero plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. Per ——

De manerio de Ringwode commisso magistris J. de Cadomo et Simoni Normanno.—Eodem modo scribitur vicecomiti Suhampt' de manerio de Ringwod' commisso magistris Johanni de Cadomo et Simoni Normanno ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Teste ut supra. Per Wintoniensem.

Pro Hugone Wak' et participe suo.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod omnes terras que fuerunt Nicholai de Stutevill', tam manerium de Cotingham quam omnes alias terras, capiat in manum regis, et facta* per probos et legales homines comitatus sui de predicto manerio de Cotingham et omnibus aliis terris que fuerunt ipsius Nicholai, assignari faciat Hugoni Wak' et Johanne uxori sue, filie primogenite et uni heredum ipsius Nicholai, rationabilem partem ipsius Johanne, que eam contingit de terris predictis: et similiter assignari faciat Willelmo de Mastac, consanguineo regis, cui rex dedit maritagium Margarete, alterius filiarum et heredum predicti Nicholai, rationabilem partem ipsius Margarete, que eam contingit de predictis terris; et tam ipsis Hugoni et Johanne quam Willelmo et Margarete de portionibus suis plenam seisinam habere faciat, salva ipsis Hugoni et Johanne esnechia de hereditate predicta. Teste ut supra. Per justiciarium.

De respectu loquele.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que summonita est coram eis inter Emmam de Bella Fago, Robertum Agoillun, Isabellam filiam Istan' et Philippam uxorem ejus, Robertum de Escal' et Thomam de Ingoldestorp', petentes, et W. comitem Warennie tenentem, de iiij. carucatis terre cum pertinentiis in Wilton' et iij. carucatis terre in Fuldon', ponant in respectum, quamdiu idem comes fuerit in servicio regis in partibus Wallie per preceptum suum. Teste rege apud Heref', xx. die Novembris. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norf' de loquela inter Willelmum de Ages, Milonem le Parker et Willelmum de Granario, querentes, et Walterum de Ingeham, militem Johannis de Munem',

* The word 'extenta' or 'inquisitione' is apparently omitted.

1233.
[m. 34.]

et homines suos de Ingeham et de Stanham, deforciantes, de captione et detentione averiorum ipsorum Willelmi, Milonis et Willelmi, ponenda in respectum usque ad proximum comitatum suum post Purificationem Beate Marie. Teste ut supra.

Pro Warino de Monte Canasio.—Mandatum est constabulario Roffe quod quamdiu Warinus de Monte Canasio fuerit cum rege in servicio suo in partibus Marchie per preceptum suum, non distringat eum ad faciendum wardam in predicto castro. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro Willelmo de Nevill'.—Rex ad instantiam W. comitis de Ferrariis concessit Willelmo de Nevill' quod de bosco suo proprio de Chileworth' infra forestam regis de Braden' capere possit et essartare unam acram ad perticam regis, et eam claudere ad ampliandum curiam suam ibidem, ita quod acra illa quieta sit inperpetuum de vasto et regardo et visu forestariorum et viridariorum; et pro hac concessione regis concessit regi dictus comes quod dabit priori de Tuttebir' duas acras ubicunque voluerit, excepto defenso ipsius comitis. Et mandatum est P. de Rivall' quod permittat ipsum Willelmum de predicto bosco suo capere et essartare unam acram ad perticam regis, et eam claudere ad curiam ampliandam, ita quod acra illa sit quieta inperpetuum de vasto et regardo et visu forestariorum et viridariorum, sicut predictum est. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro Henrico Langbord'.—Mandatum est Willelmo Blome quod instaura Henrici Langbord' que de terra que fuit Gileberti de Turbervill' in Marsfeld', quam rex eidem Willelmo commisit, fecit abduci, eidem Henrico sine dilatione restitui faciat, et blada ejusdem Henrici que ipse W. fecit in eadem terra arestari, deliberet eidem. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomitibus Berk' et Suht' quod si predicta instaura in ballivas suas venerint, ea eidem Henrico sine dilatione habere faciant. Teste ut supra.

De sustinendis marinellis navium et batellorum.—Mandatum est Radulfo de Bray et Radulfo Alis, constabulario Bristolli, quod de denariis quos Petrus de Russell' misit usque Bristollum per preceptum regis, sustineri faciat* magistros et marinellos batellorum ville Bristolli, quos homines ejusdem ville eschipari fecerunt et jamdudum in servicio regis ad denarios suos tenuerunt. Duas etiam vel tres naves ibidem ad eosdem denarios regis, sicut provisum fuit in presentia venerabilis patris R. Cicestrensis episcopi, cancellarii regis, et Eymerici de Sacy et sua, batillari et gente et armis eschypari faciant, ituras in servicio regis cum Hamone de Crevequer et Rannulfo de Hurnl', quos assignavit cum predictis vasis ad predicta negotia perficienda. Teste ut supra.

* Sic in MS.

1233.
[m. 34.] *Pro Willelmo de Mastac.*—Mandatum est B. de Insula quod recipiat a Devorgoil que fuit uxor Nicholai de Stutevill', Margaretam filiam juniorem et unam heredum ejusdem Nicholai, et eam liberet Willelmo de Mastac, cui rex dedit maritagium ejus. Teste ut supra.

Pro uxore Nicholai de Stutevill'.—Et mandatum est eidem B. quod ex quo constiterit ei quod ipsa dicto Willelmo dictam filiam suam reddiderit, tunc assignari faciat eidem Devorgoil rationabilem dotem suam, que ipsam contingit de terris que fuerunt predicti Nicholai. Teste supra.

De Walensi quodam querendo.—Mandatum est Radulfo de Bray et Rogero Alis quod Wrennoc' filium Johannis, Walensem, nepotem Willelmi de Christi Ecclesia, qui est in domo Ricardi le Curteis de Bristollo, ut dicitur, queri faciant et scrutari, et si inventus fuerit, salvo custodiri donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Heref', xxiij. die Novembris.

De vinis retinendis ad opus regis.—Mandatum est ballivis Bristolli quod omnia vina nova que venerunt usque Bristollum, retineant in manu regis quousque Johannes de Colemere ad eos venerit. Teste ut supra.

Pro Baldewino de Veer.—Mandatum est abbati de Burgo quod quamdiu Baldewinus de Ver fuerit in servicio regis in partibus Wallie, non distringat eum ad sectam faciendam ad hundreda sua. Teste ut supra.

De respectu utlagationis.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod Robertum de la Beche, Philippum de Veteri Parco et Simonem Russel, quos uxor que fuit Ingelot, appellat de morte ipsius Ingelot et unde rex inquisitionem fieri precepit, interim utlagari vel in aliquo pro appello illo vexari non° permittat, donec rex ex inquisitione illa acceperit quid eidem vicecomiti inde duxerit significandum. Teste ut supra.

Pro Vassallo de Affoilliis de terra Willelmi le Flemeng.—Rex commisit Vassallo de Affoilliis terram que fuit Willelmi le Flemeng, qui est cum comite Marescallo, in comitatu Sumerset', ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod ei inde plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro priore de Lantoenay et abbate de Theokesbir'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod permittat homines prioris de Lantoen' cum batellis ipsius prioris quos arestari fecit per preceptum regis, buscam et alia necessaria ad opus ipsius prioris cariare a partibus Wigornie usque Lantoen', accepta ab ipso priore bona securitate quod per ipsos batellos de inimicis regis vel eorum nuntiis vel quibuslibet

° Omitted in MS.

1233.
[m. 34.] aliis receptandis et transvehendis ultra Sabrinam vel in nuntiis vel in mandatis vel alio quocunque modo regi vel regno suo dampnum aut gravamen non eveniet. Teste ut supra. Per justiciarium et episcopum Wintoniensem.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wigornie pro eodem priore; eisdem vicecomitibus pro abbate de Theokesbiry.

Pro Hugone de Nevill'.—Mandatum est P. de Rivall' quod Hugoni de Nevill' de balliva foreste comitatus Huntedon' cum pertinentiis talem seisinam faciat habere, qualem inde habuit per preceptum regis occasione appelli quod Galfridus le Bere fecit versus Walterum filium Roberti, qui ballivam illam aliquando tenuit, et de qua idem Hugo disseisitus est sine precepto regis, ut dicitur. Teste rege apud Heref', xxiiij. die Novembris. Per justiciarium.

Pro Johanne de Stapeleya.—Mandatum est ballivis de Odiham quod Johannem de Stapelleye, qui est in Marchia Wallie in servicio regis per preceptum suum, non distringant ad sectam faciendam ad hundredum de Odiham, quamdiu fuerit ibidem in servicio regis per preceptum suum.

Pro comitissa Penbroc'.—Mandatum est Petro de Russell' quod habere faciat Alienore comitisse Penbr' bladum et fenum que ipse habet in custodia de manerio de Brug'. Faciat etiam ei habere quod necesse fuerit de bosco ejusdem manerii ad focum suum, quamdiu fuerit in castro de Brug' Walteri per preceptum regis. Teste ut supra.

De terris Nicholai de Stutevill'.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Scias quod mandatum nostrum quod tibi fecimus de capiendis in manum nostram terris que fuerunt Nicholai de Stutevill' in balliva tua, intelligi volumus de terris suis de quibus fuit seisitus ut de feodo die quo cubuit in lecto egritudinis unde obiit. Et ideo tibi precipimus quod de terris illis tantum predictum mandatum nostrum exequaris. Teste rege apud Heref', xxvj. die Novembris. Per justiciarium et Wintoniensem.

De priore° concesso Galfrido de Langel'.—Rex concessit Galfrido de Langel' Willelmum de Glouc', clericum, prisonem qui est in custodia ejusdem Galfridi, in auxilium acquietandi fratrem ipsius Galfridi captum et inprisonatum apud Stryguil. Et mandatum est Nicholao de Mol' quod predictum Willelmum prisonem eidem Galfrido liberari faciat. Teste ut supra.

Pro Everardo de Chastel Viler.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod permittat Everardum de Chastel Viler pacifice tenere manerium de Wykes, quod fuit Philippi Basset, et quod rex eidem Everardo commisit ad se sustentandum in servicio regis; et si quid in dicto manerio cepit postquam inde eum disseisivit auctoritate sua, id ei sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Heref', xxvij. die Novembris. Per justiciarium.

° Sic in MS.

1233.
[m. 34.]

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat vicecomiti Salopie xxxv. quercus in bosco regis de Lya, ad operationem castri Salopie. Teste ut supra.

Pro comite de Ferrariis de manerio de Stubing'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod de manerio de Stubbing' cum pertinentiis plenam seisinam habere faciat W. comiti de Ferrariis. Teste rege apud Heref', xxvij. die Novembris. Per justiciarium.

Pro Johanne de Novo Mercato.—Rex officiali archidiaconi Cantuariensis salutem. Monstravit nobis dilectus et fidelis noster Johannes de Novo Mercato quod cum esset in itinere peregrinationis sue versus Sanctum Jacobum, in quo itinere quidam capellanus assistebat ei comes, idem capellanus jocalia sua furatus est; quem quidem capellanum, ut idem Johannes dicit, tenetis in prisona occasione pecunie et predictorum jocalium que cum eo sunt inventa. Et ideo vobis mandamus quod si idem capellanus advocare noluerit dicta jocalia sua esse, tunc ea eidem Johanni reddi faciatis, quia idem Johannes fecit nos securos per Henricum de Longo Campo et Nicholaum de Damenevill' quod ea prompta habebit ad respondendum inde ad mandatum nostrum et ad voluntatem nostram, quando voluerimus. Teste ut supra.

Pro Henrico de Trublevill' de terra Willelmi de Monte Acuto.—Rex commisit Henrico de Trublevill' ad se sustentandum in servicio regis totam terram que fuit Willelmi de Monte Acuto in comitatibus Sumerset' et Dors', qui est contra regem cum comite Marescallo de familia Gileberti Basset. Et mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod de predicta terra ipsi Henrico plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Heref', xxvij. die Novembris. Per justiciarium.

Pro Gileberto de Sedgrave de terra comitis Marescalli in Burton'.—Rex commisit Gileberto de Sedgrave terram quam comes Ricardus Marescallus habuit in Burton', ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Norhamt' quod de terra illa eidem Gileberto plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per P. de Ryvall'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Devonie de terra Ricardi Pincerne, qui est cum Marescallo, commissa Reginaldo de Cunde, quamdiu regi placuerit.

Hibernia. Pro Henrico de Trublevill'.—Mandatum est justiciario Hibernie quod assisa mortis antecessoris quam Willelmus filius Alani et Agnes uxor ejus aramiaverunt versus H. de Trublevill', quem rex non dimittit recedere a servicio suo, de terra in Balimadun, ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis, anno xviij. Teste ut supra.

Pro eodem Henrico de Trublevill'.—Rex concessit et confirmavit Henrico de Trublevill' terras quas prius concesserat Radulfo de Trublevill' avunculo suo, in Brochamt' et in Cumbroc', habendas et

1233.
[m. 34.] tenendas eidem Henrico et heredibus suis de rege et heredibus suis per idem servicium per quod dictus Radulfus eas de rege tenuit. Et mandatum est vicecomiti War' quod de predictis terris plenam ei seisinam habere faciat, salva Alicie, que fuit uxor ipsius Radulfi, rationabili dote sua de terris predictis. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro Waltero de Clifford'.—Mandatum est Henrico de Trublevill' quod plenam seisinam habere faciat Waltero de Clifford' de omnibus hamelettis pertinentibus ad manerium de Clifford' cum dominicis eorundem hamelettorum et boscis suis et feodis militum suorum, retento in manu regis corpore predicti manerii de Clifford' cum dominicis ejusdem manerii ad custodiam castri de Clifford'. Teste ut supra. Per justiciarium et episcopum Wintoniensem.

Pro Theobaldo de Engleskevill'.—Rex commisit Theobaldo de Engleskevill' terram Philippi Denebaud', qui est cum comite Marescallo, in Henton', custodiendam quamdiu regi placuerit, ad se sustentandum in servicio regis. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod de terra predicta eidem Nicholao plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per justiciarium.

De tradendo in ballium.—Willelmus filius Godwini et Ailneth' Hert, rettati de morte Willelmi le Estrange odio et athia et non etc. ut rex accepit per inquisitionem, habent literas directas vicecomiti Bedef' quod uterque eorum tradatur in ballium xij. etc. Teste ut supra.

Pro Willelmo Lungespee de custodia de Gouiz.—Rex concessit W. Lungespee custodiam terre que fuit Rogeri de Gouiz in Kerchel ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit, quam R. comes Penbr' habuit in manu sua. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod eidem Willelmo de predicta custodia sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Rex concessit abbati et monachis de Westmonasterio per cartam suam quod de proprio bosco suo de Ieteslep' qui vocatur Cauda Aliz, et qui est infra forestam regis de Brehull', assartare possint et excolere quandam placiam que continet decem acras et dimidiam ad perticam regis per inquisitionem inde factam per preceptum regis, cujus placie boscum Henricus, frater regis, prostravit et vendidit tempore guerre mote inter J. regem, patrem regis, et barones suos, quo tempore manerium de Ieteslep' fuit in manu sua; et quod ipsi abbas et monachi placiam illam claudere possint fossato et haia; et quod predicte x. acre et dimidia imperpetuum sint quiete de vasto et regardo et de visu forestariorum, viridariorum et regardorum et omnium ministrorum suorum. Et mandatum est P. de Rivall' quod predictas x. acras et dimidiam in predicto bosco suo de Ieteslep' qui vocatur Cauda Aliz, et qui est infra forestam predictam, ipsos abbatem et monachos assartare et

1233.

[m. 34.] excolere et quietanciam predictam secundum tenorem carte regis, quam rex eis inde fecit, habere permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Roberto filio Eustachii.—Rex, dum Nicholaus de Stutevill' vixit, qui jam mortuus est, per literas suas eidem Nicholao significavit quod bene placuit regi quod terram que fuit Eustachii de Stutevill', avunculi sui, de quibus idem N. non nisi custodiam habuit, redderet Roberto filio et heredi ipsius Eustachii, et quod idem Robertus homo ipsius Nicholai inde esset, salva fide regis, eo non obstante quod idem Robertus natus et nutritus fuit in partibus transmarinis.

Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod si idem Nicholaus in vita sua eidem Roberto predictam terram reddidit, eundem Robertum dictam terram in pace tenere permittat. Teste ut supra.

[m. 33.] *Pro Reginaldo de Moyun.*—Rex concessit Reginaldo de Moyun quod de debitis que debet Copino, Judeo Oxonie, de quibus idem Reginaldus finem fecit cum eodem Judeo de reddendis ei singulis annis xx. libris, decetero reddat ei x. libras per annum donec predicta debita ei fuerint persoluta. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Heref', xxix. die Novembris.

Pro P. de Russell'.—Rex concessit Petro de Russell', constabulario de Brug' Walteri, quod omnes homines de hundredo de Eldredesfeld', quamdiu idem P. fuerit constabularius, eidem P. sint intendentes et respondentes, ita tamen quod idem P. de exitibus ejusdem hundredi vicecomiti Sumerset' respondeat. Et mandatum est eidem vicecomiti quod predictos homines hundredi predicti eidem Petro intendentes esse faciat et respondentes. Teste ut supra.

De converso admittendo.—Mandatum est magistro Waltero, capellano conversorum, quod Johannem conversum de Lincoln', quem rex mittit ad morandum cum ceteris conversis regis apud Lond', admittat. Teste ut supra.

Et mandatum est Roberto Passelewe quod ipsum conversum ibidem admitti faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est Joceo filio Petri et Stephano de Stranda quod ipsum recipiant et liberationes suas ei habere faciant.

Pro comite Hereford' de manerio de Elmour'.—Rex commisit H. comiti Hereford' manerium de Elmour' quod fuit H. de Burgo, ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit, salvis regi de gurgite et piscariis ejusdem manerii lampredis et alosis. Et mandatum est P. de Rivall' quod ei de manerio illo, salvis regi predictis lampredis et alosis, plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro episcopo Wintoniensi de custodia terre et heredum Alicie de Rochef'.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod de terra que fuit Alicie de Rocheford' in Kelmeston', quam tenuit de comite Marescallo

1233.
[m. 33.] et idem comes de P. Wintoniensi episcopo, eidem episcopo plenam seisinam habere faciat, tenenda usque ad etatem heredis predicte Alicie, cujus custodiam rex eidem episcopo concessit, una cum custodia et maritagio predictorum heredum. Teste ut supra. Per justiciarium.

Idem episcopus habet literas patentes de predicta custodia terre et heredum cum maritagio.

De c. et xij. libris quas Petrus de Russell' liberavit constabulario Bristolli.—Mandatum est constabulario Bristolli et Radulfo de Bray, sicut alias, quod de c. et xvij. libris quas recepit de Petro de Russels, ponat in munitione et reparatione ejusdem castri et ad naves et batellos regis ibidem muniendos et parandos, prout neccesse fuerit, quamdiu predicti denarii durabunt: et ex quo defecerint, regi significet et rex sibi inde providebit. Teste ut supra.

Pro Hugone de Boeles.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod homines Hugonis de Boel' in balliva sua non distringat ad aliquod servicium regi faciendum apud Salopiam, quamdiu idem Hugo fuerit apud Heref' in servicio regis per preceptum suum. Teste ut supra.

De elemosinaria facienda apud Hereford'.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat fratri Galfrido, elemosinario regis, maeremium in haia regis Hereford' ad quandam domum elemosinariam construendam, videlicet sex postes, duas pannas, v. trabes, xx. copulas et lacertos et brachia et alia pertinentia ad predictum maeremium. Teste rege apud Heref', j. die Decembris. Per ipsum Petrum.

De allece emendo ad opus regis.—Mandatum est ballivis Oxonie quod sint in auxilium Ricardo de Bello Campo ad emendum ad opus regis sex lesta allecis ad denarios regis. Faciant etiam habere eidem Ricardo carettas ad predictum allec cariandum usque Glouc' similiter ad denarios regis, quos idem Ricardus carettariis pacabit, et dicant ipsis venditoribus allecis quod veniant vel mittant ad regem ad recipiendum denarios suos pro ipso allece. Teste ut supra.

Pro Andrea de Cancellis.—Rex dedit Andree de Cancellis annum et diem qui ad regem pertinent de terra que fuit Walteri le Poher in Belecot' et Feringford', utlagati pro morte Cabbel' et duorum filiorum suorum, et catalla que fuerunt ejusdem Walteri. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod de predicta terra et catallis ipsi Andree plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Glouc' pro eodem Andrea de terra ejusdem in Soundon' et catallis etc.

Pro Roberto de Watevill'.—Robertus de Watevill' fecit regem securum de fideli servicio per Radulfum Basset de Drayton' et Willelmum de Sifrewall'. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod

1233.
[m. 33.] terras suas et catalla sua in balliva sua ipsum in pace tenere permittat; et si quid de catallis suis amotum fuerit, id ei reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Rogero filio Pagani de terra Willelmi de Dernef'.—Rex commisit Rogero filio Pagani terram Willelmi de Derneford' de Kingescot' in Kingescot', qui est cum comite R. Marescallo, ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod de predicta terra cum pertinentiis eidem Rogero plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Henrico de Hasting' et Johanne de Bello Campo.—Mandatum est custodi abbatie Sancti Edmundi quod, quamdiu Henricus de Hasting' fuerit in servicio regis cum ipso rege in partibus Wallie, ipsum non distringat pro servicio regi faciendo, quod facere debet abbati Sancti Edmundi de terra quam de eo tenet in balliva sua. Teste ut supra. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur eidem pro Johanne de Bello Campo.

Pro Roberto de Tatteshal'.—Rex concessit Roberto de Tateshal' per cartam suam quod ipse et heredes sui inperpetuum liberam warennam in dominicis terris suis de West Witton', ita quod nulli liceat warennam illam intrare ad fugandum vel ad capiendum in ea leporem, vulpem vel catum sine licencia et voluntate ipsius Roberti et heredum suorum. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod predictam cartam suam in comitatu suo legi, et predictam warennam clamari et teneri faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Heref', ij. die Decembris.

Pro Gerardo Talebot.—Mandatum est Rogero Aiis quod de lxxvij. libris quas Petrus de Russell' ei liberavit, liberet Gerardo Talebot v. marcas ad expensas suas, de dono regis. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De Thoma Suhard' prisone liberando Johanni de Monem'.—Mandatum est Johanni de Gisnes et Baldewino quod si nondum liberaverint Johanni de Monem' Thomam Suward', quem captum tenent et inprisonatum, ipsum eidem Johanni liberent sine dilatione; et quod idem Johannes manucapiet ex parte domini regis quod servientibus qui ipsum ceperunt, de captione sua satisfieri faciet. Teste

Et mandatum est Johanni de Monem' quod ipsum Thomam ab eisdem Johanne et Baldewino recipiat et salvo custodiat, et ex parte regis manucapiat servientibus predictis satisfieri. Teste ut supra.

Pro Henrico de Bernevall'.—Rex concessit Henrico de Bernevall', capellano suo, qui habet de concessione regis custodiam terre et heredum Hugonis de Bernevall', quod de debito quod idem Hugo debuit Benedicto Crespin et Elye Blundo, Judeis London', non currant usure usque ad legitimam etatem ipsorum heredum. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Heref', ij. die Decembris. Per ipsum regem.

1233.
[m. 33.] *Pro Nicholao de Sancta Brigida de terra Philippi de Denebald'.*—Mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod non obstante precepto regis ei facto de seisina terre Philippi de Denebaud' in Henton' et in Wudiat', qui est cum comite R. Marescallo, facienda Theobaldo de Engleskevill', plenam seisinam habere faciat Nicholao de Sancta Brigida de predicta terra, cui rex eam commisit ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Teste ut supra. Per justiciarium et episcopum Wintoniensem.

Pro Theobaldo de Engleskevill' de terra Radulfi Bloet.—Rex concessit Theobaldo de Engleskevill' terram que fuit Radulfi Bloet extra Cyrencestr', ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Est mandatum est vicecomiti Glouc' quod ei inde plenam seisinam habere faciat.

Teste ut supra. Per eosdem justiciarium et Wintoniensem.

Et hoc ita significatum est eisdem Nicholao de Brigida et Theobaldo de Engleskevill'.

Pro Waltero de Fontibus de terra in Brichull'.—Rex commisit Waltero de Fontibus terram que fuit Ricardi Suhard' in Brichull', et quam Robertus de Pavilly prius habuit de ballio regis, ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Buk' quod de terra illa eidem Waltero plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Heref', iij. die Decembris. Per episcopum Wintoniensem et justiciarium.

Pro Thoma de Albo Monasterio.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod distringat Willelmum de Ho quod sine dilatione reddat Thome de Albo Monasterio custum quod posuit in emendatione terre de la Wudecot' pertinentis ad gaiolam regis Wintonie, quamdiu gaiola illa fuit in manu sua per preceptum regis. Teste ut supra.

Pro Rogero de Thurkilleby de terra ei commissa.—Rex terram que fuit Johannis le Poher in Barneby, Japun et in Wuplinton', et quam Adam Esturmy habuit prius de ballio regis, commisit Rogero de Thurkilleby ad se sustentandum, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod eidem Rogero plenam inde seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De salmonibus ponendis in pane et ad regem mittendis.—Mandatum est ballivis Glouc' quod omnes salmones escawardos quos in villa sua invenerint, sicut eos poterunt invenire, ad opus regis appretiari et in panem poni faciant et bene attornatos ad regem transmitti; de quibus rex, cum ad eum venerint, tam de pretio et apparatu eorum quam de vehitura, sicut ipsi ballivi regi significaverint per literas suas, faciet responderi. Teste rege apud Heref', v. die Decembris.

1233.
[m. 33.]

De respectu loquele.—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod loquela que est coram eis per breve regis inter Gregorium de Mora, petentem, et Hamonem Peche, qui est in servicio regis in Marchia Wallie per preceptum regis, de uno messuagio in Lond', ponant in respectum quamdiu idem Hamo fuerit in servicio regis ibidem. Teste ut supra. Per justiciarium.

De Petro Malherbe et Ricardo le Chamberleng.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod Petrum Malherbe et Ricardum le Chamberleng, prisones regis, quos N. de Molis ei liberabit, recipiat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Heref', viij. die Decembris.

Pro Waltero de Clifford'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, quia Walterus de Clifford' est in servicio regis apud Heref' per preceptum suum, occasione cujus non potest servare instantem terminum Natalis Domini anno regni xviij. de fine quem fecit cum Bono Amico et Creso, Judeis Cantuarie, de debito quod eis debet, quod prorogent terminum illum usque in xv. dies a die Pasche anno eodem, ad terminum illum servandum in eodem statu in quo predictus Walterus predictum terminum Natalis Domini debuit servare, ita quod occasione hujus prorogationis usure non currant, nec minus stet finis predictus. Teste rege apud Heref', ix. die Decembris.

Pro Petro de Malo Lacu.—Rex dedit Petro de Malo Lacu annum et diem qui ad regem pertinent de terra quam Walterus filius Johannis le Poher, qui utlagatus est pro combustione facta contra* pacem regis, de eodem Petro tenuit in Kanewic'. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod de predicta terra cum pertinentiis eidem Petro sine dilatione plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Heref', viij. die Decembris. Per justiciarium.

Pro Waltero de Burgo.—Quia Walterus de Burgo satisfecit regi de quodam equo quem lucratus fuit apud Austeclive, quando H. de Burgo ductus fuit a gente comitis R. Marescalli per partes illas versus Strigoil, mandatum est vicecomiti Glouc' quod de terra sua cum catallis suis que occasione illa cepit in manum regis, eidem Waltero plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Heref', x. die Decembris.

Pro comitissa Warewic'.—Rex concessit comitisse Warewic', uxori Ricardi Suhard', quod habeat blada de dominico manerii de Breiles ad sustentationem suam. Et mandatum est vicecomiti War' quod blada illa ei habere faciat et pro voluntate sua inde disponere permittat. Teste rege apud Hereford', xj. die Decembris. Per justiciarium.

* Omitted in MS.

1233.
[m. 33.]

Pro Waltero de Clyfford'.—Rex perdonavit Waltero de Clifford' lx. marcas quas debet Bonamy et Cresse, Judeis Cantuarie. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum Walterum de illis lx. marcis quietum esse, et cartas, cirographa et tallias inde confectas tam per ipsum Walterum quam per homines suos extrahi ab archa et eidem Waltero liberari faciant. Teste rege apud Hereford', xij. die Decembris. Per justiciarium.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Selveston' faciat habere Warino de Monte Canasio v. damas, de dono regis. Teste rege apud Heref', xiij. die Decembris.

Pro Hugone Wak' et Willelmo de Mastac.—Rex B. de Insula salutem. Ex quo ita est quod Nicholaus de Stutevill' fuit seisitus de manerio de Cotingham cum pertinentiis die quo intravit prioratum Sancti Andree Eboraci, in quo obiit, et ante obitum suum inde non recessit, sicut nobis significastis, videtur quod Hugoni Wak' et Willelmo de Mastac de predicto manerio de Cotingham, sicut et de aliis terris ipsius Nicholai, seisinam facere potestis secundum tenorem priorum literarum nostrarum vicecomiti tuo inde directarum, non obstante subsequenti precepto nostro eidem inde facto, quia sic non est secundum mandatum nostrum primo mandato nostro contrarium. Teste ut supra.

Pro Warino de Monte Canasio.—Mandatum est constabulario Roffe quod pacem habere faciat Warino de Monte Kanasio et militibus suis de warda facienda castro Roffe a die Sabbati proxima ante festum Omnium Sanctorum anno xviij. usque ad diem Martis in festo Sancte Lucie anno eodem, quo tempore idem Warinus fuit cum rege in partibus Wallie per preceptum regis. Teste ut supra.

De tradendo in ballio.—Lucas Hereward', captus et detentus in prisona apud Cycestr' pro morte Galfridi de Benested', unde Eufemia de Benested' eum appellat odio et athia etc., ut rex accepit per inquisitionem, habet literas directas vicecomiti Sussex' de tradendo in ballio xij. etc. Teste ut supra.

Pro Waltero de Lascy.—Rex perdonavit Waltero de Lascy ducentas marcas quas regi reddere debuit hoc anno etc. xviij. de debito quod regi debet. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Walterum de ipsis ducentis marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Hereford', xij. die Decembris. Per justiciarium.

Pro Philippo Chotte de terra David Basset.—Rex commisit Philippo Chotte terram que fuit David Basset, qui est cum comite Marescallo, in Winfrod ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod eidem Philippo de predicta terra plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per justiciarium.

1233.

[m. 33.] *De inquisitione facienda de mora de Stanton'.*—Mandatum est Willelmo de Boeles, constabulario de Muntgomery, quod per sacramentum proborum et legalium hominum tam de feodo de Muntgomery quam de feodo de Stanho, diligenter inquirat utrum mora de Stanton' pertinens sit ad honorem de Muntgomery vel ad predictum feodum de Stanho, quod est in manu heredum Walteri le Flemeng; et si sit pertinens ad honorem de Muntgomery, eam retineat in manu regis. Si autem pertineat ad predictum feodum de Stanho, heredibus predicti Walteri eam liberet, et prout voluerint, inde disponere permittat. Teste rege apud Heref', xiiij. die Decembris. Per justiciarium.

Pro Waltero de Lascy.—Rex concessit Waltero de Lascy, quem misit in Hiberniam in servicium suum, quod non obstante eo quod non servavit terminos suos de fine quem fecit cum Ursello filio Hamonis, Judei Heref', et aliis heredibus ipsius Hamonis pro debitis que eis debet, quod idem finis stet et teneatur, ita quod primus terminus ejusdem finis sit ad Pentecosten proximo futuram anno etc. xviij. et interim cessent usure. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Ledebir', xv. die Decembris. Per ipsum regem, presentibus Wintoniensi episcopo et justiciario.

De maeremio ad trubechettum.—Mandatum est Nicholao de Molis quod magistro Nicholao, carpentario regis, et sociis suis, faciat habere maeremium in foresta de Dene et alia neccessaria ad quoddam trublechettum ibidem faciendum. Teste ut supra.

Pro Roberto de Tregoz de vino dato.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod de vinis que sunt in custodia sua, faciat habere Roberto de Tregoz unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 32.] *De quercubus datis.*—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod habere faciat Gileberto Unich', cujus domus nuper combuste fuerunt apud Munem', vij. quercus ad domos suas reedificandas, de dono regis. Teste rege apud Ledebir', xv. die Decembris. Per P. de Rivall'.

De quarellis liberatis Hamoni de Crevequer et Rannulfo de Hurle.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod de quarellis regis quos habet in custodia, faciat habere Hamoni de Crevequer et Rannulfo de Hurle mille quarellos, et constabulario Bristolli mille quarellos. Teste ut supra. Per eundem.

De castro de Rising'.—Rex commisit Thome de Ingoldestorp' castrum de Rising' custodiendum usque ad plenam etatem Hugonis de Albiniaco. Et mandatum est comiti Warennie et ipsi Hugoni quod unde idem Thomas castrum illud interim custodiat, provideant. Teste rege apud Wigorniam, xv. die Decembris. Per justiciarium. Uterque habuit suas literas.

1233.

[m. 32.] *Pro Johanne filio Rocelin de licentia surgendi.*—Rex dedit Johanni filio Rocelin licentiam surgendi de infirmitate qua essoniatus est coram justiciariis apud Westmonasterium de malo lecti versus Andream Wacelin de placito advocationis, ita quod sit ad regem apud Glouc' in vigilia Natalis Domini. Teste rege apud Wigorniam, xvj. die Decembris. Et diriguntur litere ipsi Johanni.

Pro Henrico de Hasting'.—Rex perdonavit Henrico de Hasting' xl. marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii, et de quibus finem fecit de reddendis ad Scaccarium regis x. marcis per annum, donec illas xl. marcas persolvisset. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Henricum de illis xl. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Wigorniam, xvij. die Decembris. Per justiciarium.

De commissis comiti Britannie Twiford' et Westkinton'.—Rex commisit P. duci Britannie et comiti Richemund' maneria de Twyford' et de Westkinton', que fuerunt R. comitis Marescalli, habenda quamdiu nobis placuerit, in excambium terre sue in Francia quam amisit pro servicio regis. Et mandatum est P. de Rivall' quod Jollano Balu, senescallo ipsius comitis, ad opus suum de predictis maneriis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per ipsum regem, presentibus episcopo Wintoniensi et justiciario.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Mandatum est ballivis Hugonis de Nevill' de foresta comitatus Oxonie quod x. acras et dimidiam, quas rex concessit abbati Westmonasteriensi essartare et excolere de bosco suo proprio de Icteslep' in placia que vocatur Cauda Alicie, ipsum essartare et excolere permittat,* et homines qui de bosco illarum x. acrarum et dimidie emere voluerint, sine inpedimento prosternere et absque inpedimento chimini abducere permittant. Teste ut supra.

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod loquela que est in comitatu suo per breve regis de placito debiti inter Eudonem de Storton' et Willelmum de Moun, qui est in servicio regis apud Huntent', ponat in respectum usque ad Purificationem Beate Marie, anno xviij. Teste ut supra.

Pro abbate de Burgo de decima venationis.—Mandatum est Willelmo May et sociis suis, venatoribus regis, quod de venatione quam ceperunt in foresta de Roking' hoc anno preterito, de qua non reddiderunt decimam abbati de Burgo, decimam ei reddant.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Fecham faciat habere abbati de Persora v. damas de dono regis contra instans Natale Domini. Teste rege apud Wygorniam, xviij. die Decembris. Per ipsum regem.

Pro Rogero de Mortuo Mari.—Rex commisit Rogero de Mortuo Mari ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit, terram cum pertinentiis que fuit Roberti de Colinge, balistarii, in

* Sic in MS.

1233.
[m. 32.]

villa* de Stanefeld', et qui fuit cum Henrico de Trublevill' domino ipsius Rogeri in castro de Usk' in servicio regis, et se reddidit comiti Marescallo, cum quo se tenet contra regem. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod de predicta terra eidem Rogero plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro Roberto de Aundely de terra David de Inteberg'.—Rex concessit Roberto de Aundeby ad se sustentandum in servicio regis id quod ad regem pertinet de terra quam David de Inteberg', qui est contra regem cum comite Marescallo, tenuit. Et mandatum est vicecomiti Wigornie quod predicto Roberto de predicta terra sine dilatione plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro Rogero Wastehoes'.—Mandatum est Nicholao de Molis quod permittat Rogerum Wastehos' in pace tenere villanos qui fuerunt comitis R. Marescalli, in Tydeham, et qui sunt in manu ipsius Rogeri de ballio regis, ita quod domus eorum non comburantur nec ipsi tenseutur, quamdiu fuerint in manu sua per preceptum regis. Teste rege apud Wigorniam, xix. die Decembris. Per justiciarium.

De bosco Gileberti Basset.—Mandatum est constabulario Divisarum quod non permittat quod ballivi comitis Ricardi, fratris regis, manum mittant ad boscum qui fuit Gileberti Basset in balliva sua, qui est infra regardum, prosternendum, vendendum vel alio modo destruendum; set boscum illum ita salvo faciat custodiri quod rex pro defectu sui se ad eum capere non debeat. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro uxoribus Hugonis de Sampford' et Willelmi de Sydeham.—Mandatum est P. de Rivall' quod de terris quas Hugo de Sampford' tenuit de hereditate Johanne, uxoris sue, et de terra quam Willelmus de Sideham tenuit de maritagio Christiane, uxoris sue, et unde ipse Johanna et Christiana disseisite fuerunt occasione mortis predictorum virorum suorum, eis plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Reginaldo de Cunde de terra Willelmi de Barra.—Rex commisit Reginaldo de Cunde terram Willelmi le Barre in Wildecumbe et in Liuue, qui est contra regem cum comite Marescallo, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod eidem Reginaldo de predicta terra cum catallis in ea inventis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est, et homines de terra illa quos incarceravit et coegit ad redemptionem unius marce, de marca illa quietos esse faciat. Teste rege apud Theok', xx. die Decembris. Per episcopum Wintoniensem.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sumers' pro eodem Reginaldo de redditu qui fuit predicti Willelmi in Cruke.

* "Sancti Edmundi et in" is struck out.

1233.
[m. 32.] *Pro Michaele filio Nicholai.*—Mandatum est vicecomiti Dors' et Sumerset' quod habere faciat de dono regis Michaeli filio Nicholai omnia catalla que inventa fuerunt in terris, que fuerunt Warini Basset et uxoris sue in balliva sua, quas idem Michael habet de ballio regis, ubicunque catalla illa inventa fuerint in balliva sua extra ecclesiam et cimiterium. Teste rege apud Theok', xxj. die Decembris. Per justiciarium.

Postea mandatum fuit vicecomiti Devonie de eisdem catallis faciendis habere eidem Michaeli, que illuc translata sunt.

Pro Hugone de Albiniaco.—Mandatum est P. de Rivall' quod Hugoni de Albiniaco plenam seisinam habere faciat de manerio de Belsinton' cum pertinentiis, unde comes W. de Arundell' frater ejus, cujus heres ipse est, fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, et quod in manum regis captum fuit una cum aliis terris que fuerunt ipsius comitis, eo quod idem Hugo infra etatem fuit et in custodia regis. Teste ut supra. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex' de terra in Parva Waltham et in Havering' pro eodem.

Pro Johanne de Gray de manerio de Aspele.—Rex commisit Johanni de Gray manerium de Aspele quod fuit Huberti de Burgo, et quod est in manu Roberti Passelewe per preceptum regis, ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est eidem Roberto quod ei inde plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per justiciarium.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in bosco regis de Eishwod' infra forestam de Kenefar' faciat habere abbati de Hales xv. quercus ad stallos chori sui faciendos, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem coram R. filio Nicholai.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta que fuit Nigelli de Mubray de Haxiholm', faciat habere Radulfo de Haya viij. damas et duos damos, de dono regis ad quendam parcum suum instaurandum. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro Joldewino de Doe.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod omnia instaura et catalla inventa in terra Henrici de Brayboef in balliva sua, quam rex commisit Joldewino Doway, eidem Joldewino plene habere faciat, et si aliqua inde catalla vendiderit, denarios inde provenientes ei reddat. Distringat etiam ballivum H. de Braybof ad reddendum eidem Joldewino omnia utensilia que asportari fecit de predicta terra. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est H. de Nevill'[a] vel ballivis suis de Wauberg' quod in foresta de Wauberg' faciat habere magistro Gentilio quatuor damas de dono regis. Teste rege apud Theok', xxij. die Decembris.

[a] Corrected from 'P. de Rivall'.'

1233.

[m. 32.] *Pro abbate de Theokesbir'.*—Mandatum est constabulario de Bruges quod non inpediat abbatem et monachos de Theokesbir' quominus per aquam cariare possint de Bruges usque Theok' maeremium, plumbum et alia necessaria, que ibidem emi fecerint ad emendationem ecclesie sue, accepta securitate a marinellis eorum quod nec huc nec illuc aliquem transvehent preter suos ultra aquam Sabrine. Teste ut supra.

Pro Rogero la Suche.—Rex concessit Rogero la Zuche terram Gileberti de Umframvill', qui est cum comite Marescallo, cum pertinentiis in Thorinton' ad se sustentandum etc. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod plenam ei inde saisinam habere faciat. Teste rege apud Glouc', xxiiij. die Decembris. Per episcopum Wintoniensem.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat elemosinario de Theok' quatuor quercus in foresta de Dene ad domos suas relevandas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro quodam hospitali Bristolli.—Rex concessit custodi hospitalis quod Mauricius de Gaunt fieri fecit apud Bristollum quod, non obstante eo quod rex omnes batellos partium illarum fecit arestari, possit per batellum suum cariare bladum suum de partibus de Brug' Walteri ad sustentandum predictum hospitale. Et mandatum est Hamoni de Crevequer et Rannulfo de Hurle quod ita fieri permittant, accepta bona securitate ab hiis qui dictum batellum ducent, quod neminem preter homines suos proprios hinc inde devehent ultra aquam Sabrine. Teste rege apud Glouc', xxiiij. die Decembris.

Et mandatum est constabulario de Brug' Walteri quod hoc ita fieri permittat.

Pro Johanne de Gray de manerio de Purle.—Rex commisit Johanni de Gray manerium de Purle cum pertinentiis. Et mandatum est Roberto Passelewe quod ei inde plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Glouc', xxv. die Decembris. Per justiciarium.

De hominibus et catallis de Sweynes'.—Mandatum est Hamoni de Crevequer et Randulfo de Hurle quod homines Petri de Rivall' de Sweynes' et catalla sua, que homines batellorum Bristolli ceperunt, deliberari faciant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis Bristolli.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat abbati Salopie de dono regis x. quercus in la Lye, et x. quercus in Shirlet' ad domos reedificandas, que per homines Leulini in pluribus locis fuerunt combuste. Teste ut supra. Per R. filium N.

1233.

[m. 32.] *De respectu loquele.*—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis per breve regis inter cives Lond' et Wigornie, querentes, et burgenses Bristolli, deforciantes, de libertatibus et quietantiis, ponant in respectum usque in xv. dies a die Pasche anno etc. xviij. Teste rege apud Glouc', xxvi. die Decembris.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Roberto de Lexinton' xx. quercus in foresta de Graveling' ad domos sibi apud Sarr' construendas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne Haunsard'.—Mandatum est Willelmo le Rus quod non distringat Johannem Haunsard' pro servicio quod regi debet, quia idem Johannes moram facit in castro de Bamburg' per preceptum regis. Teste ut supra.

Pro Hugone Pincerna.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terram Hugonis Pincerne in Stanes et in Wuldeham, que est vadium Aaron Blundi, Benedicti Crespin, Mossy de Milcstrat', Aaron filii Abrahe, Judeorum Lond', et Sampson de Cantuaria et Bonamy de Kantuaria, Judeorum de Cantuaria, faciat extendi et secundum valorem predicte terre et quantitatem debiti in quo predictis Judeis tenetur, rationabiles terminos eidem Hugoni habere faciat ad predictum debitum eisdem Judeis solvendum. Teste rege apud Glouc', xxix. die Decembris. Per P. de Rivall'.

De pontibus et bretaschiis castri Noting'.—Mandatum est B. de Insula quod per visum et testimonium viridariorum et forestariorum regis faciant habere Radulfo filio Nicholai maeremium in bosco de Mainesfeld', ad pontes et bretaschias castri Noting' reparandas. Teste ut supra. Per eundem R.

Pro advocato Bethunie.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod de manerio de Gayton' cum pertinentiis talem seisinam habere faciat Roberto, advocato Bethunie, qualem pater ipsius Roberti et Daniel quondam advocatus Bethunie frater suus, cujus heres ipse est, inde habuit, donec idem Daniel iter arripuit versus Terram Sanctam, in quo itinere obiit, ut dicitur. Teste rege apud Glouc', xxix. die Decembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Linc' de feodo dimidii militis in Boby.

Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod ex parte regis firmiter injungat abbati de Winchecumbe quod decetero sit intendens et respondens eidem advocato de novem libris annuis, quas reddere consuevit patri ipsius Roberti et Danieli, quondam advocato Bethunie, fratri ipsius Roberti, cujus heres ipse est, donec etc. ut in brevi precedenti. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Kancie quod injungat abbati de Faversham de x. libris etc.; vicecomiti Hertf' de vj. libris annuis, quas Willelmus Basset reddere solebat, ut supra.

1233.
[m. 32.]

Et mandatum est vicecomiti Norht' quod scire faciat militibus et liberis hominibus, tenentibus de terris et feodis advocati Bethunie in balliva sua, quod decetero sint intendentes et respondentes Roberto advocato Bethunie de redditibus et serviciis suis, sicut intendere et respondere consueverunt Willelmo quondam advocato Bethonie, patri ipsius Roberti. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Bed' et Buk' quod scire faciat militibus et liberis hominibus etc. de serviciis suis etc. sicut etc. ut supra.

De vinis retinendis ad opus regis.—Mandatum est ballivis Suhamt' quod de vinis que nuper venerunt usque Suht', sine dilatione retineat* ad opus regis de melioribus vinis cujuscunque fuerint, lx. dolia vini Wasconie et xx. dolia vini Andegavie, et ea salvo custodiri faciant, donec Johannes de Colemere ad eos venerit ad faciendum inde preceptum regis. Teste rege apud Glouc', xxvij. die Decembris. Per P. de Rivall'.

Eodem modo scribitur ballivis Bristolli de totidem doliis vini retinendis de vinis que nuper applicuerunt apud Bristollum.

De balistis liberandis H. de Trublevill'.—Mandatum est constabulario Turris London' quod de balistis regis que sunt in custodia sua, liberet Henrico de Trublevill' vel certo nuntio suo, has literas deferenti, v. balistas ligneas ad duos pedes et v. balistas corneas. Teste ut supra.

Pro hominibus de Sweines'.—Mandatum est ballivis Bristolli quod vina hominum de Sweynese que arestaverunt, sine dilatione faciant deliberari vel de eorum pretio satisfaciant eisdem, permittentes eos naves suas abducere quo voluerint. Teste ut supra.

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod loquela que est in comitatu suo per breve de recto inter Robertum Corbet de Thasseleg', petentem, et Johannem filium Petri Sarr', de terra in Walton', ponat in respectum in octabas Sancte Trinitatis, anno xviij.

Pro Willelmo de Percy et Bertram de Garclip'.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod non obstante mandato regis de facienda seisina Roberto advocato Bethunie de manerio de Gayton', faciat habere Willelmo de Percy et Bertramo de Garclip', qui manerium illud habuerunt de ballio regis, catalla sua que in dicto manerio habuerunt. Teste rege apud Glouc', xxx. die Decembris. Per Radulfum filium Nicholai.

De treugis inter Lewelinum et milites morantes apud Salopiam.—Mandatum est Henrico de Aldithel' et aliis militibus existentibus apud Salopiam, quod ex quo Lewelinus etc. convenit eos per literas suas de treugis capiendis usque ad festum Epiphanie Domini vel ad festum Sancti Hillarii, bene placet regi quod treugas illas ineant a Salopia usque Heref', omnibus aliis exclusis a treugis illis. Teste rege apud Glouc', xxxj. die Decembris.

* Sic in MS.

1233.
[m. 32.] *Pro Henrico le Bastard' de quadam firma abbatis de Strafford'.*—Mandatum est abbati de Strafford' quod de firma de qua intendens fuit Pagano de Sancto Phileberto et Henrico de Valle, nepotibus Ricardi Suhard', de quadam terra quam recepit ad firmam de predicto Ricardo, decetero sit intendens Henrico le Bastard', cui rex firmam illam concessit ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Idem H. habet literas patentes per eadem verba.

Pro Waltero de Clifford'.—Mandatum est Petro de Rivall' quod boves, oves et porcos Walteri de Clifford', qui inventi fuerunt in manerio suo de Wicham die quo manerium illud captum fuit in manum regis, nisi dati sint vel venditi per preceptum regis, eidem Waltero habere faciat. Teste rege apud Glouc', xxx. die Decembris.

Pro Waltero de Lench'.—Rex perdonavit Waltero de Lench vij. marcas quas debet Aaron filio Abrahe, Judeo London', ita quod ille vij. marce allocentur eidem Judeo in debito quod regi debet. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum Walterum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Glouc', xxxj. die Decembris. Per ipsum regem coram Radulfo filio Nicholai.

Pro Willelmo de Windles'.—Mandatum est constabulario de Windles' quod non distringat Willelmum de Windles', qui est apud Monem' in servicio regis, ad wardam faciendam in predicto castro de Windles' vel ad aliquid dandum pro warda illa, quamdiu fuerit in predicto servicio regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Nicholao de Mol' decem quercus in foresta de Den', de dono regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Mandatum est eidem P. quod habere faciat Philippo Wyther quinque quercus in foresta de Den' ad domos suas reficiendas, de dono regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Roberto Passelewe de manerio de Aspel' et terra in Henlawe.—Rex dedit Roberto Passel' per cartam suam manerium de Aspel' cum pertinentiis et totam terram cum pertinentiis quam Hubertus de Burgo tenuit de Henrico de Sancto Walerico in Henlawe, habenda et tenenda de rege et heredibus suis sibi et heredibus suis, reddendo inde regi et heredibus suis unum spervarium mutarium vel iiij. solidos ad Scaccarium Sancti Michaelis, sicut plenius continetur in carta regis quam ei inde fecit. Et mandatum est vicecomiti Bedeford' quod de predicto manerio de Aspel' cum pertinentiis et tota terra cum pertinentiis in Henlawe eidem Roberto secundum tenorem predicte carte plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

1234.
[m. 32.]

De damis et busca data.—Mandatum est Petro de Rivall' quod in foresta de Chipeham faciat habere Huberto Hoes' viij. damas et duos damos, ponendos in parco suo de Badminton', de dono regis, et xx. carettatas busce in bosco de Gravelinge de branchiis et aliis absque prostratione quercus, ad focum suum de dono regis. Teste rege apud Glouc', ij. die Januarii. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Willelmo Bardulf'.—Mandatum est constabulario Norwici quod non distringat Willelmum Bardulf', qui est in Marchia Wallie in servicio regis per preceptum suum, ad wardam faciendam in predicto castro vel ad aliquid dandum pro warda illa, quamdiu fuerit in predicto servicio regis per preceptum suum. Teste ut supra. Per justiciarium.

De tradendis in ballium.—Willelmus Budry et Robertus Flury, capti et in prisona regis apud Linc' detenti pro morte Johannis filii Vincentii, unde Johannes Blundus et Willelmus le Venur eos appellant odio et athia etc., habent literas directas vicecomiti Linc' quod uterque illorum tradatur in ballium xij. etc. usque ad adventum justiciariorum etc. Teste ut supra.

Pro abbate de Morgan.—Mandatum est Hamoni de Crevequer et Rannulfo de Hurl' quod navem abbatis de Morgan cum rebus in ea contentis, quas frater Johannes, celerarius suus, poterit monstrare suas esse et ad proprios usus suos emptas, quam quidem navem arestaverunt apud Bristollum, sine dilatione ei deliberari faciant, retentis aliis rebus que fuerunt in eadem navi, donec rex aliud inde preceperit, nisi fuerint hominum regis de Sweynes', quibus rex res suas ibidem arestatas per alias literas suas precepit deliberari. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Nevill'.—Mandatum est Thome de Sampford' quod vestituram j. acre bosci de qua essartanda rex licentiam dedit Willelmo de Nevill' ad ampliationem curie sue, libere et sine inpedimento prosterni et sine occasione chiminagii abduci permittat. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro Eboracensi archiepiscopo.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod terram quam Hugo de Deresburg', qui terram regis abjuravit pro morte hominis, tenuit de W. Eboracensi archiepiscopo in Morton', faciat extendi per probos et legales homines de comitatu suo et inquiri quantum valeant annus et dies qui ad regem inde pertinent occasione predicta. Appretiari etiam faciat rationabiliter per eosdem probos et legales homines omnia catalla que fuerunt ejusdem Hugonis in predicta terra, et terram illam una cum predictis catallis eidem archiepiscopo faciat habere ad respondendum coram justiciariis ad primam assisam etc. tam de extenta predicte terre per predictos annum et diem, quam de rationabili pretio predictorum catallorum. Teste ut supra.

1234.

[m. 32.] *Pro Willelmo Lungespee de respectu appellorum.*—Mandatum est justiciariis de Banco quod appella que Willelmus de la Fenne, Fulco Carpenter, et alii homines Willelmi Lungespee de Sutton' faciunt coram eis versus predictum Willelmum, Johannem Fulcheri, Willelmum de Prestwode de inprisonatione predictorum Willelmi, Fulconis et aliorum hominum ipsius Willelmi et de roberia et pace regis fracta, et appella que homines H. Elyensis episcopi de Tyd faciunt coram eis versus homines predicti Willelmi Lungespee de eadem villa de pace regis fracta, ponant in respectum usque in xv. dies post Pascha, anno etc. xviij. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro Johanne de Curtenay et Matildi uxore ejus.—Mandatum est Willelmo Ruffo quod non distringat homines Johannis de Curtenay et Matildis, uxoris sue, de Westwod', qui eis assignati sunt nomine dotis ipsius Matildis de terris que fuerunt Nigelli de Mubray quondam viri ipsius Matildis, ad faciendum regis servicia que ipsi homines predictis Johanni et Matildi facere debent occasione dotis predicte Matildis. Teste ut supra.

Pro Philippo Brithone.—Mandatum est Thome de Muleton' quod Philippo Britoni, quem rex mittit ad eum ad morandum cum eo in servicio regis in partibus illis, in aliqua excaeta in partibus illis ad valentiam c. solidorum provideat; et rogat rex quod ei interim neccessaria faciat inveniri. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

Pro Johanne filio Galfridi.—Rex concessit Johanni filio Galfridi quod habeat tallagium manerii de Eylesbir' quod de rege tenet ad feodi firmam. Et mandatum est vicecomiti Buk' et aliis assessoribus tallagii in eodem comitatu, quod de tallagio ibidem assidendo se non intromittant. Teste rege apud Glouc', iij. die Januarii.

Pro Ferrando et Damminges.—Rex Thome comiti Warewic' salutem. Sciatis quod quando seisinam vobis fieri precepimus de manerio de Breyles, quod prius commiseramus Ferrando et Daminges, balistariis nostris, ad se sustentandos in servicio nostro, nostra fuit intentio quod ei* remanerent catalla in ipso manerio inventa, quando seisinam inde receperunt. Et quia postea mandavimus vicecomiti War' quod de bladis de dominicis ipsius manerii que comitisse War' concesseramus ad sustentationem suam, plenam seisinam habere faceret, vobis mandamus quod predicto mandato non obstante eisdem Ferrando et Daminges catalla que in ipso manerio inventa fuerunt, quando seisinam inde habuerunt per preceptum nostrum, reddi faciatis, salvis matri vestre bladis de dominicis ipsius manerii, sicut predictum est. Teste ut supra.

[m. 31.] *De castro Divisarum commissa Petro de Malo Lacu.*—Rex commisit Petro de Malo Lacu castrum Divisarum custodiendum, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est servientibus peditibus existentibus in castro Divisarum quod constabulario suo quem illuc mittet loco suo, sint intendentes quousque idem Petrus de partibus suis ad † redierit. Teste rege apud Glouc', iij. die Januarii.

* Sic in MS. † Blank in MS.

1234.
[m. 31.]

Pro Matheo Bukerel.—Quia major et vicecomites Lond' regi mandaverunt per quandam inquisitionem quam fecerunt per preceptum regis quod H. de Burgo injuste et sine judicio disseisivit Matheum Bukerel de quodam mesuagio cum pertinentiis in London' tempore quo fuit justiciarius Anglie, et postea provisum fuit per consilium regis quod terre que in manu regis essent et que fuerunt ipsius Huberti ipsis disseisitis redderentur, si inquisitio pro eis faceret, mandatum est eisdem majori et vicecomitibus quod predicto Matheo de predicto mesuagio cum pertinentiis plenam seisinam habere faciant, salvo Roberto de Gipeswich' termino suo quo predictus Matheus ei inde prius dimiserat. Teste S. de Sedgrave, justiciario nostro, apud Glouc', iij. die Januarii.

Pro Hugone de Albiniaco.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod de terra de Ledes cum pertinentiis, quam J. comes Linc' et constabularius Cestr' habet de ballio regis, et que assignata est Hugoni de Albiniaco ad portionem suam que ipsum hereditarie contingit de terris que fuerunt Rannulfi comitis Cestr', eidem Hugoni plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Glouc', iij. die Januarii. Per justiciarium.

De quarellis liberandis Henrico de Trublevill'.—Mandatum est constabulario Bristolli quod de quarellis regis qui sunt in custodia sua, faciat Henrico de Trublevill' mille et quingentos quarellos preter d. quarellos quos ei habere fecit, ita quod habeat plene duo milia quarellorum. Teste rege apud Glouc', iiij. die Januarii. Per P. de Rivall'.

Pro Hugone Sanzaver.—Rex perdonavit Hugoni Sanzaver usuram x. librarum quas Peytevin et Lycorez, Judei Wintonie, ei mutuo dederunt. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum Radulfum* de ipsa usura quietum esse faciant. Teste rege apud Glouc', vj. die Januarii.

Et mandatum est eisdem Judeis quod ipsis x. libris contenti sint, et ad solutionem predicte usure ipsum Radulfum* distringi non procurent. Teste ut supra.

De servientibus missis ad Henricum de Trublevill'.—Rex mittit ad H. de Trublevill' novem servientes, tam Walenses quam Hibernienses, qui fuerunt cum comite R. Marescallo et ab eo recesserunt, quibus etiam rex liberationes suas in veniendo ad illum fecit liberari, mandans quod si eorum servicio opus habeat, eos secum retineat, quia si forsitan in obsequio regis debeant retineri, plus ei placet eorum obsequium remotum quam propinquum. Teste ut supra.

Pro Gileberto de Myneres.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sint in auxilio Gileberto de Mineres versus Manserum Judeum Heref', et Blanchiam matrem ejus et Bertin' Judeum Heref', ad habendum rationabiles terminos ad solvendum predictis Judeis debitum quod eis debet. Teste rege apud Glouc', vij. die Januarii. Per justiciarium.

* 'Rad' in MS. 'Hug' in the beginning of the entry is written over an erasure.

1234.
[m. 31.] *Pro abbatissa de Godestowe.*—Rex remisit abbatisse de Godestowe totum jus et clamium quod habuit in tribus virgatis terre et xliij. solidatis et iiij. denariatis redditus cum pertinentiis in Cherleton', et in una virgata terra et xxiiij. solidatis viij. denariatis redditus in Chirington', quam terram et quem redditum rex clamavit versus eam ut excaetam Willelmi de Braos', qui est infra etatem et in custodia regis, salvo jure ipsius Willelmi cum ad etatem pervenerit, si inde loqui voluerit. Et mandatum est justiciariis de Banco quod illud faciant inrotulari. Teste S. de Sedgrave apud Glouc', vij. die Januarii.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Fekenham habere faciat Willelmo de Cantilup', juniori, iiij. quercus ad fabricam ecclesie de Stodl', de dono regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Dene faciat habere priori Sancti Oswaldi Glouc', xx. quercus ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum P.

Pro comite Ricardo de tallagio assidendo ad opus suum.—Rex probis hominibus Exonie salutem. Quia tallagium assideri facimus per civitates et burgos nostros et alia dominica nostra in regno nostro Anglie, concessimus dilecto fratri nostro R. comiti Cornubie et Pictavie quod capiat rationabile tallagium de hominibus qui sunt in manu sua per preceptum nostrum. Et ideo vobis mandamus quod permittatis dictum comitem assidere rationabile tallagium in villa vestra et capere, et ad hoc ei sitis intendentes. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur probis hominibus Wiltonie, Ivelcestr', Cycestr', Walingeford', Bercamested', Wycumb', Rogingeham.

Eodem modo scribitur probis hominibus de Hornecastro quod sint intendentes Gileberto de Sedgrave, cui rex concessit quod tallagium assideri faciat in eodem manerio, sicut rex tallagium facit assideri in dominicis suis, ad opus suum.

Pro eodem comite de domibus de Hedindon'.—Dominus rex dedit eidem comiti domos que fuerunt Ricardi Suward' apud Hedindon', cariandas usque Beckel,' pro domibus suis que ibidem combuste fuerunt per ipsum Ricardum. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod permittat ipsum comitem domos illas habere et inde cariare usque Beckel'. Teste ut supra.

Pro Rogero Aylard' et fratre suo.—Rex in recompensationem dampnorum que Rogerus Aylard' de Bristollo et Ricardus, frater ejus, nuper incurrerunt de quadam nave sua, vinis et aliis mercandisis carcata, quam R. comes Marescallus cepit apud Milford', et que vocabatur *La Patrik'*, dedit eis naviculas et batellos de terra predicti comitis Marescalli, qui arestati fuerunt apud Bristollum antequam rex dicto Henrico custodiam maritime sue ibidem commisit.

1234
[m. 31

Et mandatum est dicto Henrico de Trublevill' et Rogero Alis, constabulariis et ballivis Bristolli, quod dictas naviculas et batellos eis de dono regis habere faciant. Teste rege apud Glouc', viij. die Januarii. Per justiciarium.

Pro Galfrido de Bruis milite.—Rex perdonavit Galfrido de Bruis iram et indignationem quam rex erga eum concepit pro evasione Huberti de Burgo, dum fuit unus custodum suorum apud Divisas. Et mandatum est J. comiti Linc' quod indignationem quam erga eum occasione illa concepit, ei remittat et in gratiam recipiat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat priori de Lantoenay extra Glouc' x. quercus in foresta de Den' ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Glouc', ix. die Januarii. Per R. filium Nicholai.

Pro uxore Henrici le Daneis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Isabelle que fuit uxor Henrici Daci, rationabilem dotem suam que eam contingit de terris et tenementis que fuerunt predicti Henrici quondam viri sui in Wyk', Suwik' et Maneton', quas terras et que tenementa idem Henricus tenuit de feodo W. Briwer', cujus feoda sunt in manu regis. Teste ut supra.

Pro monachis de Tynterne.—Mandatum est J. de Monem' quod abbati et monachis de Tinterne nullum inferat dampnum aut gravamen de grangiis vel aliis possessionibus suis, quamdiu non receptent comitem R. Marescallum vel aliquem alium de inimicis regis. Teste rege apud Glouc', x. die Januarii. Per P. de Rivall'.

Eodem modo scribitur Nicholao de Molis pro eisdem.

Pro Radulfo Russel de perdonatione.—Rex perdonavit Radulfo Russel lxvj. solidos et x. denarios qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii de prestito facto Johanni Russel patri suo, in Hibernia tempore J. regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Johannem inde quietum esse faciant. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Ernaldo de Berkel' de terra Willelmi balistarii.—Rex commisit Ernaldo de Berkel', clerico, terram Willelmi balistarii, qui est cum comite Marescallo in Berkel', ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Glouc', quod de predicta terra cum catallis in ea inventis, eidem Ernaldo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Waltero de Clifford' de servientibus peditibus.—Mandatum est Walerando Teutonico quod de trescentis servientibus Walensibus peditibus qui venient ad eum, faciat habere Waltero de Clifford' c. servientes et x. servientes equites de servientibus suis quos penes

1234.
[m. 31.] se habet, ad morandum apud Breules ad conservationem partium illarum; et non permittat aliquem ingredi warennam ipsius Walteri de Clifford' ad fugandum in ea sine licentia sua. Teste ut supra.

Pro priore Sancte Trinitatis Kantuarie de respectu amerciamentorum.—H. rex etc. magistro Elye de Derham salutem. Sciatis quod noluimus quod aliqua districtio fiat pro amerciamentis que exigitis ab hominibus prioris Sancte Trinitatis Cantuarie de itinere justiciariorum nostrorum tempore Stephani quondam Cantuariensis archiepiscopi, ad executionem testamenti ipsius faciendam, de quibus etiam contentio fuit inter nos et ipsum archiepiscopum in vita sua, quousque ecclesie Cantuarie archiepiscopus preficiatur, ut tunc discutiatur inter nos et ipsum utrum amerciamenta illa ad nos vel ad archiepiscopum Cantuariensem debeant pertinere. Et ideo vobis mandamus quod de demanda amerciamentorum illorum pacem eis interim habere permittatis. Averia etiam eorum que ea occasione capi fecistis, eis sine dilatione deliberari, et si quid de amerciamentis illis cepistis, id eis sine dilatione reddi faciatis. Teste ut supra.

Et mandatum est Willelmo de Haverhull', custodi archiepiscopatus Cantuariensis, quod pro amerciamentis illis nullam faciat vel fieri permittat districtionem, set pacem eis inde habere faciat, et averia eorum ea occasione capta sine dilatione deliberari faciat; et si quid dictus magister Elyas ceperit de amerciamentis illis, id eis similiter reddi. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta regis de Dene faciat habere abbati Glouc' vij. quercus ad reedificationem domorum suarum de Hida que combuste fuerunt, preter xiij. quas rex ei prius ad hoc dederat in eadem foresta, ita quod per totum habeat xx. quercus, computato ei si quid de predictis xiij. quercubus ei habere fecerit per ultimas literas suas ei inde directas. Teste rege apud Glouc', xij. die Januarii. Per regem coram justiciario.

Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Henrico de Longo Campo buscam de mortuo bosco in foresta de Den' ad quendam rogum faciendum ad domum suam de Wilton' firmandam, de dono regis. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro ecclesia Sancti Johannis Baptiste Glouc'.—Rex ballivis suis Glouc'. Quia didicimus per inquisitionem quam fieri precepimus, quod non est ad nocumentum strate publice prope ecclesiam Sancti Johannis Baptiste juxta portam borealem ville nostre Glouc', si concedimus quod persona ejusdem ecclesie et parochiani sui faciant quandam alam ad construendum ibi quoddam altare, vobis mandamus quod permittatis dictam personam et parochianos suos alam illam levare et predictum altare ibidem construere, sicut predictum est. Teste rege apud Glouc'. Per dominum justiciarium.

1234.
[m. 31.]

Pro Roberto de Kyme de terra Hamonis le Gras.—Rex vicecomiti Wigornie. Scias quod concessimus Roberto de Kyme terram Hamonis le Gras qui est cum comite Marescallo, in balliva tua, ad se sustentandum in servicio nostro, quamdiu nobis placuerit. Et ideo precipimus tibi quod predicto Roberto de terra predicta plenam seisinam habere facias, sicut predictum est. Teste rege. Per justiciarium.

Pro abbate Glouc'.—Rex concessit abbati Glouc' quod habeat singulis diebus a festo Purificationis Beate Marie, anno regis xviij. usque in tres septimanas a die Pasche anno eodem, unum equum itinerantem ad siccum et mortuum boscum et spinam in foresta nostra de Den' et ad cariandum illum siccum et mortuum boscum et spinam usque ad molendinum suum de Rudel' ad fundendum plumbum ecclesie sue Glouc' et ad cooperiendum eam. Et mandatum est P. de Rivall' quod equum illum ei habere permittat itinerantem in foresta ipsa, sicut predictum. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

De prisonibus liberandis Johanni de Monem'.—Mandatum est Amaurico de Sancto Amando et Nicholao de Lettres quod omnes prisones qui sunt apud Munem', liberent Johanni de Monem'. Rex enim militibus et servientibus respondebit de hiis que ad ipsos pertinent pro captione illorum prisonum, et partem que ipsum regem contingit de eisdem prisonibus eidem Johanni concessit. Teste rege apud Cyrenc', xij. die Januarii.

De tradendo in ballium.—Willelmus pincerna, rettatus de morte Walteri filii Matildis odio et athia et non etc. habet literas directas vicecomiti Berk' quod tradatur in ballium xij. etc.

Pro Willelmo de Vescy.—Rex dedit Willelmo de Vescy id quod ad regem pertinet per unum annum et unum diem de terra que fuit Walteri le Poher, utlagati pro morte hominis in Gricthorp', quam quidem terram predictus Walterus tenuit de eodem Willelmo. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod de predicta terra que est de feodo predicti Willelmi in Gricthorp', ei plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Merleberg', xiij. die Januarii.

Pro Willelmo Bardulf' de uno dolio vini.—Mandatum est constabulario Glouc' quod habere faciat Willelmo Bardulf' unum dolium vini de vinis regis que sunt in custodia sua in castro Glouc', de dono regis. Teste rege apud Merleberge, xv. die Januarii.

Pro comite Cornubie.—Mandatum est constabulario Divisarum quod permittat R. comitem Cornubie commodum suum facere sine inpedimento de bosco qui fuit Gileberti Basset, non obstante eo quod boscus ille est infra forestam regis de Chipeham. Teste ut supra.

1234.
[m. 31.]

Pro Ricardo de Gray.—Rex concessit Ricardo de Gray quod tallagium assideat super villam de Eleford', sicut rex tallagium assideri facit super dominica. Et mandatum est hominibus de villa de Eleford' quod id fieri permittant, et ad hoc sint ei intendentes et respondentes. Teste etc.

Rex perdonavit Ricardo de Gray xx. marcas quas regi debuit ad Scaccarium de catallis que fuerunt W. Carleolensis episcopi, et que idem Ricardus emit in manerio de Turrok'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis xx. marcis ipsum Ricardum quietum esse faciant. Teste

Pro fratribus Grandis Montis.—Rex concessit fratribus de ordine Grandis Montis quod non distringantur per terram suam de Hamma, quam habent de dono Walteri de Lascy, occasione alicujus debiti quod idem Walterus debet in Judaismo, set per alias terras suas, si neccesse fuerit, distringatur. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant.

De operationibus castri Hereford'.—Mandatum est W. filio Warini quod de exitibus comitatus Heref' et de denariis provenientibus de summonitionibus Scaccarii, operationes castri Heref', quas neccessario fieri oportet et commode fieri poterunt ad presens, fieri faciat.

De denariis quos homines Heref' debent regi.—Et mandatum est hominibus Heref' quod omnes denarios quos regi debent de arreragio firme sue Heref' sive de debitis aliis, promptos habeant contra predictum festum Purificationis.

Pro Nicholao de Divisis.—Mandatum est constabulario Divisarum quod permittat Nicholaum de Divisis et socios suos sine quolibet gravamine et inpedimento habere et de castro extrahere bladum quod emerunt de ballivis Petri de Rivall', dum idem P. habuit custodiam ejusdem castri, antequam rex custodiam predicti castri committeret P. de Malo Lacu; et nullam eis inde faciat aut fieri permittat molestiam aut gravamen. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Johanne de Purle de manerio de Purle.—Rex vicecomiti Essex' salutem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro Johanni de Gray manerium de Purl', sicut alias mandavimus dilecto et fideli nostro Roberto Passelewe. Et ideo tibi precipimus quod milites et liberos homines de eodem manerio de homagio et serviciis suis debitis de tenementis que tenent in eodem manerio, eidem Johanni tanquam domino suo facias esse intendentes de cetero et respondentes. Teste ut supra. Per justiciarium.

De prisonibus apud Album Castrum.—Mandatum est militibus et servientibus de Albo Castro quod prisones quos habent apud Album Castrum, tradant constabulario ipsius castri per eundem constabularium redimendos. Vult enim et precepit rex quod ipsi habeant quantum eos contingit de redemptione predicta. Teste ut supra.

1234.
[m. 31.]

Pro Stephano le Bret.—Rex vicecomiti Glouc' salutem. Quia accepimus per inquisitionem factam per preceptum nostrum quod Johannes le Bret, Normannus, tenuit de comitissa Sarr', quinque hidas terre cum pertinentiis in Amenll', et quod Stephanus le Bret est propinquior heres predicti Johannis, tibi precipimus quod eidem Stephano de predictis quinque hidis terre cum pertinentiis sine dilatione plenam seisinam habere facias. Teste me ipso apud Merleberge, xvj. die Januarii, anno regni nostri xviij. Per justiciarium et Wyntoniensem.

De prisone liberando vicecomiti Oxonie.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod Willelmum Saumun prisonem, quem prior Sancte Fretheswithe Oxonie ei liberabit, recipiat ab eo et in prisona regis salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit; quia ipse Willelmus probator devenit, et predictus prior inde curiam tenere non potest. Teste rege apud Merleberg', xvj. die Januarii.

Pro priore Norwici.—Mandatum est vicecomiti et militibus assignatis ad dominica regis tallianda in comitatu Norf', quod postquam tallagium assisum fuerit in villa Norwici, tam super homines regis ejusdem ville quam super homines prioris Norwici, inter quos et predictos homines regis habetur contentio, nichil capiant vel capi permittant de tallagio assiso super homines predicti prioris durante predicta contentione, donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Merleb', xvij. die Januarii. Per justiciarium coram episcopo Wintoniensi.

Hibernia. Liberate pro magistro Johanne de Exonia.—Rex justiciario Hybernie et Eustachio, thesaurario regis in Hybernia, salutem. Liberate de thesauro nostro magistro Johanni de Exonia, quem misimus in nuncium nostrum in Hybernia, singulis diebus duos solidos ad expensas suas, quamdiu ibidem fuerit in servicio nostro. Teste rege apud ut supra. Per justiciarium et Wintoniensem episcopum.

De marinellis datis Rogero Aylard'.—Rex concessit Rogero Aylard' illos quinque marinellos qui capti fuerunt in mari de potestate comitis R. Marescalli, et detenti sunt apud Bristollum, in recompensationem alicujus de marinellis ipsius Rogeri qui capti fuerunt per homines predicti Marescalli. Et mandatum est constabulario Bristolli quod predictos quinque marinellos eidem Rogero habere faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Pro Stephano de Sedgrave de manerio de Stant'.—Rex dedit per cartam suam S. de Segrave, justiciario suo, manerium de Stantun' cum pertinentiis quod fuit Agnetis de Rupe, habendum de rege et heredibus suis sibi et heredibus per servicium feodi unius militis, sicut plenius continetur in carta predicta. Et mandatum est vicecomiti Huntind' quod de predicto manerio cum pertinentiis plenam ei seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Merleb', xvij. die Januarii.

1234.

[m. 31.] *Pro abbate de Keynesham.*—Rex concessit abbati et conventui de Kaynesham quod ipsi et eorum successores inperpetuum habeant unum mercatum apud manerium suum de Mersffeld' singulis septimanis per diem Martis, et quod habeant ibidem in perpetuum unam feriam singulis annis duraturam per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Oswaldi martyris, nisi mercatum illud et feria illa sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod cartam regis quam predicti abbas et conventus inde habent, in pleno comitatu legi et mercatum illud et feriam illam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra. Per justiciarium.

De maeremio ad aulam de Lutegareshal'.—Mandatum est Michaeli de Columbers quod habere faciat Rogero Wascelin, vicecomiti Suht', maeremium in balliva sua per diversa loca per visum et testimonium forestariorum et viridariorum ad minus nocumentum foreste, ad quandam aulam apud Lutegar' faciendam ad opus regis. Teste rege apud Lutegar', xviij. die Januarii. Per episcopum Wintoniensem et P. de Rivall'.

Pro Johanne filio Philippi.—Rex perdonavit Johanni filio Philippi xlij. libras quas regi debet tam de firmis quam de aliis debitis, reddendas ad instans Scaccarium Pasche, anno etc. xviij. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Johannem de predictis xlij. libris quietum esse faciant. Teste rege apud Clarendon', xx. die Januarii.

Pro comitissa Penbr' de busca.—Mandatum est Michaeli de Columbariis quod habere faciat A. comitisse Penbr' buscam ad focum suum, quantum necesse fuerit, quamdiu fuerit apud Wherewell'. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro ecclesia de Penerico.—Quia regi datur intelligi quod Philippus Deneband decimam prestare consuevit de bosco suo de Chetel, quamdiu fuit ad pacem regis, mandatum est vicecomiti Dors' quod ecclesie de Penciz, que decimam illam percipere consuevit tempore quo idem Philippus fuit ad pacem regis, decimam qualem inde percipere consuevit, reddi faciat de venditione predicti bosci quam inde fecit per preceptum regis. Teste ut supra.

Et mandatum est Nicholao de Sancta Brigida quod de hiis que de bosco predicto recepit et decetero recipiet, predicte ecclesie de Penciz decimam reddi faciat, qualem percipere consuevit.

[m. 30.] Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat Nicholao de Molis v. fusta in Nova Foresta regis ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Clarend', xx. die Januarii.

Pro Johanne Extraneo.—Rex cepit homagium Johannis Extranei de terris et tenementis que Johannes Extraneus, pater ejus, de rege tenuit in capite et que ipsum hereditarie contingunt. Et mandatum est vicecomiti Salopie quod quia rex eidem Johanni relevium regi

1234.
[m. 30.] inde debitum perdonavit, ei de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Johannis, patris sui, et de quibus seisitus fuit ut de feodo die quo obiit, plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Clarendon', xx. die Januarii.

De busca data.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat fratribus hospitalis Sancti Johannis extra Wilton' xx. carectatus subbosci in bosco de Graveling' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De chereronibus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat priorisse de Ambresbir' xvj. cheverones in foresta de Cett' ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

Pro reclusa de Culing'.—Mandatum est Henrico de Trublevill' vel ballivis suis quod cum Alienora quondam comitissa Sarr' Nicholae recluse de Culing' contulerit xx. solidos singulis annis percipiendos de manerio de Culing', quod fuit ipsius comitisse, eidem recluse xx. solidos de predicto manerio habere faciant, sicut illos inde percipere consuevit. Teste ut supra.

Pro hostiario Isabelle sororis regis.—Mandatum est Roberto de Muscegros quod Willelmo Pilet, hostiario Isabelle, sororis regis, faciat habere liberationem ad unum equum et unum garcionem. Teste ut supra.

De scindulis ad domos de Clarendon'.—Mandatum est P. quod in foresta de Clarendon' faciat habere vicecomiti Wilt' maeremium ad scindulas faciendas ad emandationem domorum regis de Clarendon'. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Graveling' faciat habere abbatisse de Wylton' quinque robora ad focum suum, de dono domini regis. Teste ut supra. Per eundem P.

Pro fratribus minoribus Sarr'.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat vicecomiti Wilt' maeremium in foresta de Clarendon' et de Cett', ad stalla fratrum minorum Sarr' facienda, et ad scindulas faciendas ad cooperiendum id quod restat cooperiendum de ecclesia sua, de dono regis. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat decano et capitulo Sarr' l. fusta in foresta de Gillingham, et xxv. fusta in foresta de Savernak', et xxv. fusta in foresta de Chipeham, et c. fusta in foresta de Den' ad operationem ecclesie sue Sarr', de dono regis. Teste rege apud Clarendon', xxij. die Januarii. Per eundem P.

Pro Willelmo de Sancto Johanne.—Rex Willelmo de Haverull', custodi archiepiscopatus Cantuariensis, salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecto et fideli nostro Willelmo de Sancto Johanne quadraginta solidos quos ab eo exigitis, eo quod non venit nobiscum in

1234.
[m. 30.] servicium nostrum ad partes Wallie. Perdonavimus etiam Willelmo de Ros, qui filiam predicti Willelmi duxit in uxorem, quadraginta solidos quos ab eo exigitis pro eodem. Et ideo vobis mandamus quod occasione predicta ipsos Willelmum et Willelmum non distringas, quia volumus ipsos de predictis denariis esse quietos, eo quod fuerunt tempore predicto per preceptum nostrum ad maritimam custodiendam. Teste rege apud Wyntoniam, xxiiij. die Januarii, anno xviij. Per P. de Rivall'.

De roboribus datis.—Mandatum est Willelmo de Percy quod in foresta de Bera faciat habere H. de Bernevall' capellano regis iiij. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per

De fustis datis.—Mandatum est constabulario Divisarum* quod habere faciat priorisse de Kincton' v. fusta in foresta de Melkesham, et v. fusta in foresta de Chipeham ad fabricam ecclesie sue, de dono nostro. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De maeremio ad operationes de Clarendon'.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Clarendon' faciat habere vicecomiti Wiltes' maeremium ad quandam capellam, quandam coquinam et quandam cameram forensem apud Clarendon' faciendas. Teste rege apud Wintoniam, xxv. die Januarii.

De damis datis.—Mandatum est Michaeli de Columbariis quod habere faciat A. comitisse Penbr' x. damas in balliva sua, de dono regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

De capella in castro Wintonie data.—Rex dedit Johanni de Sancto Laudo, capellano, capellam Sancti Judoci infra castrum Wintonie. Et mandatum est constabulario ejusdem castri quod ipsum in possessionem ejusdem capelle inducat. Teste ut supra.

Pro cancellario Lond'.—Mandatum est custodi honoris de Reylegh' quod non distringat magistrum H. cancellarium Sancti Pauli London' occasione alicujus demande quam ei fecerit pro exercitu regis, quem nunc ultimo summoneri fecit pro guerra quam regi movit R. comes Marescallus in partibus Marchie, vel pro alio exercitu quem prius fecit rex summoneri, quia rex vult quod idem H. omnes terras suas in pace† teneat, nec super hiis occasione predicta vexetur. Teste ut supra. Per Petrum.

De manerio de Bosham commisso comitisse Penbr'.—Rex commisit A. comitisse Penbr' manerium de Bosham cum pertinentiis ad se sustentandam, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est P. de Rivall' quod de manerio illo cum pertinentiis et de omnibus catallis que in eo inventa fuerunt die quo rex manerium illud capi precepit in manum regis, eidem comitisse plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

* Altered from 'P. de Rivall'.' † 'Pane,' in MS.

1234
[m. 30.] *Pro Emerico de Sacy.*—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis regis que sunt in custodia sua apud Suhampt', faciat habere Emerico de Sacy unum dolium vini de dono regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

De fustis datis.—Mandatum est Michaeli de Columbariis quod in balliva sua faciat habere abbatisse de Wherewelle x. fusta in balliva sua ad domos suas reparandas, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro Hugone de Chansy.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod non distringat Hugonem de Chansy vel distringi permittat pro debitis que ab Idonea Gansel et Petro, serviente ejus, exiguntur, nisi fuerit inde capitalis debitor vel plegius. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro Willelmo de Sifrewast.—Mandatum est custodi honoris Walingf' quod cum rex bene recolat quod per finem c. solidorum, quem Willelmus de Sifrewast fecit cum rege, concesserit ei rex id quod ad regem pertinuit de terra Rogeri de Hida in Hida, que est de feodo ipsius Willelmi, ipsum Willelmum ea occasione quod catalla que fuerunt ipsius Rogeri in predicta terra, cepit de predicta concessione regis, non vexet vel occasionet. Teste ut supra. Per episcopum Wintoniensem.

De larderio de Clarendon'.—Mandatum est J. de Monem' et ballivis suis de Nova Foresta quod habere faciant Rogero Wascelin', ballivo regis de Clarendon', annuum redditum de sale regi debitum in Nova Foresta regis, videlicet, de anno etc. xvj. et xvij., de quo tempore redditus ille restat adhuc reddendus, ad larderium regis de Clarendon' faciendum. Teste rege apud Wintoniam, xxvij. die Januarii.

Pro Philippo de Albiniaco.—Rex concessit Philippo de Albiniaco quod manerium de Wicton', quod est in manu sua de ballio regis, talliare possit, sicut rex facit sua dominica. Et mandatum est hominibus de Wicton' quod ad hoc sint ei intendentes et respondentes. Teste apud Waverle, xxvj. die Januarii.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Venuz quod in foresta de Axiholt' faciat habere abbati de Waverle duo bona robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Waverle, xxvij. die Januarii.

De calce data.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Pensham faciat habere E. Cantuariensi electo c. quarteria calcis que rex habet ibidem, de dono regis. Teste rege apud Geldeford', xxviij. die Januarii.

De damis datis.—Mandatum est eidem Petro quod habere faciat uxori Willelmi Mauduit duas damas in foresta

1234.

[m. 30.] *De catallis et instauris archiepiscopatus.*—Mandatum est Willelmo de Haverhull', custodi archiepiscopatus Cantuariensis, firmiter injungendo quod post susceptionem literarum istarum nec blada nec instaura nec aliqua alia catalla que in custodia sua sint infra dictum archiepiscopatum, faciat amoveri vendendo vel alio quocunque modo distrahendo, set omnimoda catalla et instaura que ibidem remanent per hoc mandatum regis, distincte et aperte in scriptum redigi faciat, et regem inde certificare non omittat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Rogero Wascelin quod habere faciat E. Cantuariensi electo tres damas de dono regis in foresta de Clarendon'. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Philippo de Albiniaco.—Rex concessit Philippo de Albiniaco quod quamdiu habuerit custodiam terre et heredis Willelmi de la Rokele, quietus sit de sectis comitatus et hundredi et de auxilio vicecomitis que fieri solent de manerio de Lavinton', quod est de predicta custodia. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod ipsum Philippum ad predicta non distringat. Teste rege apud Geldeford', xxx. die Januarii. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Roberto de Muscegros.—Robertus de Muscegros fuit cum Isabella, sorore regis, per preceptum regis tempore quo rex fuit in partibus Wallie cum exercitu suo. Et mandatum est custodi archiepiscopatus quod terram ipsius Roberti de Lullingston', quam ea occasione cepit in manum regis, eidem Roberto reddi faciat, ita quod in nullo sit perdens predicta occasione. Teste rege apud Westmonasterium, primo die Februarii.

Pro abbate Sancti Edmundi de seisina sua.—Rex electioni facte de fratre Henrico, quondam priore Sancti Edmundi, in abbatem ejusdem loci, regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est P. de Rivall' quod de predicta abbatia et de terris tam seminatis quam non seminatis ad eam pertinentibus, una cum carucis et bobus earundem, eidem electo plenam seisinam habere faciat. Teste rege ut supra. Per ipsum regem coram Wintoniensi episcopo et justiciario.

Idem electus habet literas patentes militibus et liberis hominibus et omnibus aliis tenentibus de predicta abbatia, quod ei sint tanquam domino suo in omnibus etc. intendentes et respondentes. Teste ut supra.

Pro Warino de Monte Canasio.—Mandatum est constabulario Roffe quod de tempore quo Warinus de Monte Canasio fuit in exercitu regis, quem rex fecit summoneri occasione werre comitis R. Marescalli etc., de warda facienda in castro Roffe pacem ei habere permittat, nec eum inde in aliquo gravet vel occasionet. Teste ut supra.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predicta warda predicti temporis quietum esse faciant. Teste ut supra.

1234.
[m. 30.]

Pro Baldewino de Veer.—Mandatum est constabulario Dovr' quod non distringat Baldewinum de Veer pro warda quam debuit fecisse ad castrum Dovr' tempore quo fuit in servicio regis in partibus Marchie, nec etiam pro aliqua warda quam ad castrum predictum facere debet, quamdiu fuerit in servicio regis per preceptum suum. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Aubervill'.—Willelmus de Aubervill' fuit in servicio regis dum rex fuit in partibus Marchie cum exercitu suo. Et mandatum est custodi archiepiscopatus Cantuariensis quod de demanda illa quam ei facit pro exercitu predicto, ipsum quietum esse permittat, et averia sua ea occasione capta deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Thoma filio Godefridi.—Mandatum est eidem custodi quod de predicto exercitu quietum esse faciat Thomam filium Godefridi, qui eo tempore fuit cum Philippo de Albiniaco in servicio regis.

Pro Roberto filio Nicholai.—Robertus filius Nicholai fuit in servicio regis in partibus Wallie cum ipso rege pro guerra quam regi movit comes R. Marescallus. Et mandatum est custodi archiepiscopatus Cantuariensis quod de demanda quam eidem Roberto facit occasione predicte guerre, ipsum pacem habere permittat, et averia et catalla ea occasione capta ei deliberari faciat. Teste ut supra.

De vinis Galonis de Nauntes.—Mandatum est camerario Lond' quod si homines Gwalonis de Nantes qui venerunt Lond' cum vinis suis, bonam ei fecerint securitatem quod vina illa que habent venalia in Lond' et apud Suht', sunt ipsius Galonis propria, tunc nullam prisam capiat de eisdem vinis contra tenorem carte regis quam idem Galo habet. Teste ut supra.

Pro archidiacono Wiltes'.—Rex licentiam dedit Stephano, archidiacono Wiltes', quod maeremium quod adquirere poterit in balliva Michaelis de Columbariis sive de empto sive de dono ad quoddam hospitale apud Eston' construendum, libere et sine impedimento et chiminagio cariari faciat per ballivam illam. Et mandatum est eidem Michaeli quod ipsum archidiaconum vel homines suos hujusmodi maeremium cariantes per ballivam suam ad fabricam predicti hospitalis non occasionet nec inpediat, quin in cariando predictum maeremium sine chiminagio liberum habeant transitum securum. Teste ut supra. Per Robertum Passel'.

Pro Rogero de Mortuo Mari de domibus in Sancto Edmundo.—Rex commisit Rogero de Mortuo Mari domos Roberti de Culing, balistarii, qui est cum comite R. Marescallo, in villa Sancti Edmundi, ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod de predictis domibus cum pertinentiis ei plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. Per episcopum Wintoniensem.

1234.
[m. 30.] *Pro Hereberto de Nevill'.*—Rex probis hominibus de Ormesby salutem. Quia dominica nostra per regnum nostrum Anglie facimus talliari, concessimus dilecto et fideli nostro Herberto de Nevill' quod super vos talliagium possit assidere. Et ideo vobis mandamus quod id fieri permittatis et eidem Herberto ad hoc ei[1] sitis intendentes et respondentes. Teste rege apud Westmonasterium, iiij. die Februarii.

Pro episcopo Lincolniensi.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod si mercatum Briani de Insula de Saleby sit ad nocumentum mercati quod H. Lincolniensis episcopus habet apud Lue, tunc predictum mercatum apud Saleby clamari non faciat nec teneri permittat.

Pro Hugone Talemasch'.—Hugo Talemasch' fuit in exercitu regis quem summoneri fecit pro guerra quam R. comes Marescallus movit in partibus Wallie. Et mandatum est custodi honoris Peverel quod ipsum Hugonem occasione ejusdem exercitus non vexet. Teste ut supra.

Pro electo Cantuariensi.—Rex electioni facte de magistro Edmundo, thesaurario Sarrisburie, in archiepiscopum Cantuariensem, regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est P. de Rivall' quod de predicto archiepiscopatu cum terris et tenementis ad ipsum pertinentibus, cum carucis et bobus earum et denariis nobis debitis in eisdem terris, eidem electo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Idem habet literas patentes militibus et aliis de eodem archiepiscopatu quod ei tanquam domino suo etc. sint intendentes etc.

Pro monetariis regis.—Mandatum est majori et vicecomitibus Lond' quod non vexet[1] vel inquietet[1] monetarios vel alios ministros regis monetarie Lond', exigendo ab eis tallagia vel alias consuetudines indebitas contra libertates et quietanciam, quas predicti monetarii et ministri regis in civitate Lond' hactenus habere consueverunt et debent. Teste rege apud Westmonasterium, v. die Februarii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Kancie et ballivis Cantuarie pro ministris monetarie regis apud Cantuariam.

Pro comite Cornubie.—Rex concessit R. comiti Cornubie et Pictavie quadragesimam assisam super homines de comitatu Heref', qui sunt in manu ipsius comitis de honore de Radenor' et de Brechinio occasione custodie terre et heredum Willelmi de Braos' existentis in manu sua. Et mandatum est Nicholao le Seculer et sociis suis, collectoribus quadragesime in comitatu Heref', quod eidem comiti predictam quadragesimam habere faciant. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Februarii. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur eisdem de honore de Kynton'.

[1] Sic in MS.

1234.
[m. 30.]

Pro Galfrido de Abrincis.—Rex concessit Galfrido de Abrincis quod xlij. summas frumenti, xv. summas avene quas idem Galfridus debuit reddidisse Elye le Evesk' et Salomoni fratri, Judeis London', a die Sancti Michaelis anno xvij. in xv. dies, predicti[*] Judeis reddat a die Sancti Michaelis anno xviij. in unum mensem, ita quod inde non currant usure. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Radulfo filio Nicholai.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, firmiter injungendo quod Radulfo filio Nicholai, senescallo regis, faciat habere servicium regis debitum de xl. diebus de Mida et de Uriel ad castrum de Dunelamayn, quod est in custodia sua per preceptum regis, firmandum. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Februarii.

Pro Ricardo Barberel de terra que fuit Nicholai de Oxehaye.—Rex commisit Ricardo Barberel, qui est cum R. comite Cornubie, unam carucatam terre cum pertinentiis in Herefeld' que fuit Ric' de Oxehaye, ad se sustentandum, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Midd' quod de predicta terra cum pertinentiis ei plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Henrico Mauveisin.—Henricus Mauveisin in curia regis coram Roberto de Haya, Willelmo Pauntulf, Roberto de Legh' et Roberto de Esington', justiciariis ad hoc constitutis apud Stafford', recuperavit presentationem suam ad ecclesiam de Ridewar' versus Philippum personam de Bromleg', per assisam ultime presentationis ibi inde inter eos captam. Et mandatum est A. Coventrensi episcopo quod ad presentationem ipsius Henrici ad eandem ecclesiam idoneam personam admittat. Teste ut supra.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Quia Radulfus filius Nicholai non habet unam carucatam terre cum pertinentiis in Hida, pro qua habenda finem fecit cum rege per c. solidos, mandatum est baronibus de Scaccario quod† ipsum Radulfum de ipsis c. solidis quietum esse faciant. Teste rege apud Waltham, viij. die Februarii.

Et mandatum est vicecomiti Oxonie etc.

De vinis retinendis ad opus regis.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de melioribus vinis que jam venerunt Lond', retineat ad opus regis xxx. dolia vini per visum camerarii Lond.' Teste ut supra.

De hominibus arestandis.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod si Gaudinus de Albo Monasterio et Luca filia Reginaldi de Clifton', que fuit in custodia Radulfi de Wiliton', inventi fuerint in balliva sua, ipsos faciat arestari, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Wilt', Salopie et Wigornie.

* Sic in MS. † 'Scaccario quod' omitted in MS.

1234.
[m. 30.]

Pro viduis Oxonie.—Mandatum est majori et probis hominibus Oxonie quod a viduis Oxonie nichil exigant vel capiant occasione tallagii quod super villam Oxonie assident. Teste ut supra.

Pro hominibus de Havering'.—Mandatum est tailliatoribus dominicorum regis in comitatu Essex' quod tallagium assisum super homines de Havering' faciant amensurari, ne homines illi ultra modum graventur. Teste ut supra.

Pro comite Albemarl'.—Rex concessit comiti Albemarl' quod manerium de Derteford', quod habet de ballio domini regis, talliare possit. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De redditu foagii in Insulis.—Mandatum est probis hominibus Geres' quod reddant Philippo de Albiniaco, custodi Insularum, redditum foagii regi debitum, et inde sint ei respondentes, sicut quolibet anno tertio inde respondere consueverunt. Teste rege apud Standon', ix. die Februarii.

Pro Roberto de Prendregest'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sint in auxilium Roberto de Prendregest' ad habendum rationabiles terminos de debito quod debet Aaron de Eboraco, Elye de Pontefracto, Judeis Eboraci, Leoni filio Salamonis, Diei filio Elye, Abrahe de Bedeford', Judeis Linc', et Peitevin' filio Benedicti, Judeo London'. Teste ut supra.

Pro hominibus de Portesm'.—Rex concessit hominibus de Portesm' respectum tallagii super eos assidendi usque ad Capud Jejunii, anno xviij. Et mandatum est assessoribus tallagii in comitatu Suhamt' quod respectum illum eos inde habere permittant. Teste ut supra.

Pro Thoma Corbet.—Quia Thomas Corbet pluribus intendit in partibus suis, quominus intendere potest ad sectas et ad alia facienda que pertinent ad comitatum et hundredum, mandatum est vicecomiti* Salopie quod eidem Thome deferat de sectis et aliis, ipsum vel homines suos non gravando. Teste ut supra.

Pro Johanne de Monem'.—Mandatum est Roberto Passel' quod emi faciat quendam equum de pretio xxv. vel xxx. marcarum ad opus Johannis de Monem', et equum illum mittat vicecomiti Glouc' dicto Johanni liberandum, de dono regis. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

Et mandatum est eidem vicecomiti quod equum illum recipiat et ad dictum Johannem mittat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Langwat inter Usam et Derewent' faciat habere Willelmo de Eboraco viij. quercus, de dono regis. Teste ut supra. Per R. Passel'.

* Omitted in MS.

1234.

[m. 29.] *De capella Westmonasterii lambruscanda.*—Mandatum est Roberto Passelewe quod bordum faciat emi ad id quod superest in capella Sancti Stephani apud Westmonasterium lambruscandum, et illud faciat lambruscari, ita quod in adventu regis usque Lond' lambruscata sit. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Februarii.

Pro Baldewino de Montibus.—Willelmus de Montibus, qui tenuit septimam partem feodi unius militis cum pertinentiis in Kertlinton' de rege in capite, de feodo illo se demisit et feodum illud concessit Baldewino de Montibus, fratri et heredi suo, et rex de feodo illo cepit homagium ipsius Baldewini et ei perdonavit relevium suum ei inde debitum. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod de feodo predicto cum pertinentiis eidem B. plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Sanctum Edmundum, xij. die Februarii. Per Hugonem Dispensatorem.

Pro Hereberto de Alencun.—Rex perdonavit Hereberto de Alencun quadraginta et quinque libras, sex solidos et tres obolos quos ei debuit, et qui ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis quadraginta et quinque libris, sex solidis et tribus obolis ipsum Herebertum quietum esse faciant. Teste rege apud Sanctum Edmundum, xiiij. die Februarii, anno regni regis xviij.

De prisone deliberando.—Rex custodi gaiole de Flet' salutem. Precipimus tibi quod Ricardum, hominem Radulfi de Sancto Sampsone, quem tenes in prisona nostra, deliberari facias et ipsum abire permittas quo voluerit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Alicie que fuit uxor Radulfi de Trublevill', tres damas in foresta de Wauberg', de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Rex commisit Margarete, uxori H. de Burgo, ad se sustentandam, quamdiu regi placuerit, maneria de Burg' et de Neuton' et de Suterton' in comitatibus Norf' et Suff', et manerium de Hadfeld' in comitatu Essex', et maneria de Ringsted' et Caudecot' in comitatu Norht', et manerium de Kingesdon' in comitatu Kancie. Et mandatum est Roberto Passel' quod de omnibus maneriis predictis eidem Margarete plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Bukeham, xiiij. die Februarii.[*]

Pro Ricardo de Luvetot.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod, vocatis coram eis David le Lumbard' et Amico, filio suo, Judeis Notingh', faciant inquiri quantum Ricardus de Luvetot debeat eisdem Judeis, et veritate inquisita, faciant eidem Ricardo rationabiles terminos habere quibus possit de debitis que eis debet, eis satisfacere competenter; et interim faciant eidem Ricardo averia pro eisdem debitis capta deliberari. Teste ut supra. Per justiciarium.

[*] This entry is cancelled 'quia aliter inferius nam Robertus Passel' nullum predictorum maneriorum habuit in manu sua preter Hadfeld'.'

1234.

[m. 29.] *Pro Willelmo de Sancto Germano.*—Eodem modo scribitur eisdem pro Willelmo de Sancto Germano de debitis que debet Isaac parvo et Abrahe, filio Deusaie, Judeis Norwici.

Pro Macy Besill' de manerio de Westhal'.—Rex dedit per cartam suam Macy Besyl' manerium de Westhal' cum pertinentiis, quod fuit aliquando Nicholai de Dunewico, habendum et tenendum de rege et heredibus suis sibi et heredibus suis inperpetuum per dimidiam marcam singulis annis ad Scaccarium Sancti Michaelis reddendam. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod de manerio illo cum pertinentiis ei plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Gymigham, xvij. die Februarii.

Rex vicecomiti Norf' salutem. Monstravit nobis Jacobus del Estr' quod cum percipere debuisset et singulis annis percipere consuevisset viij. solidos de quodam mesuagio in Jernem', quod Johannes filius Hereberti qui est in prisona de Flete pro morte hominis, tenuit de eo, non fuit qui de redditu predicto ei responderet postquam mesuagium predictum captum fuit in manum nostram occasione predicta. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, de redditu predicto singulis annis, quamdiu mesuagium illud fuerit in manu nostra, eidem Jacobo satisfacias, et de tempore quo mesuagium illud extitit in manu nostra et fructus illius mesuagii recepimus, arreragia sua ei reddi facias. Teste me ipso apud Walsingham, xviij. die Februarii. Per episcopum Wintoniensem.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat priori de Walsingham x. quercus in bosco regis de Colecestr' et alias x. quercus in foresta Novi Castri super Tynam ad quandam cameram faciendam, de dono regis. Teste rege apud Castelacre, xviij. die Februarii. Per P. de Rivall'.

Pro Johanne de Herleton'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod vocatis coram eis Isaac Bigelin, Judeo Cantebr', Elya Blundo et Salomone Episcopo, Judeis Lond', inquiri faciant quantum Johannes de Herleton' debeat eisdem Judeis; et postquam certi fuerint de quantitate debiti predicti, faciant eidem Johanni habere rationabiles terminos ad quos idem Johannes possit de debito eisdem Judeis competenter respondere. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro Mabilla de Bedeford'.—Eodem modo scribitur eisdem pro Mabilla de Bedefeld' de debito quod debet Isaac de Norwico, Mosse Deulecresse, Judeis de Norwico, Aaron de Lond'.

Pro pauperibus hominibus de Sancto Edmundo.—Mandatum est Roberto Passelewe quod de exitibus abbatie Sancti Edmundi de tempore quo fuit vacans et in custodia sua per preceptum regis, faciat acquietari xj. libras et xix. solidos qui debentur pauperibus hominibus de villa Sancti Edmundi de inhumatione abbatis Ricardi, qui ultimo decessit. Teste rege apud Theford', xx. die Februarii.

1234.
[m. 29.]

Pro Radulfo filio Nicholai de custodia terre et heredis Eustachii de Moret'.—Mandatum est P. de Rivall' quod omnes terras que fuerunt Eustachii de Moretoin, de quibus fuit seisitus die quo obiit, de quocunque eas teneret, capiat in manum regis et eas incontinenti liberet Radulfo filio Nicholai, senescallo regis, cui rex dedit maritagium heredis ejusdem Eustachii. Teste rege apud Theford', xx. die Februarii. Per justiciarium.

Pro Henrico de Bernevall', capellano regis.—Rex de fine c. marcarum quem Henricus de Bernevall' capellanus cum eo fecit pro habenda custodia terre et heredum Hugonis de Bernevall' cum maritagio eorundem heredum, perdonavit ei xx. libras. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Henricum de predictis xx. libris quietum esse faciant. Teste rege apud Theford', xx. die Februarii.

Pro uxore Edmundi de Tudeham.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod de omnibus terris que fuerunt Edmundi de Tudeham in balliva sua, de quibus fuit seisitus die quo obiit, de quocunque eas teneret, sine dilatione faciat habere Gundrede, que fuit uxor ejusdem Edmundi, rationabilem dotem suam. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Devonie et Suff'.

Pro uxore H. de Burgo.—Rex commisit Margarete, uxori H. de Burgo, maneria de Burg' et de Neuton' et de Suterton' ad se sustentandam, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod predicte Margarete de maneriis predictis plenam seisinam habere faciat, et si qua blada in ipsis maneriis fuerint inventa, ad dominica predictorum maneriorum seminanda, eidem Margarete semen habere faciat. Teste rege apud Theford', xx. die Februarii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Kancie de maneriis de Tunstall' et Gingesdon'; Northampt', de maneriis de Ringsted' et Caldecot'; Roberto Passel', quod de bladis manerii de Haffeld' quod est in manu sua, eidem Margarete faciat habere semen etc. una cum seisina ejusdem manerii.

De quodam converso.—Rex ad instantiam W. Eboracensis archiepiscopi, concessit Willelmo converso quod admittatur inter alios conversos regis apud Lond'. Et mandatum est Stephano de Stranda et Jocco filio Petri quod ipsum Willelmum recipiant et sicut uni de aliis conversis ei necessaria inveniant. Teste ut supra.

Pro hospitali Sancti Johannis Jerusalem.—Rex vicecomiti Cantebr' salutem. Scias quod concessimus priori et fratribus hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia quod ipsi et successores sui inperpetuum habeant unum mercatum apud manerium suum de Chipeham singulis septimanis per diem Lune, et quod habeant ibidem unam feriam singulis annis duraturam per duos dies, videlicet in vigilia et

1234.
[m. 29.] in die Sancti Michaelis, nisi mercatum illud et feria illa sint ad nocumentum etc. Et ideo tibi precipimus quod cartam predictorum prioris et fratrum, quam eis inde fieri fecimus, in comitatu tuo legi et predictum mercatum et feriam illam clamari et teneri facias, sicut predictum est. Teste rege apud Chipeh', xxj. die Februarii.

De gurgitibus in Sabrina reparandis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod habere faciat vicecomiti Glouc' virgam in balliva sua ad gurgites regis in Sabrina reparandos. Teste ut supra.

De baudekinis et aliis emendis ad opus regis.—Mandatum est camerario Lond' quod visis literis emi faciat ad opus regis v. baudekinos ad aurum de levi pretio, et x. pannos sericos de Aresta purpureos, et illos per presentium latorem ad regem mittat. Teste rege apud Ditton', xxiij. die Februarii.

Pro Gileberto de Sedgrave de tallagio Novi Castri.—Mandatum est probis hominibus Novi Castri super Tynam quod Gileberto de Sedgrave, cui rex concessit tallagium ejusdem ville super eos assidendum, ad hoc ei sint intendentes et respondentes. Teste ut supra.

Pro W. de Cantilup' de tallagio de Bughedon' et de Haverberg'.—Mandatum est vicecomiti Leic' et talliatoribus dominicorum regis in comitatu Leic' quod ex quo talliaverint maneria de Bughedon' et de Haverberg', que sunt in manu Willelmi de Cantilup', faciant habere eidem Willelmo de dono regis tallagium eorundem maneriorum. Teste rege apud Hunt', xxiiij. die Februarii.

De vinis et aliis emendis ad opus regis apud London'.—Mandatum est camerario Lond' quod retineri faciat ad opus regis lx. dolia vini, et v. miliaria cere, et viij. bulliones amigdalarum, et duodecim fraellos magnos vel xx. parvos de ficubus, et v. vel sex coffinos de racemis, et duo miliaria vel amplius de dactilibus, et dimidiam centenam de rys, et j. centenam piperis, et dimidiam centenam de zinzibere sicco, et dimidiam centenam de cimino, et xx. libras de cinamonio, et xx. libras de galingale, et xx. libras de gariofilo, et x. libras de maces, et x. libras de folio, et xx. libras de croco, et v. vel sex butesellos de gingibrat, et xx. baudekinos ad aurum de mediocri pretio, et lx. pannos de Aresta de mediocri pretio, et ccc. et dimidium capita cendalli de Lukes et de melle ederoso. Teste rege ut supra.

Pro Laurencio de Sancto Michaele.—Mandatum est talliatoribus dominicorum regis in comitatu Notingh' quod super terram Laurencii de Sancto Michaele in manerio de Linneby nullum tallagium assideant; et si assisum fuerit, ad illud reddendum ipsum non distringant, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra. Per justiciarium.

1234.
[m. 29.]

De damis datis.—Mandatum est Petro de Malo Lacu quod habere faciat E. Cantuariensi electo v. damas in foresta de Chipeham, de dono regis. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De villa de Kaermerdin.—Rex commisit probis hominibus suis de Kaermerdin villam de Kaermerdin ad percipiendum omnes exitus ejusdem ville usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xx. in auxilium claudendi villam suam de Kaermerdin. Et mandatum est P. de Rivall' quod villam ipsam predictos homines tenere permittat usque ad terminum predictum, sicut predictum est. Teste rege apud Rames', xxv. die Februarii. Per justiciarium.

De venatione carianda usque Norhampt'.—Mandatum est ballivo de Wudestok' quod venationem regis de foresta de Kannoc, quam rex ei liberari precepit, cariari faciat usque Norhampt', ita quod sit ibi die Sabbati proxima ante Capud Jejunii, et custum etc. reddet rex, cum illuc venerit predicta venatio. Teste rege apud Rames', xxv. die Februarii. Per Johannem filium Philippi.

Pro Willelmo Banastr', coco regis, de anno et die.—Rex concessit Willelmo Banastr' de Eltesl', coco suo, annum et diem qui ad eum pertinent de terra Stephani de Oxecroft, nuper suspensi apud Cantebr' pro roberia et pace nostra fracta. Et mandatum est vicecomiti Cantebr' quod eidem Willelmo de predicta terra cum pertinentiis et cum catallis et instauris in ea inventis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Rames', xxv. die Februarii. Per P. de Rivall'.

De imagine facienda et danda apud Bromholm'.—Mandatum est Roberto Passelewe firmiter injungendo quod quandam imaginem argenteam deauratam ad similitudinem regis de pretio decem marcarum sub festinatione fieri faciat et ad regem destinari, mittendam usque Bromholm', de dono regis in honorem Sancte Crucis. Teste rege apud Rames', xxvij. die Februarii. Per ipsum regem.

Pro Albrico de Marines.—Mandatum est R. Passelewe quod Albrico de Marines militi, qui vulneratus fuit in capite in servicio regis apud Album Monasterium, faciat habere a die Lune proxima post festum Sancti Mathie, anno etc. xviij. computata, singulis diebus xij. denarios, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Rames', xxvij. die Februarii.

De ecclesia de Massingham.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod assumptis secum quos viderit assumendos, in propria persona sua accedat usque Massingham, et si quos invenerit in ecclesia de Massingham qui se opponant et resistant executioni quam P. Wintoniensis episcopus commisit priori de Castelacr' auctoritate domini pape, vim eorum amoveat, non permittens quod idem prior inpediatur quin libere quod ei injunctum est, exequatur. Teste ut supra.

1234.
[m. 29.]

De non permittendo vasto de Cottingham.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod non permittat quod Hugo Wak' et Willelmus de Mastac faciant vastum, venditionem vel exilium de bosco de Cotingham, quamdiu idem boscus fuerit in manibus predictorum Hugonis et Willelmi. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De prisone quodam custodiendo.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod Galfridum filium Algari, quem cepit et captum tenet pro transgressione facta in foresta de Havering', liberari faciat vicecomiti Hertf' custodiendum donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Et mandatum est ipsi vicecomiti quod ipsum Galfridum recipiat etc.

Pro Tychesfeld' et Seleburn'.—Mandatum est assessoribus tallagii in comitatu Suhampt' quod occasione tallagii ad quod assidendum super dominica sua in comitatu Suht' rex eos assignavit, nullum tallagium assideant super manerium de Tychesfeld', quod rex dedit in elemosinam, donec a rege aliud habuerint mandatum; et si tallagium ibi assederint, ad illud solvendum nullam interim faciant districtionem. Teste rege apud Burgum Sancti Petri, xxviij. die Februarii.

Quia rex dedit per cartam suam P. Wintoniensi episcopo totam terram suam cum pertinentiis in manerio de Seleburn', ad fundandum in ea quandam domum religionis cum quietancia tallagii, mandatum est assessoribus tallagii in comitatu Suht' quod super terram predictam nullum tallagium assideant; et si quod ibi assederint, priorem et monachos ejusdem loci et homines eorum inde quietos esse permittant. Teste ut supra. Per episcopum Wintoniensem.

De copulis datis episcopo Wintoniensi.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat P. Wintoniensi episcopo xl. copulas in bosco de Craneburn' ad se hospitandum, de dono regis. Teste ut supra.

De quadam conversa.—Mandatum est Stephano de Stranda et Jocco filio Petri quod Letiam conversam de Norwico in domo conversorum regis apud Lond' admittant, et ei neccessaria sicut aliis conversis inveniant. Teste rege apud Burgum Sancti Petri, ij. die Marcii.

De quercubus et roboribus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Cliva ubi poterit ad minus nocumentum ejusdem foreste, faciat habere priori de Hunted' x. quercus ad maeremium; priorisse Sancti Michaelis de Stamford' v. quercus similiter ad maeremium; priori hospitalis Sancti Thome martiris de Stamford' duo robora ad focum suum; custodi pontis de Walmesford' unam quercum ad operationem ejusdem pontis; et fratribus minoribus de Stamford' tria robora ad focum suum; et fratribus leprosis de Stamford' unum robur ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Fodringeye, iij. die Marcii. Per ipsum regem.

Pro Rogero Alys de terra Henrici le Gras.—Rex commisit Rogero Alis terram que fuit Henrici Crassi in Ceddre, qui est cum comite Marescallo, ad se sustentandum, quamdiu regi placuerit. Et mandatum

1234
[m. 29.]

est vicecomiti Sumerset' quod eidem Rogero de predicta terra cum pertinentiis et cum bladis et catallis que fuerunt predicti Henrici, in eadem terra inventis, plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De liberatione data.—Rex dedit Willelmo Compaignun, servienti suo, liberationem duorum denariorum in die, quam Paganus le Archer qui mortuus est, habuit de dono regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eidem Willelmo liberationem illam habere faciant. Teste ut supra. Per G. de Craucumbe.

De venatione data.—Mandatum est ballivo de Wudestok' quod omnia femora et hanchias x. bissarum que venerunt de foresta de Kannoc et sunt in custodia sua, faciat liberari fratri G. elemosinario regis, vel nuntio suo has literas deferenti, ad opus fratrum et infirmorum de hospitali Sancti Johannis Oxonie, quibus rex dedit illam venationem, et residuum illius venationis salvo faciat custodiri ne pereat. Teste rege apud Geitint', iiij. die Marcii. Per J. filium Philippi.

Pro Rogero Aliz.—Rex concessit Rogero Alis illas x. libras quas Josephus pistor debet cuidam burgensi de Kaerdif', qui est cum Marescallo, ad j. equum emendum ad opus suum. Et mandatum est ballivis Bristolli quod eas ei habere faciant. Teste ut supra.

[m. 28.] *De gente que se tenet in abbatia de Flexl'.*—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod assumptis secum constabulario Sancti Briavelli et coronatore regis comitatus Glouc', quibus mandatum est, quod in propria persona sua sine dilatione accedat ad abbatiam de Flexl' in qua se tenent quedam gentes que sunt contra pacem regis, et eis offerat ex parte regis quod inde exeant ad standum recto, vel si noluerint exire, abjurent regnum, et prefigat eis terminum quod illud exeant infra xl. dies, assignans eis portum Dovr' ad quem directe tendant per dietas suas causa regnum illud exeundi infra terminum predictum; et quod adhibeat custodiam aliquorum de quibus confidat, quod alibi non declinent quam versus portum predictum, quoniam non habent pacem regis, nisi directe itinerando per dietas suas ad portum eis assignatum. Teste rege apud Norht', vj. die Marcii.

De cheveronibus datis.—Mandatum est P. de Rivall' etc. quod habere faciat priori de Selford' xl. cheverones in foresta de Shirewod' sparsim per loca, et priorisse de Harewold' x. quercus in forestar* de Saliceto ad se hospitandam, et Ricardo de Wautervill' x. fusta in foresta de Rokingh' ad se hospitandum, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro persona de Cruk'.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod inquirat si Johannes, persona de Cruk', qui tenuit quandam terram ad firmam de Ricardo pincerna, qui est cum R. comite Marescallo,

* Sic in MS.

1234.
[m. 28.] blada de decimis ecclesie sue congregasset super feodum illud, tunc ipsa blada que idem vicecomes cepit in manum regis predicta occasione, eidem persone deliberari faciat; et si blada ipsa in eadem terra inventa, fuerint de eadem terra, tunc ea salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro comite Ricardo de manerio de Hagenet.—Rex commisit R. comiti Pictavie et Cornubie ad se sustentandum in servicio regis quamdiu ei placuerit, manerium de Hagenet cum pertinentiis, retentis in manu regis feodis militum et serviciis feodorum ad dictum manerium pertinentibus. Et mandatum est P. de Rivall' quod eidem comiti de predicto manerio plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per ipsum regem, coram domino Wintoniensi et justiciario.

Pro justiciario de bosco de Alemundebir'.—Rex per cartam suam concessit Stephano de Sedgrave quod boscus suus de Alemundebir' inperpetuum sit quietus de vasto et regardo et visu forestariorum et viridariorum et regardatorum et omnium ministrorum suorum, et quod ipse et heredes sui boscum illum essartare possint et excolere vel illum claudere et parcum inde facere, si voluerint, et pro voluntate omnino inde disponere, et quod ipse et heredes sui et homines eorum de predicto manerio cum pertinentiis inperpetuum habeant libertatem quod canes sui non expeditentur. Et mandatum est P. de Rivall' quod libertates predictas ei faciat firmiter observari. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat Willelmo de Cantilupo xx. matrices bremias in vivario regis de Fekeham vivas, de dono regis. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumbe.

De respectu loquele.—Mandatum est vicecomitibus London' quod loquelam que est coram eis in curia sua inter Willelmum de Nodariis et Isabellam, uxorem ejus, Robertum pincernam et Alienoram, uxorem ejus, et Johannem de Fraxino et Laurettam, uxorem ejus, et Sibillam filiam Roberti Morin, petentes, et Walterum de Godarvill', qui est in servicio regis in partibus Marchie per preceptum suum, tenentem, de uno mesuagio in Lond', ponant in respectum usque in xv. dies post Pascha, anno xviij. Teste ut supra. Per justiciarium.

De tallagio de Portesm'.—Mandatum est talliatoribus dominicorum regis in comitatu Suht' quod nullum tallagium assideant super villam de Portesm', donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Norht', ix. die Marcii. Per justiciarium.

1234.
[m. 28.]

De vino dato R. de Sancto Sampsone.—Mandatum est B. de Insula quod unum dolium vini de vinis regis que sunt in custodia sua apud Sauveyam, faciat habere Radulfo de Sancto Sampsone de dono regis pro uno dolio vini quod rex habuit de eo, cum ultimo fuisset apud Geytint'. Teste ut supra.

De perdonatione transgressionis.—Rex perdonavit Henrico Bacun, quem tenet in prisona regis vicecomes Norht' pro transgressione quam fecit in foresta regis, unde rettatus est. Et mandatum est vicecomiti Norhampt' quod ipsum a prisona deliberet. Teste ut supra.

Et mandatum est justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu Norht', quod ipsum inde non gravent, set quietum esse faciant. Teste ut supra. Per regem coram justiciario.

De vinis datis comitibus Linc' et Albemarl'.—Mandatum est ballivis Bristolli quod de vinis que in villa sua sunt arestata ad opus regis per preceptum suum, faciant habere J. comiti Linc' et constabulario Cestrie v. dolia vini, de dono regis. Teste rege ut supra. Per P. de Rivall'.

Eodem modo scribitur eisdem pro comite Albemarl' de aliis v. doliis.

Pro justiciario de tallagio de Meleburn'.—Quia rex dominica sua per terram suam fecit talliari, mandatum est vicecomiti Dereb' quod Stephano de Sedgrave etc. faciat habere tallagium de manerio suo de Meleburn' secundum tenorem carte regis, quam inde habet. Teste ut supra.

De intendendo Simoni filio Marie, camerario Anglie.—Mandatum est ballivis de Sandwico quod sint intendentes Simoni filio Marie, custodi camerarie Anglie, quotiens idem Simon ad eos venerit vel certum assignatum suum miserit ad prisas et emptiones vinorum, fructuum et rerum aliarum ad camerariam pertinentium ad opus regis faciendas, cum hujusmodi merces apud Sandwicum applicuerint, non inferentes vel inferri permittentes ei vel ejus assignato quicquam molestie vel inpedimenti, quominus exequi possit omnia que ad camerariam pertinent et negotia regis ei injuncta plenius expedire, quia rex non potest singulis horis quibus talia illuc venerint literas suas eis destinare. Teste ut supra.

Pro W. de Cantilupo de tallagio de Kaune.—Rex concessit W. de Cantilupo tallagium de dominico regis in villa de Kaune. Et mandatum est talliatoribus in comitatu Wilt' quod ad opus regis nichil inde capiant, set illud ei habere faciant.

De roboribus datis.—Mandatum est B. de Insula quod habere faciat fratribus minoribus de Norhampt' vj. robora in foresta de la Saucey ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

1234.
[m. 23.]

Pro burgensibus de Sweines'.—Mandatum est ballivis Bristolli quod non vexent etc. burgenses de Sweynes', exigendo ab eis consuetudines contra tenorem carte J. regis et confirmationem regis.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Ernisio, capellano Philippi de Albiniaco, tres quercus ad maeremium in foresta de Porecestr' ad edificationem domorum suarum de Ferlington', de dono regis. Per H. Dispensatorem.

Pro hominibus de vico de Radeclive.—Mandatum est assessoribus tallagii in comitatu Sumerset' quod nullum tallagium assideant super homines de vico de Radeclive, quia rex illos reservat talliandos cum hominibus de Bristollo. Teste ut supra.

Pro abbate de Cliva.—Rex concessit abbati de Cliva quod ad presens habeat tallagium manerii de Brampton', quod tenet de rege ad feodi firmam. Et mandatum est talliatoribus in comitatu Devonie quod super manerium illud tallagium ad presens non assideant. Teste ut supra. Per justiciarium.

De quercubus datis.—Mandatum est ballivo de Selvestona* quod habere faciat abbati de Bitlesden' l. quercus sparsim per loca in bosco regis, qui vocatur parcus de Henle, ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Butlesden', xj. die Marcii.

Pro abbate de Malmesbir'.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum, quas consuetudines et servicia homines abbatis de Malmesbir' de Periton' eidem abbati debent, mandatum est vicecomiti Wilt' quod eidem abbati nullam districtionem faciat aut fieri permittat occasione alicujus mandati quod rex ei fecerit pro eisdem hominibus, set si ipsi homines rebelles fuerint ad consuetudines et servicia illa facienda, eos ad ea facienda distringat.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Nicholao de Molis xx. quercus in foresta de Wychewod', de dono regis. Teste rege apud Wudest', xij. die Marcii. Per eundem P.

Pro predicatoribus Carleol'.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum, quod placia illa que jacet strata publica inter capellam fratrum predicatorum de Karleol' ex una parte et terram eorundem fratrum ex altera, quam petunt a rege ad ampliandum et dilatandum domos et edificia regis ibidem, non est ad nocumentum civitatis Karleol', neque ad nocumentum vel dampnum alicujus, si placiam illam eis concedat rex, intuitu Dei placiam illam dat et concedit rex dictis fratribus ad domos et edificia sua ibidem dilatanda. Et mandatum est vicecomiti Cumbrie quod de placia illa plenam seisinam eis habere faciat. Teste ut supra.

* Substituted for "P. de Rivall'."

1234.
[m. 28.]

Pro Warino de Muntchanes'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod sine dilatione replegiari faciat Warino de Muntchanes' averia sua, que cepit pro warda castri Roffe, usque ad adventum regis ad partes illas; et nullam ei interim districtionem faciat vel gravamen. Teste

De maeremio ad operationes de Geytinton'.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat vicecomiti Norhampt' maeremium in foresta de Geitinton' ad guteras majoris camere regis de Geytinton' emendandas. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Lettres.—Rex concessit Nicholao de Lettres manerium de Whetelay cum pertinentiis, habendum sibi et heredibus suis de heredibus suis, donec rex vel heredes sui manerium illud reddiderit rectis heredibus per voluntatem suam vel per pacem. Et mandatum est Roberto Passel' quod occasione obligationis quam idem N. ei fecit de reddendis inde ei xx. marcis per annum ad satisfactionem clericorum Romanorum, ipsum N. decetero non gravet set inde quietum esse faciat. Teste ut supra.

De prisonibus deliberandis.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod si Walterus et Milo, filii Johannis Longi de Lutegar', capti et detenti in prisona regis apud Aylesbir' pro foresta regis, invenerint ei salvos plegios ad standum inde recto coram justiciariis ad primam assisam etc. ad placita foreste tenenda, tunc ipsos per plevinam dimittat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomiti Buk' pro Willelmo filio Walteri Punchard, capto et detento in prisona apud Ailesbir'.

Pro abbate de Coggeshal'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod, non obstante eo quod rex commisit Everardo de Chastel Vilein terram que fuit Philippi Basset in Wykes, ad se sustentandum quamdiu regi placuerit, xl. solidos annuos quos abbas de Cogeshal' tempore predicti Philippi de terra ipsa percipere consuevit, eidem abbati habere faciat, tam de tempore preterito quam futuro, quamdiu terra ipsa fuerit in manu ipsius Everardi. Teste ut supra. Per ipsum regem coram justiciario.

Pro Johanne de Baalun.—Rex vicecomiti Heref' salutem. Datum est nobis intelligi ex parte Johannis de Baalun quod cum Hugo de Watford' et socii sui malefactores de terra nostra transitum fecissent per terram suam versus terram Jacobi de Solario, ubi ipsum Jacobum ceperunt et secum duxerunt, tu inponens predicto Johanni quod ballivi sui victualia eis deferri fecerunt, ipsum Johannem ea occasione de terra sua in Markel' cum bladis et catallis suis fecisti disseisiri. Et ideo tibi precipimus quod si ita est, tunc ipsum Johannem de terra sua predicta reseisiri facias, et blada et alia catalla sua, que ab eo cepisti ea occasione, ei sine dilatione restituas. Teste ut supra. Per justiciarium.

1234.
[m. 23.]

De damis datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat E. Cantuariensi electo lx. tam damos quam damas in foresta de Windles', et xl. tam damos quam damas in foresta Essex' ad instaurandum parcos suos, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xiij. die Marcii.

Pro hominibus de Sumerton'.—Rex tallagium x. marcarum quod assessores tallagii in comitatu Sumers' assederunt super homines regis de Sumerseton, remisit eis usque ad v. marcas. Et mandatum est assessoribus ejusdem tallagii in comitatu Sumerset' quod cum ipsi homines eis v. marcas solverint pro predicto tallagio, inde sint contenti nec ad plus reddendum eos distringant. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Hamel'.—Rex perdonavit Ricardo de Hamele, cruce signato, et plegiis suis misericordiam suam in quam inciderunt coram ballivo insule de Geres' in curia regis, eo quod dictus Ricardus non est prosecutus appellum suum quod fecit versus Ricardum le Gube de felonia et pace regis fracta. Et mandatum est eidem ballivo quod ipsum Ricardum et plegios suos de predicta misericordia quietos esse faciat; et si quid inde ceperit, id ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

Pro hominibus de Suhampt'.—Monstraverunt regi probi homines de Suht' quod assessores tallagii in comitatu Suht' ipsos tailliant ultra quam sustinere possint. Et mandatum est eisdem talliatoribus quod tallagium illud, sicut viderint expedrire,* faciant ammensurari. Teste ut supra.

Pro Johanne filio Galfridi.—Rex concessit Johanni filio Galfridi, qui manerium de Wintereslawe de rege tenet ad feodi firmam, quod homines de eodem manerio talliare possit, sicut rex dominica sua facit talliari. Et mandatum est assessoribus tallagii in comitatu Wilt' quod de ipsis talliandis se non intromittant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall'† quod faciat habere abbati de Bruer'† decem quercus‡ ad scindulas faciendas in bosco domini regis de Cornebir', de dono domini regis. Teste ut supra, xiiij. die Marcii, anno eodem. Per G. de Craucumb'.

De revocatione donationis vinorum.—Mandatum est ballivis Bristolli quod occasione mandati regis, si quod receperunt vel recepturi sunt, de faciendis habere v. doliis vini J. comiti Linc' et constabulario Cestrie, et aliis v. doliis W. comiti de Albemarl', que quidem dolia rex eis dederat, cum ituri essent in partes Marchie, videlicet, comes Linc' usque Salopiam et comes Albem' usque Monem', quia ad partes illas non accederunt, predicta vina eisdem comitibus habere non faciant. Teste ut supra.

* Sic in MS.   † Both names altered from 'Thome de Langel'.   ‡ Altered from 'fusta.'

1234.
[m. 28.]

De tradendis in ballium.—Mandatum est vicecomiti Bed' quod si singuli istorum Willelmi filii Rogeri, Rogeri Sakebrech', Simonis filii Muriell' et Hugonis Sautr', capti et detenti in prisona de Bedeford' pro morte Roberti de Norbois, unde rettati sunt odio et athia et non etc. ut rex accepit per inquisitionem, invenerint ei xij. etc. qui eos manucapiant etc. tunc tradat in ballium etc. Teste rege apud Wudestok', xv. die Marcii.

De vinis datis.—Mandatum est vicecomiti° Glouc' quod habere faciat Amaurico de Sancto Amando iij. dolia vini de vinis regis que sunt in custodia sua, et Johanni Maunsel unum dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', xv. die Marcii. Per P. de Rivall'.

De terris commissis Hugoni de Gurnay.—Rex terras in Eltham et in Subir' que fuerunt Amicie, quondam comitisse Glouc', et sunt in manu regis occasione custodie terre et heredis G. quondam comitis Glouc' et Hertford' in manu regis existentis, commisit Hugoni de Gurnay ad se sustentandum in servicio regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est R. Passelewe quod eidem Hugoni de predictis terris plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Wudestok', xv. die Marcii. Per P. de Rivall'.

Pro Galfrido Dispensatore.—Mandatum est talliatoribus dominicorum domini regis in comitatu Wygornie quod talliagium per eos assisum in manerio de Marklegh', quod dominus rex dedit Galfrido Dispensatore, eidem Galfrido de dono domini regis habere faciant. Teste rege apud Wudest', xvj. die Marcii.

Pro uxore Philippi Marc'.—Mandatum est talliatoribus dominicorum domini regis in comitatu Notingh' quod duas marcas quas assederunt super terram de Burewell', quam dominus rex commisit Anne que fuit uxor Philippi Mark', ad se sustentandum in tota vita sua, eidem Anne habere faciat de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Baalun.—Mandatum est W. filio Warini quod omnia blada, averia et alia catalla Johannis de Balun, que capi fecit et de terra sua abduci, eo quod Hugo de Wafford' et socii sui, qui sunt cum comite R. Marescallo, transitum fecerunt per terram predicti Johannis et victualia ibidem ceperunt ad opus eorum et equorum suorum, eidem Johanni reddi faciat, et homines suos quos eadem occasione cepit et captos detinet, replegiari faciat. Teste rege apud Wudestok', xij. die Marcii. Per justiciarium.

De tradendo in ballium.—Mandatum est vicecomiti Eboraci ad instantiam W. comitis Albemarl' quod si Walterus le Borne, captus et detentus in prisona regis apud Eboracum pro morte Galfridi Stork' et Matildis, uxoris ejus, invenerit ei xij. etc. qui eum manucapiant habere etc. ad primam assisam etc. si quis etc. tunc tradat etc. in ballium etc.

° Omitted in MS.

1234.
[m. 28.]

Pro hominibus Suhampt'.—Rex de centum marcis ad quas tailliatores dominicorum in comitatu Suhampt' tailliaverunt probos homines regis de Suhampt', perdonavit eisdem hominibus xx. marcas. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eos de predictis xx. marcis quietos esse faciant. Teste rege apud Wudestok', xvij. die Marcii.

Pro Waltero Langbord'.—Rex dedit Waltero Langbord in recompensationem dampnorum que sustinuit per gentem R. comitis Marescalli, duos saccos lane, qui fuerunt cujusdam hominis de Kaerdif et quos constabularius Bristolli fecit arestari, et sunt in manu Josephi le Paneter. Et mandatum est eidem constabulario quod saccos illos predicto Waltero habere faciat. Teste ut supra. Per justiciarium.

De balistis liberandis H. de Trublevill'.—Mandatum est S. de Sedgrave, justiciario, quod de balistis regis, que sunt in Turri Lond', faciat habere Henrico de Trublevill' xx. balistas, videlicet, x. de cornu et x. de fusto, quorum una pars sint ad unum pedem et alia pars ad duos pedes, ad castrum de Kaermerdin muniendum. Teste ut supra. Per episcopum Wintoniensem.

Pro Radulfo de Saucey.—Rex de lxij. libris quas Radulfus de Saucey debet David' de Oxonia, Judeo, perdonavit eidem Radulfo terciam partem, volens quod ad residuas duas partes reddendas rationabiles terminos habeat, ita quod interim penitus cessent usure. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de tercia parte predicti debiti ipsum Radulfum quietum esse faciant, assignantes ei terminos rationabiles ad residuas duas partes illius debiti predicto Judeo reddendas, usuris penitus interim cessantibus, sicut predictum est. Teste rege apud Wudestok', xviij. die Marcii. Per ipsum regem.

Pro abbatissa Sancte Marie Wintonie.—Rex per cartam suam concessit quod abbatissa Sancte Marie Wintonie et successores ejus, et omnes homines de manerio suo de Gretford' liberi sint et quieti inperpetuum de sectis shirarum, wapentaciorum et treingorum, et de auxiliis vicecomitum, prepositorum et omnium ballivorum suorum, et de omnibus placitis et querelis et exactionibus ad vicecomites, prepositos et eorum ballivos pertinentibus. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod predictam concessionem regis eis faciat observari. Teste

Pro hominibus de Noting'.—Mandatum est B. de Insula quod permittat homines de Noting' fodere petram in bosco qui vocatur Brullius de Noting', ad pontem de Noting' reparandum. Teste rege apud Wudestok', xviij. die Marcii. Per R. filium Nicholai.

Pro Johanne Waselin.—Rex perdonavit Johanni Waselin tallagium dudum assisum super manerium de Carleton' in Lindric', quod ab eo exigitur per summonitionem Scaccarii. Dedit etiam

1234.
[m. 25.]

eidem Johanni tallagium ultimo assisum super idem manerium. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod de primo tallagio pacem ei habere permittat, et aliud tallagium ei habere faciat, de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, xviij. die Marcii. Per Radulfum filium Nicholai.

De roboribus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat fratribus minoribus Oxonie xv. robora in bosco de Shotovr' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De cheveronibus datis.—Mandatum est Thome de Langel' quod habere faciat R. Cycestrensi episcopo lx. cheverones in Hernel' ad quoddam stabulum faciendum apud Hencinton,' de dono regis. Teste ut supra. Per G. de Craucumbe.

Pro Willelmo de Cantilupo juniore.—Rex per cartam suam concessit W. de Cantilupo juniori quod quandam partem bosci sui de Haringworth' claudere possit et parcum inde facere, ita quod parcus ille sit inperpetuum quietus de vasto et reguardo et visu forestariorum, viridariorum et reguardatorum et de omnibus que ad forestarios et viridarios vel ad forestam pertinent, scilicet, illam partem que vocatur Stockes et se extendit juxta campum de Haringworth' usque ad trencheam de Langel' versus Laxton'. Et mandatum est P. de Rivall' quod hoc fieri permittat. Teste ut supra.

De custodia prioratus Sancte Wereburge.—Rex commisit Ricardo de Sancta Wereburga, capellano, custodiam prioratus de Sancta Whereburga juxta Brehull', habendam eo modo quo Willelmus de Wottesdon', capellanus, qui nuper per infortunium obiit, ut dicitur, custodiam illam habuit, ut dicitur. Et mandatum est Johanni filio Nigelli quod predictum Ricardum in custodia illa protegat, non inferens ei dampnum aut gravamen. Teste rege apud Walingf', xx. die Marcii.

Vicecomiti Buk' mandatum est quod de predicto prioratu plenam ei seisinam habere faciat.

Pro priore de Walingford', de roboribus datis.—Rex P. de Rivall'. Mandamus vobis quod habere faciatis priori de Walingf' duodecim robora ad focum suum in foresta nostra de Windesh', de dono nostro. Teste ut supra.

Pro comite de Ferrariis et uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod non permittat quod Hawisia de Cestria distringat milites de honore de Graham, quorum servicia assignata sunt W. de Ferariis, comiti Derby, et Agneti, uxori ejus, in partem ipsius Agnetis de portione que eam contingit de hereditate R. quondam comitis Cestrie, ad faciendum sectam ad curiam ipsius Hawisie, sed tam de secta quam de serviciis sint intendentes ipsis comiti et uxori ejus, quibus assignata sunt servicia sua. Teste rege apud Rading', xx. die Marcii. Per justiciarium.

1234.
[m. 27.]

De equis et hernesio reddendis abbatie de Flaxl'.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod sine dilatione reddi faciat abbatie de Flaxl' omnes equos et omnia arma et totum hernesium que capta fuerunt infra septa ejusdem abbatie, quorum occasione episcopus Herefordensis ipsum constabularium et quosdam alios qui captioni predictorum interfuerunt, excommunicavit et partes suas interdicto supposuit. Teste rege apud Rading', xx. die Marcii.

Et mandatum est eidem episcopo quod sententiam occasione predicta latam relaxet. Teste ut supra.

De cheveronibus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod faciat habere Henrico de Trublevill' viginti cheverones in bosco de Pukesl' in foresta de Wintlewod', de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro burgensibus Glouc'.—Rex perdonavit burgensibus Glouc' c. marcas ad quas amerciati fuerunt coram rege pro transgressione quam Henricus le Parmenter fecit apud Glouc', pro qua transgressione idem Henricus postea fuit suspensus; et que ab eisdem burgensibus exiguntur per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod pacem eis inde habere permittat. Teste rege apud Rading', xxi. die Marcii.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Per regem coram justiciario.

Pro comitissa Penbroc'.—Mandatum est P. de Rivall' quod l. libras, que restant reddende A. comitisse Penbr' de exitibus manerii de Boseham, quod rex assignavit eidem comitisse ad se sustentandam, ei sine dilatione habere faciat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Gylberto de Rue.—Rex perdonavit Gibberto de Rue tallagium quantum pertinet ad unam virgatam terre, quam tenet de rege ad feodi firmam in la Berton'. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod ipsi Gibberto pacem inde habere permittat. Teste rege apud Rading', xxij. die Marcii.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Gibbertum quietum inde esse faciant. Per ipsum regem.

Pro hominibus de Basingestok'.—Rex perdonavit hominibus de Basingestok', qui tailliati fuerunt ad xxv. marcas, de tallagio illo xv. marcas; et mandavit tailliatoribus in comitatu Suhamt' quod tallagium predictum sic ammensurari et inrotulari faciant. Teste ut supra. Per ipsum regem coram justiciario.

Pro episcopo Lissemorensi.—Mandatum est H. de Trublevill' et ballivis regis de Bristollo quod navem G. Lissemorensis episcopi, quam apud Bristollum detinent, eidem episcopo faciant deliberari. Teste ut supra.

1234.
[m. 27.]

Pro Petro filio Herberti.—Rex concessit Petro filio Herberti, quamdiu regi placuerit, terram quam Robertus de Turbervill', qui est cum comite Marescallo, de eo tenuit in Leghton'. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod plenam ei inde saisinam sine dilatione habere faciat. Teste rege apud Windles', xxj. die Marcii. Per justiciarium coram ipso rege.

Pro Johanne de Crombal'.—Rex vicecomiti Sumerset' salutem. Quia Johannes de Crombal' fecit nos securos de fideli servicio per Herbertum filium Mathei, tibi precipimus quod de terra ipsius Johannis in balliva tua, que capta fuit in manum nostram eo quod dicebatur ipsum fuisse cum comite Marscallo contra nos, eidem Johanni plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Keninton', xxiiij. die Marcii, anno regni nostri xviij. Per justiciarium.

De tradendis in ballium.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod si uterque istorum, Willelmi de Cumptun' et Hugonis le Paunner, capti et detenti in prisona Oxonie pro morte Hugonis filii Willelmi le Tayllur et Jordani filii Neel', rettati sunt odio et atya et non etc. ut rex accepit per inquisitionem, invenerit ei xij. etc. qui eos manucapiant etc., tunc tradat in ballium etc. Teste rege apud Keninton', xxiiij. die Marcii.

Pro fratribus hospitalis Sancti Johannis Oxonie.—Mandatum est Petro Mimecan quod non inpediat vel inpedire permittat magistrum et fratres hospitalis Sancti Johannis extra Oxoniam, quominus habeant buscam suam quam eis concessit dominus rex habendam in balliva sua, unde ipse dominus rex litteras suas destinavit H. de Nevill'. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Marcii.

De bladis cariandis usque Kaermerdin.—Mandatum est ballivis et probis hominibus Bristolli quod habere faciant Henrico de Trublevill' centum quinquaginta quarteria frumenti, quinquaginta quarteria fabarum et pisarum, triginta quarteria salis, centum bacones et viginti dolia vini carianda usque Kaermerdin ad castrum illud muniendum; et denarios quos ad hoc aponent, dominus rex eis reddi faciet ad Scaccarium instantis Pasche anno regni etc. xviij. sine ulteriori dilatione. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Marcii, anno eodem. Per ipsum regem coram justiciario.

Pro quibusdam mercatoribus bladi.—Mandatur ballivis de Gernes' quod non impediant vel impediri permittant mercatores de Anglia ad partes suas de Gernes' venientes ad bladum emendum, quominus possint bladum emere et emptum inde abducere, sive alios mercatores per ipsos ballivos transitum facientes cum bladis, victualibus sive aliis quibuscunque mercandisis ad partes Anglie ducendis. Teste rege apud Westmonasterium, xxvij. die Marcii. Per P. de Rivall'.

Pro Willelmo de Bueles.—Mandatum est Hugoni de Vivoniis, senescallo Wasconie, quod faciat habere Willelmo de Bueles terram

1234.
[m. 27.] suam de la Fave cum pertinentiis suis, quam habet de ballio domini regis, et omnes res et catalla sua que inde cepit, eidem Hugoni sine dilatione reddi faciat; et tantum inde faciat ne iteratus inde clamor ad aures domini regis debeat pervenire. Miratur etiam dominus rex quod mandatum suum eidem Hugoni alias inde directum non est executus. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Mandatum est vicecomiti Salopie quod faciat habere Willelmo de Bueles xx. libras ad sustentationem castri de Muntgumery de remanenti c. librarum que nuper tibi* de Glouc' misse fuerunt. Teste ut supra. Per

Dublin.' De rumoribus.—Rex majori et civibus suis Dublin' salutem. Super hiis que nobis significastis de adventu comitis R. Marscalli ad partes Hybernie, grates vobis multas referimus, quod quidem antequam ad nos pervenissent littere vestre, nobis non fuit incognitum. Nos vero ea occasione convocavimus archiepiscopos, episcopos, comites, barones et omnes magnates nostros Anglie, quod sint ad nos apud Lond' die Dominica proxima post instantem mediam Quadragesimam, ad tractandum nobiscum ibidem super hiis et aliis statum nostrum et terre nostre Anglie et Hybernie tangentibus; et nos Domino annuente de consilio predictorum ibidem providebimus secundum quod nobis et indempnitati nostre et terre nostre Anglie et Hybernie viderimus expedire. Quid vero ad diem illum actum fuerit et provisum, vobis sine more dispendio significare curabimus. Teste me ipso apud Westmonasterium, xxvij. die Marcii etc.

Eodem modo scribitur G. de Turvill', archidiacono Dublin'. Per regem.

Pro Stephano de Sedgrave de manerio de Kirket'.—Rex concessit per cartam suam Stephano de Segrave manerium de Kirketon' cum suis pertinentiis, quod fuit comitis Balon', et quod idem Stephanus habuit de ballio regis, habendum et tenendum sibi et heredibus suis, donec dominus rex illud reddiderit rectis heredibus ipsius comitis per voluntatem suam vel per pacem. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod de manerio predicto cum pertinentiis eidem Stephano plenam seisinam habere faciat. Teste rege ut supra.

Pro canonicis de Legh'.—Rex per cartam suam concessit priori et canonicis Sancti Johannis Ewangeliste de Legh' et eorum successoribus inperpetuum duodecim marcatas redditus cum pertinentiis in hundredo et dimidio de Samford' et in hundredis de Claydon et de Bosemere, quas Adam Malvesin habuit de dono domini J. regis, patris sui, et quas Radulfus Gernun tanquam heres ipsius Ade habuit post mortem ipsius Ade de voluntate ipsius patris sui, et quas idem Radulfus domino regi resignavit et quietas clamavit, ad opus predictorum prioris et canonicorum, sicut plenius

* Sic in MS.

1234.
[m. 27.]

continetur in carta domini regis, quam eis inde fieri fecit. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod predictam cartam in pleno comitatu legi, et eisdem priori et canonicis plenam seisinam de predictis xij. marcatis redditus cum pertinentiis habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Wudestok,' xvj. die Marcii, anno regni nostri xviij.

Pro burgensibus de Merleberg'.—Rex perdonavit burgensibus suis de Merleberg' decem marcas de tallagio viginti et quinque marcarum, quas assessores tallagii in comitatu Wiltes' super eos assederunt. Et mandatum est eisdem assessoribus quod ita inrotulari et fieri faciant. Teste rege apud Westmonasterium, ut supra. Per eundem regem coram justiciario et R. filio Nicholai.

Eodem modo scribitur baronibus de Scaccario.

Pro hominibus de Awelton'.—Rex perdonavit probis hominibus suis de Awelton' quinque marcas de tallagio viginti et quinque marcarum assiso super eos. Et mandatum est assessoribus tallagii in comitatu Suhampt' quod ita inrotulari et fieri faciant. Teste rege ut supra. Per ipsum regem coram justiciario.

Pro Herberto filio Mathei.—Rex concessit Herberto filio Mathei manerium de Sudmothon' cum pertinentiis ad se sustentandum in servicio regis,* quamdiu regi placuerit, quod fuit Gileberti de Turbervill' qui est cum comite Marescallo. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod plenam ei inde saisinam habere faciat, nisi per speciale preceptum domini regis aliquis alius illud habuerit: et si quid inde captum fuerit, postquam inde ultimo dissaisitus fuit, id ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Rex perdonavit burgensibus de Merleberge de tallagio xxv. marcarum quas assessores tallagii in comitatu Wiltes' super eos assederunt, decem marcas. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de illis x. marcis ipsos quietos esse faciant. Teste ut supra. Per ipsum regem coram justiciario et Radulfo filio Nicholai.†

Pro quibusdam hominibus de Kingeston'.—Rex perdonavit hominibus de elemosinario Westmonasterii manentibus apud Kingeston' tallagium quod assisum fuit super eos. Et mandatum est assessoribus tallagii in comitatu Surr' quod de tallagio predicto ipsos quietos esse permittant. Teste rege ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro Joldewino de Doe.—Rex per cartam suam dedit Joldewino de Doe manerium de Osspring' cum pertinentiis habendum et tenendum sibi et heredibus suis, sicut plenius continetur in carta quam dominus rex ei inde fieri fecit. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod de manerio predicto eidem Joldewino plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Marcii, anno regni nostri etc. xviij.

---

* Omitted in MS.

† This entry is bracketed with the third preceding one.

1234.
[m. 27.]

Mandatum est Roberto Passelewe quod faciat habere Joldewino de Doe boves et carucas domini regis, qui sunt in predicto manerio de Osspring, ad terras ejusdem manerii, quod rex eidem Joldewino dedit, excolendas, de dono regis; et quod faciat eidem Joldewino habere semen ad seminandum id quod restat seminandum de terris predictis. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro Rogero de Clare.—Rex perdonavit Rogero de Clare decem solidos, de quibus tenebatur respondere coram justiciariis in proximo adventu suo in partes illas pro precio cujusdam equi sui, qui arestatus et appretiatus fuit occasione cujusdam hominis qui ex subito inpulsu ejusdem equi transeuntis pontem Salopesbir' cum quodam summagio feni, cecidit in aquam subtus pontem illum in qua submersus fuit. Et mandatum est ballivis Salopesbir' quod de illis x. solidis eidem Rogero pacem habere permittant. Teste rege ut supra.

Et mandatum est justiciariis itinerantibus quod de predictis x. solidis predictum Rogerum quietum esse faciant. Teste rege ut supra.

Pro Walensibus de comitatu Salopie.—Rex vicecomiti Salopie salutem. Bene nobis placet quod Walenses habeant et teneant terras illas de quibus seisiti fuerunt, recipiendo ex eis redditus et alios exitus inde provenientes die qua treuge fuerunt prolocute inter nos et ipsos. Terras autem illas quas incendio supposuerunt et de quibus nullam seisinam habuerunt nec exitus receperunt ante prolocutionem ipsius treuge, nolumus quod eas habeant vel teneant. Teste rege ut supra.

Pro Odone de Hodenet.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod de remanenti denariorum domini regis qui sunt in custodia sua, faciat habere Oddoni de Hodenet centum solidos, de dono domini regis. Teste rege ut supra. Per justiciarium.

Pro abbate de Flexl'.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod decetero non permittat quod aliquid capiatur in bosco abbatis de Flexl' ad estuverium hominum qui deputati sunt ad custodiam servientum qui sunt de familia R. Marescalli, et qui nuper fugerunt ad monasterium de Flexl': set de aliis boscis vicinis capi faciat rationabiliter ad predictorum hominum vigilias ibidem facientium estuverium, et quod dampnum quod predictus abbas sustinuit haiis suis combustis per homines predictos ei recompensari faciat; et quod sine dilatione restitui faciat predicte abbatie de Flexl' equos, arma et hernesium predictorum servientum, sicut alias fuit ei mandatum. Teste rege ut supra. Per P. de Rivall'.

Item. Mandatum est predicto constabulario de Sancto Briavello et vicecomiti Glouc' quod nullatenus permittant quod aliqui de hominibus deputatis ad custodiam servientum, qui se tenent in monasterio de Flexl' de familia R. Marescalli, decetero se teneant

1234.
[m 27.] infra portas ejusdem abbatie vel infra monasterium, set custodiam illam extra monasterium et extra portas predictas faciant, et sic eam fieri faciant. Teste rege ut supra.

De chevronibus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat Willelmo de Cantilupo seniori xxv. cheverones in Savernac et quatuor fusta ad pannas et trabes in foresta regis de Chipeham, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Marcii. Per R. filium Nicholai.[a]

Pro hominibus de Kamel.—Rex de viij. marcis quas tailliatores dominicorum regis in comitatu Sumerset' assederunt super manerium de Kamel, perdonavit hominibus ejusdem manerii tres marcas. Et mandatum est eisdem talliatoribus quod de ipsis tribus marcis eos quietos esse permittant. Teste rege apud Roffam, xxx. die Marcii. Per justiciarium.

Pro hominibus de Budon' et de Haverberg'.—Eodem modo scribitur tailliatoribus in comitatu Leic' de septem marcis, quas rex perdonavit hominibus de Budon' et de Haverberg' de tallagio xvij. marcarum et dimidie super eos assiso, non obstante eo quod rex dedit tallagium illud Willelmo de Cantilupo.

Pro priorissa de Lilleschirch'.—Quia constat regi quod homines tenentes de honore Bolonie quieti sunt et esse debent de sectis comitatus et hundredi, mandatum est vicecomiti Kancie quod non distringat priorissam de Lillechirch' vel homines suos de Lillechirch' et de Pinipe, qui sunt de honore Bolonie, ut dicitur, ad faciendum sectas ad comitatum et hundredum occasione predictarum, que sunt de honore Bolonie. Teste rege apud Roffam, xxxj. die Marcii. Per justiciarium coram rege.

Pro priore Sancte Fretheswithe Oxonie.—Rex perdonavit priori Sancte Fretheswithe Oxonie escapium Willelmi Salmonis, capti pro morte hominis et latrocinio. Et mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Oxonie quod predictum priorem de predicto escapio quietum esse faciant. Teste rege apud Faveresham, xxxj. die Marcii. Per ipsum regem coram justiciario.

Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod ei inde pacem habere permittat.

De feria de Lechelad'.—Rex concessit priori et fratribus de ponte de Lichelad' quod habeant inperpetuum apud pontem de Lichelad' unam feriam singulis annis, duraturam per quinque dies, videlicet, in vigilia et in die Decollationis Beati Johannis Baptiste et per tres dies sequentes, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod feriam illam per bailliam suam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste etc. apud Cantuariam, iij. die Aprilis.

[a] This entry is cancelled '*quia non habuit.*'

1234.
[m. 27.]

De quercubus datis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod habere faciat abbati Sancte Radegundis de Bradeshol' xv. quercus in bosco de Mereden' ad fabricam capelle infirmarie suo,* de dono regis. Teste rege apud Cantuariam, iiij. die Aprilis. Per R. filium Nicholai.

Pro priore Sancte Trinitatis Cantuarie.—Rex concessit priori et monachis Sancte Trinitatis Cantuarie quod porticus ille, quem levari fecerunt in strata publica coram domo sua de Sancto Dunstano, que aliquando fuit Johannis filii Roberti, pro monasterium* Sancti Georgii, sine occasione stet et remaneat, sicut modo levatus est. Et mandatum est ballivis Cantuarie quod porticum illum sic stare et remanere permittant. Teste rege apud Cantuariam, v. die Aprilis. Per justiciarium.

Et mandatum est justiciariis qui proximo itineraturi sunt apud Cantuariam, quod porticum illum sic stare et remanere faciant, predictos priorem et monachos in nullo inde occasionantes. Teste ut supra. Per eundem.

De tradendis in ballium.—Quia Alvredus filius Galfridi appellat Henricum Wooderove, Stephanum filium Ailmeri, Nicholaum filium Agmundi et Nicholaum filium Thome de morte Roberti filii Galfridi odio et athia et non etc., mandatum est vicecomiti Eboraci quod singulos ipsorum tradat in ballium xij. etc. Teste ut supra.

Pro Hugone de Kinardesl'.—Mandatum est Drogoni de Barentin quod totam terram Hugonis de Kinardesl' captam in manum regis eo quod fuit cum comite Marescallo, eidem H. ad servicium regis reverso reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Henrico de Berneval.—Rex perdonavit Henrico de Bernevall' xj. marcas et dimidiam, que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii occasione custodie terrarum et heredum Hugonis de Berneval in manu ipsius Henrici existentis, de prestito Hibernie facto predicto Hugoni tempore domini J. regis etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Henricum et predictos heredes de ipsis xj. marcis et dimidia quietos esse faciant. Teste rege apud Faveresham, v. die Aprilis.

Pro uxore Hugonis de Samford'.—Rex de fine xl. marcarum quem Johanna, que fuit uxor Hugonis de Sampford', fecit cum rege pro habenda licencia maritandi Agnetem filiam suam postgenitam cui vellet, perdonavit eidem Johanne xx. marcas ad instantiam Johannis de Plesset'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis xx. marcis ipsam Johannam quietam esse faciant. Teste ut supra.[1]

* Sic in MS.

[1] This entry is cancelled '*quia aliter in rotulo de Liberate.*'

1234.

[m. 27.] *De respectu loquele.*—Mandatum est baronibus de Scaccario quod loquelam que est coram eis per preceptum regis inter Henricum filium Nicholai et Johannem de Fleg' de exitibus unius quarterii anni de tempore quo fuerunt vicecomites Hereford', ponant in respectum usque in unum mensem a die Pasche, anno etc. Teste rege apud Faveresham, vj. die Aprilis, eodem anno. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro domino Cycestrensi episcopo.—Rex concessit per cartam suam domino Cycestrensi episcopo etc. quod ipse et successores sui episcopi Cycestrenses habeant inperpetuum unum mercatum apud manerium suum de Hadfeld' singulis septimanis per diem Jovis, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod mercatum illum clamari faciat et teneri faciat. Teste ut supra.

Pro episcopo Elyensi.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod non permittat quod Matildis comitissa Essex' vel ballivi sui de Waleden' vexent H. Elyensem episcopum vel homines suos contra libertates quas habent etc. quibus etc.; et si ipsa comitissa vel ballivi sui occasione thelonei vel alterius consuetudinis aliquid ab eis ceperint contra libertates predictas, id eis sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Roffam, vj. die Aprilis.

Pro comite Albemarl'.—Quia rex assideri fecit tallagium in dominicis suis per regnum suum, concessit rex W. comiti Albemarl' quod ad presens faciat assideri tallagium super manerium suum de Poclint'. Et mandatum est hominibus ejusdem manerii quod ad hoc ei sint intendentes et respondentes. Teste ut supra.

[m. 26.] *Pro Macy Besill'.*—Rex probis hominibus Mathie Bezilly de Gunneshull' salutem. Sciatis quod concessimus predicto Mathie, domino vestro, tallagium vestrum quod ad nos pertineret, si essetis in manu nostra occasione dominicorum nostrorum que ad presens facimus talliari. Et ideo vobis mandamus quod de tallagio predicto eidem domino vestro sitis intendentes et respondentes. Teste rege apud Roffam, vij. die Aprilis, anno regni nostri xviij. Per ipsum dominum regem.

Pro filiis Hamonis Judei Hereford'.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod occasione mortis Leonis filii Hamonis Judei Hereford' non occasionet Ursellum filium ejusdem Hamonis vel alios heredes ejusdem Hamonis quin sine inpedimento liberam habeant administrationem de omnibus debitis et bonis, que fuerunt ipsius Hamonis, ad tenendum finem quem pro eisdem debitis cum rege fecerunt: et si quid de bonis vel debitis predictis ceperit, id sine dilatione predictis heredibus reddi faciat. Teste rege apud Sutton', vij. die Aprilis. Per Radulfum filium Nicholai.

Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod si quid de predictis bonis vel debitis captum fuerit occasione mortis ipsius Leonis, id sine dilatione reddi faciant. Teste rege ut supra.

1234.
[m. 26.] *Pro hominibus de Meleburn'.*—Rex tallagium assisum super homines de Meleburn' perdonavit eis usque ad v. marcas. Et mandatum est assessoribus tallagii in comitatu Sumerset' quod per v. marcas ipsos de tallagio predicto quietos esse faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est P. de Rivall' quod faciat habere fratri Edwardo, custodi domus Hospitalis Sancti Johannis de Sutton', quinque quercus in foresta de Tunebrig' ad celandam capellam predicte domus, de dono regis. Teste rege apud Sutton', viij. die Aprilis. Per ipsum regem.

Pro episcopo Carleolensi.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod sine dilatione talem seisinam habere faciat venerabili patri W. Carleolensi episcopo de manerio de Hornecastro cum pertinentiis et libertatibus suis, qualem inde habuit die quo manerium illud in manum regis cepit per preceptum regis. Et si quid inde ceperit postquam illud cepit in manum regis, id ei sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Aprilis. Per ipsum regem coram justiciario.

Mandatum est Thome de Moleton' quod de heremitorio de Seburgham cum omnibus pertinentiis suis talem seisinam faciat habere W. Carleolensi episcopo, qualem inde habuit die quo inde disseisitus fuit per preceptum regis, cum omnibus catallis in eo inventis quando heremitorium illud captum fuit in manum regis. Teste ut supra.

Pro eodem.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod sine dilatione talem seisinam habere faciat W. Carleolensi episcopo de custodia terre que fuit Willelmi Thorel in Turrok', qualem inde habuit die quo inde disseisitus fuit per preceptum regis. Teste ut supra. Per regem.

Mandatum est vicecomiti Midd' quod habere faciat episcopo Carleolensi talem seisinam de manerio de Greneford' cum pertinentiis suis, qualem inde habuit die quo inde fuit disseisitus per preceptum regis, una cum omnibus catallis et instauris suis que habuit in eodem manerio die predicto. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Cumbrie quod de terra de Gililand' cum omnibus pertinentiis suis, quam W. Carleolensis episcopus habet ad firmam de Roberto de Vallibus, sine dilatione talem eidem episcopo seisinam habere faciat, qualem inde habuit die quo inde fuit disseisitus per preceptum regis. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Aprilis. Per ipsum regem coram justiciario.

Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat abbati Westmonasteriensi xx. quercus in foresta de Tunebrug' ad operationem quam fieri facit in ecclesia sua Westmonasterii, de dono nostro. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

1234.

Jun. 26.

Pro priore de Suwyk'.—Rex °in presencia magnatum suorum° concessit priori et canonicis de Suwik' per cartam suam quam eis inde fieri fecit, quod sint quieti inperpetuum de tallagiis quantum pertinet ad terram illam de Dene, quam rex eis concessit tenendi† ad feodi firmam de rege et heredibus suis, sicut plenius etc. Et mandatum est vicecomiti Suht' et sociis suis tailliatoribus in comitatu Suht', quod de taillagio assidendo vel capiendo ab eis ad opus regis pro predicta terra pacem eis habere permittant, et nullum tallagium ibidem assideri faciant. Et si quod tallagium ibidem assideri fecerint, illud revocent, et eos inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

Pro episcopo Karleolensi.—Rex de fine mille librarum, quem Walterus Carleolensis episcopus fecit cum rege pro habenda pace de omnibus querelis et occasionibus quas rex habuit erga eum occasione thesaurarie sue, et ut ipse episcopus et successores et heredes et executores sui et ecclesia Carleolensis essent omnino quieti de omni compoto thesaurarii de tempore quo fuit thesaurarius regis, et pro aliis articulis in eodem fine contentis, de quo quidem fine idem episcopus reddidit ad Scaccarium quingentas marcas, perdonavit eidem episcopo residuas mille marcas. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum episcopum de ipsis mille marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Aprilis. Per ipsum regem coram justiciario.

Idem episcopus habet inde literas regis patentes in testimonium predicte perdonationis.

Mandatum est vicecomiti Oxonie quod talem seisinam habere faciat W. Carleolensi episcopo de custodia terre in Pockel' cum pertinentiis, cum catallis in eis inventis, qualem inde habuit die quo disseisitus fuit per preceptum nostrum. Teste ut supra. Per regem.

Eodem modo scribitur vicecomiti Buk' pro eodem de custodia terre in Hucham et Heddesor'. Et vicecomiti Norht' de custodia terre in Craulton'.

Pro sororibus de Boeland'.—Mandatum est P. de Rivall' quod habere faciat sororibus de Boeland' xxx. quercus in bosco regis qui vocatur parcus de Neweton,' ad domos suas que combuste fuerunt reedificandas, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro Thoma filio Elye capto.—Mandatum est constabulario de Haya quod Thomam filium Elye clericum, qui captus est et detentus in prisona apud Hayam pro morte hominis, sine dilatione liberet H. Herefordensi episcopo ad habendum eum coram justiciariis ad primam assisam etc. ad standum inde recto, si quis etc. Teste ut supra. Per justiciarium.

° These words are crossed out. † Sic in MS.

1234.
[m. 26.]

Pro priore et canonicis de Seleburn'.—Rex dedit et per cartam suam concessit priori et canonicis de Seleburn' quasdam libertates et quietancias, sicut plenius continetur in carta regis quam ei inde fieri fecit. Et mandatum est vicecomiti Suhampt' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi et predictas libertates et quietancias teneri faciat. Teste ut supra.

De ecclesia de Otterham recuperata per assisam.—In curia regis coram Warino filio Joel', Henrico de Bodringham, Hugone de Bodrigan et Thoma de Pridias, quos rex justiciarios suos ad hoc constituit, apud Bomine recuperavit* presentationem suam ad ecclesiam de Otterham versus Thomam Coffin per assisam ultime presentationis inter eos ibidem inde captam. Et mandatum est episcopo Exoniensi quod ad presentationem ipsius Walteri ad predictam ecclesiam idoneam personam admittat. Teste ut supra.

Pro magistro Johanne Romano.—Mandatum est P. de Rivall' etc. quod habere faciat magistro J. Romano, canonico Eboracensi, xl. quercus in foresta de Cnaresburg' et de Ockeden' ad quoddam berefredum faciendum ad magnas campanas ecclesie Eboracensis pendendas. Teste ut supra.

Pro comitissa Sarrisburie et Nicholao Malesmains.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod sine dilatione faciat habere Ele comitisse Sarisburie et Nicholao Malesmains rationabiles partes suas que eos contingunt de manerio de Culing', quod fuit Alienore quondam comitisse Sarisburie, matris predicte comitisse et avie predicti Nicholai, salvo Henrico de Trublevill' toto residuo ipsius manerii quod remanebit ultra rationabiles partes ipsorum comitisse et Nicholai, et ultra partem Jacobi de Bavelingeham et uxoris ejus. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Aprilis. Per justiciarium.

Pro Michaele de Benetfeld'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod si Michael de Benetfeld', captus et detentus in prisona regis apud Storteford' pro morte Galfridi Galyun, unde rettatus est odio et athia etc. invenerit ei xij. etc., tunc tradat eum in ballio etc. Teste ut supra.

De liberata in garderobam.—Ricardus et Hugo de Horblauer reddiderunt regi in garderobam apud Westmonasterium unam marcam per manum J. Bathoniensis episcopi die Mercurii proxima ante Dominicam in Ramis Palmarum anno xviij., per quam ipsi finem fecerunt cum rege pro habendo quodam pone. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos Ricardum et Hugonem de predicta marca quietos esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Aprilis.

* The name of the person bringing the suit is omitted. The word "rex" originally commenced the entry, but has been struck out.

1234.
[m. 26.]

Pro magistro et fratribus Templi. Rex concessit fratribus milicie Templi quod habeant in singulis civitatibus et burgis terre Hibernie unum hospitem liberum, sicut habent in civitatibus et burgis Anglie. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod in singulis civitatibus et burgis Hibernie unum hospitem liberum eis assignet. Teste ut supra.

Pro preceptore Templi in Hybernia.—Mandatum est ballivis Bristolli quod habere faciant fratri Radulfo de Senekeworth', preceptori milicie Templi in Hibernia, et magistro Thome de Cravill', unam navem ad denarios suos ad transfretandum in Hiberniam. Teste ut supra.

Pro Christiana que fuit uxor Henrici de Braybroc'.—Rex cepit homagium Christiane que fuit uxor Henrici de Braybroc', de omnibus terris quas ipse Henricus de rege tenuit in capite de hereditate predicte Christiane, et que capte fuerunt in manum regis occasione mortis ipsius Henrici. Et mandatum est vicecomiti Norht' quod de omnibus terris predictis de quibus prefatus Henricus fuit seisitus die quo obiit, predicte Christiane plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomitibus Linc' et Hertford' quod de omnibus terris quas H. de Braybr' tenuit in balliva sua de hereditate Christiane uxoris sue, et de quibus ipsa Christiana disseisita est occasione mortis predicti Henrici, de quibuscunque predicte terre teneantur, ipsi Christiane plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro episcopo Carleolensi.—Mandatum est P. de Rivall' quod in foresta de Shirewod' faciat habere W. Carleolensi episcopo vij. damos, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro Waltero de Kirkeh' et archiepiscopo Dublinensi.—Eodem modo scribitur eidem pro W. de Kirkeham de v. cervis in foresta de Gauteris. Per R. filium Nicholai.

Et eidem P. pro archiepiscopo Dublinensi de iiij. damis in foresta Essex' et iij. damis in parco de Hadfeld'. Per eundem Radulfum.

Pro Alina que fuit uxor Johannis de Cauz.—Rex ad instanciam W. Eboracensis archiepiscopi concessit quod loco regis recipiat in presentia vicecomitis Norhumbrie fidelitatem Aline que fuit uxor Johannis de Cauz, quam regi facere tenetur de terris quas de rege tenere debet in capite; et quod capiat ab ea securitatem quod nemini se maritabit sine licentia regis. Et mandatum est Dunholmensi episcopo quod in presentia dicti vicecomitis loco regis fidelitatem ipsius et securitatem predictam capiat, sicut predictum est. Teste ut supra.

1234.
[m. 26.]

Et mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod ex quo dictus episcopus in presentia sua predictas fidelitatem et securitatem ceperit, eidem Aline plenam seisinam habere faciat de omnibus terris quas de rege tenere debet in capite, et ipsam hereditarie contingunt in balliva sua. Teste ut supra.

Eidem Aline mandatum est quod predictas fidelitatem et securitatem faciat.

Pro Johanne de Monem' de custodia terre et heredis Ricardi Talebot.—Rex concessit Johanni de Munem' custodiam terre et heredis Ricardi Talebot usque ad etatem predicti heredis, cum maritagio ipsius. Et mandatum est vicecomiti Heref' quod de predicta custodia eidem Johanni plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro Eymerico de Cancellis de escapio latronum.—Rex perdonavit Emericis* de Cancellis escapium quod Stephanus Toky, Walterus de Hamfeld', Willelmus de Pevenesel', Matildis de Stocton', Willelmus le Batur fecerunt de prisona Cycestr', qui inde evaserunt tempore quo idem Emericus fuit vicecomes Sussex'. Et mandatum est justiciariis etc. itineraturis in comitatu Sussex' quod ipsum Emericum de escapio predicto quietum esse faciant. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro magistro Thoma de Cravill'.—Rex concessit magistro Thome de Cravill' ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit, x. libras annuas percipiendas ad Scaccarium Dublin'. Et mandatum est justiciario et thesaurario Hibernie quod predictas x. libras habere faciant ei, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantil' seniore.—Dominus rex dedit Willelmo de Cantilupo seniori terram cum pertinentiis quam Fulco de Cantilupo avunculus ejus tenuit de baillio J. regis in Caleston', sicut plenius continetur in carta quam inde habet. Et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod plenam saisinam ei inde habere faciat, ut predictum est. Teste ut supra.

De plumbis faciendis in coquina regis apud Westmonasterium.—Mandatum est Roberto Passelewe quod fieri faciat in coquina domini regis apud Westmonasterium duos plumbos, unum qui contineat xij. tinatas aque, et alterum continentem xviij. Teste ut supra.

Pro sororibus de Bocland'.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod habere faciant sororibus de Bocland', videlicet, cuilibet illarum, tunicam et unum par sotularium in denariis. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Aprilis. Per P. de Rivall' et R. filium Nicholai.†

* Sic in MS.

† This entry is cancelled, "*quia inde factum est liberate de posteriori data.*"

1234. [m. 26.] *Pro Willelmo de Ferrariis.*—Rex concessit Willelmo de Ferrariis quod saltatorium quod habet de concessione regis in parco de Pirye, amovere possit et alibi ubi in dicto parco sibi magis viderit expedire, illud fieri faciat. Et mandatum est B. de Insula quod predictum Willelmum id facere permittat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Margareta que fuit uxor Willelmi le Bygod.—Rex cepit homagium Margarete que fuit uxor Willelmi le Bigod, de terris que ipsam hereditarie contingunt et quas de rege tenere debet in capite. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod eidem Margarete de terris predictis cum pertinentiis in balliva sua, et catallis suis in eisdem terris inventis, plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex'.

De tradendo in baillium Gervasio de Unsiston'.—Gervasius de Unsiston', captus et detentus in prisona regis apud Wintoniam pro morte Henrici de Hengham, unde Eudo Bolle eum appellat odio et athia etc., ut constat per inquisitionem, habet literas directas vicecomiti Suht' quod tradat ipsum in ballium xij. etc.

Pro Jordano de Marisco.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod talem seisinam faciat habere Jordano de Marisco de terris suis in Hunespil et alibi in balliva sua, qualem inde habuit die quo de terris illis disseisitus fuit per preceptum regis, eo quod dicebatur ipsum fuisse cum comite R. Marescallo. Teste ut supra.

De vinis regis vendendis apud Linc' et duobus doliis datis Roberto Lupo.—Mandatum est ballivis Linc' quod de veteribus vinis regis que sunt in custodia sua apud Linc'. faciant habere Roberto Lupo duo dolia vini de dono regis, et de vinis residuis si salvo servari non possint, commodum regis inde faciant etc. ut in finibus. Teste rege apud Windes', xiiij. die Aprilis. Per G. de Craucumbe.

Pro hominibus de Fekeham.—Cum homines de Fecham aumentassent firmam suam erga regem quatinus villam suam habere possent in manu sua, audivit rex quod B. de Insula ab eis exigit illud augmentum tamquam villam suam haberent in manu sua. Quia vero rex non vult eis injuriari in hac parte, mandatum est eidem B. quod quamdiu villam illam habuerit in manu sua, contentus sit firma predicta quam prius dare consueverunt antequam eam aumentassent, sicut predictum est. Teste ut supra.

De prisonibus tradendis in baillio.—Mandatum est H. de Nevill' quod si* singuli subscripti, Ricardus Stak', Ricardus filius Stephani, et Walkelinus de Lake invenerint ei xij. legales homines qui eos manucapiant habere coram justiciariis itineraturis ad placita foreste ad standum recto de transgressione facta in foresta de Cnalis, propter quam capti sunt et detenti in prisona regis, tunc ipsos tradat in ballio et a prisona deliberet, sicut predictum est. Teste ut supra.

* Omitted in MS.

1234.
[m. 26.]

Pro Waltero Langbord'.—Quia Walterus Langbord', cui rex dederat duos saccos lane qui capti fuerunt de inprisiis comitis R. Marescalli, in recompensationem dampnorum que idem Walterus sustinuit occasione servicii regis, eosdem saccos non habuit eo quod venditi fuerunt antequam rex eos ei dedisset, ut dicitur; mandatum est ballivis Bristolli quod in recompensationem dampnorum suorum de dono regis faciant eidem Waltero habere alios duos saccos lane, quos predictus Walterus eis intimabit in villa sua esse reconditos: et sunt quorundam hominum de terra predicti comitis qui sunt contra regem, ut dicit. Teste ut supra.

De taillagio assesso super homines de Mere.—Mandatum est tailliatoribus dominicorum regis in comitatu Wilt' quod c. solidos quos assederunt super homines manerii de Mer', quod Lucas de Drumar' tenet de ballio regis, eidem Luce faciant habere, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Beaumes.—Quia constat per inquisitionem quod non erit ad nocumentum foreste si Robertus de Beaumes duas acras terre et dimidiam in placia illa, que vocatur Ailwinesholt, prope boscum suum de Albrictesl', fecerit essartari, mandatum est Hugoni de Nevill' quod predictas ij. acras et dimidiam ipsum Robertum libere et sine inpedimento permittat essartare. Teste rege apud Rading'. xvj. die Aprilis.

Pro Philippo de Albiniaco.—Rex concessit Philippo de Albiniaco id quod ad regem pertinet de anno et die de terra que fuit Rogeri de Stubel' in Perton', qui decapitatus fuit pro malo retto. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod de predicta terra predicto Philippo plenam seisinam habere faciat. sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro filiabus et heredibus Willelmi de Scoteiny.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod, vocatis coram se Waltero de Faucunberg' et Frethesant' uxore ejus, Philippo de Faucunberg' et Cecilia uxore ejus, et Elena sorore ipsarum Frethes' et Cecilie, filiabus et heredibus Willelmi de Scotinny, partiri faciat feoda militum que tenebantur de predicto Willelmo in balliva sua, et cuilibet predictarum Freth', Cecilie et Elene suam partem rationabilem de predictis feodis assignare, salva tamen Matildi que fuit uxor ipsius Willelmi, rationabili dote sua que eam contingit de predictis feodis. Teste rege apud Windles', xvij. die Aprilis.

De perdonatione facta hominibus de Andevr'.—Rex de tallagio xl. marcarum assiso super homines de Andevr', perdonavit eis decem marcas. Et mandatum est talliatoribus dominicorum regis in comitatu Suht' quod de predictis x. marcis ipsos quietos esse faciant. Teste rege apud Keninton', xviij. die Aprilis.

1234.

[m. 26.] *De perdonatione facta Waltero de Norbeton'.*—Rex perdonavit Waltero de Norbeton', cruce signato, unam marcam quam talliatores dominicorum domini regis in comitatu Surr' super eum assederunt. Et mandatum est predictis talliatoribus quod de predicta marca ipsum Walterum quietum esse faciant. Teste rege ut supra. Per Godefridum de Craucumb'.

De prisonibus liberandis vicecomiti Norhant'.—Mandatum est vicecomiti Roteland' quod Robertum filium Jordani, Herbertum de Stranda, Thomam le Teler et Ricardum de Wytewell, captos pro morte prioris de Weston' et cujusdam monachi sui, quos habet in custodia sua, liberet vicecomiti Norhampton', cui rex precepit quod illos ab eo recipiat et in prisona domini regis Norhampt' salvo custodiri faciat, donec aliud inde habuerit mandatum. Teste rege apud Keninton', xix. die Aprilis.

De perdonatione latrocinii facta Gaufrido filio Felicie.—Rex perdonavit pro Deo et pro salute anime sue Galfrido filio Felicie latrocinium quod fecit de quodam porco domini regis in parco domini regis de Havering', ut dicitur, propter quod idem Galfridus captus est et detentus in prisona domini regis Hertford'. Et mandatum est vicecomiti Hertford' quod ipsum Galfridum a prisona deliberet et quo voluerit quiete abire permittat. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Aprilis. Per ipsum regem.

Et mandatum est Ricardo de Munfichet quod perdonavit etc., et quod dedit in mandatis vicecomiti Hertford', sicut predictum est. Et mandavit eidem Ricardo quod nisi predictus vicecomes ipsum Galfridum deliberare voluerit, ipse eum deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Plesset'.—Rex concessit Johanni de Plesset' omnes exitus terrarum que fuerunt Hugonis de Saunford', a tempore quo predicte terre capte fuerunt in manum regis, usque ad tempus illud quo eidem Johanni seisinam concessit de terris predictis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis exitibus, quos exigunt per summonitionem Scaccarii, ipsum Johannem quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Aprilis. Per Godefridum de Craucumb'.

Et mandatum est sub forma predicta vicecomiti Berk' quod de exitibus predictis ipsum Johannem quietum esse permittat. Teste rege ut supra.

De ampullis argenteis faciendis et dandis abbati et conventui Westmonasterii.—Mandatum est Roberto Passelewe quod fieri faciat tres ampullas de argento competentes ad crisma, oleum sanctum et oleum infirmorum in die Cene conficienda, quarum due sint albe ad oleum sanctum et oleum infirmorum, et tercia deaurata ad crisma conficiendum, et eas habere faciat abbati et conventui Westmonasterii, de dono regis. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

1234.

[m. 26.] *Pro comite Cornubie de maeremio.* Mandatum est constabulario Windles' quod faciat habere Ricardo comiti Cornubie et Pictavie triginta quercus in foresta de Windles' ad maeremium domorum suarum Westmonasterii, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij. die Aprilis. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Anketillo Malore.—Mandatum est Briano de Insula quod faciat habere Aungeltillo Malore sex quercus in foresta de Gautris tali loco a quo commodius duci possint usque ad domos predicti Angeltilli de Tyverinton' ad postes et pannas faciendas, de dono regis. Teste rege ut supra. Per ipsum regem coram filio Nicholai.

Pro Dublinensi archiepiscopo.—Mandatum est Roberto Passelewe quod faciat habere L. Dublinensi archiepiscopo quinque damas in parco de Berdefeud', de dono regis. Teste rege ut supra. Per W. de Kirkeham.

Pro fratre Roberto de Dive.—Mandatum est Hugoni de Nevill'* quod faciat habere fratri Roberto de Dyva quadraginta cheverones in foresta de Shyrewud', † et decem fusta in foresta de Rokingham† ad se hospitandum apud Haderinton' et Winckeburn', de dono regis. Teste rege ut supra. Per ipsum dominum regem.

[m. 25.] *Pro Ricardo filio Hugonis de canibus currentibus.*—Rex Ricardo de Muntfichet, forestario suo Essex', salutem. Sciatis quod licenciam dedimus et concessimus dilecto et fideli nostro Ricardo filio Hugonis quod ipse tota vita sua per forestam nostram comitatus Essex' libere et sine inpedimento habeat canes suos currentes ad leporem, vulpem et catum, et eos capi faciat infra forestam predictam; ita quod occasione foreste nostre de canibus suis, quos in ea ad hoc habuerit, a forestariis nostris vel eorum ministris in nullo gravetur, occasionetur vel inpediatur, sicut plenius continetur in carta nostra quam eidem Ricardo filio Hugonis inde fieri fecimus. Et ideo vobis mandamus quod cartam ipsam legi et teneri faciatis, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxiiij. die Aprilis.

Pro priore de Bermundes'.—Mandatum est Petro de Rivall' quod habere faciat priori de Bermundes' decem quercus in foresta Essex' de dono regis ad operationem capelle Sancte Crucis, quam construi facit apud Bermundes'. Teste rege ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Mandatum est eidem Petro quod habere faciat abbati de Westmonasterio viginti quercus in foresta de Tunnebrig' ad novam operationem capelle Sancte Marie de Westmonasterio, de dono regis. Teste rege ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

* Substituted for '*Briano de Insula.*'

† These words cancelled, '*quia postea facte sunt litere Johanni de Nevill' de posteriori data.*'

1234.
[m. 25.]

De respectu finis Thome de Muleton'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod de quadraginta libris de quibus Thomas de Muleton' nobis debuit reddidisse viginti libras ad Scaccarium Pasche anno regni nostri xviij., et viginti libras ad festum Sancti Michaelis anno eodem de fine majoris debiti quod nobis debet, dedimus ei respectum usque ad festum Sancti Johannis Baptiste, anno regni nostri octavo decimo. Concessimus etiam eidem Thome quod non obstante eo quod non observavit terminos suos de quadraginta et novem marcis de pluribus debitis, unde finem fecit nobiscum per sex marcas nobis per annum reddendas, reddat nobis illas xlix. marcas ad eos terminos quos prius inde habuit. Et ideo vobis mandamus quod de predictis xl. libris nobis reddendis respectum predictum ei habere faciatis, et permittatis dictum Thomam predictas xlix. marcas nobis reddere ad terminos suos inde assignatos, non obstante eo quod terminos suos inde non servavit, sicut predictum est. Teste rege ut supra. Per justiciarium.

De terra concessa magistro Simoni coco.—H. rex etc. vicecomiti Lanc' salutem. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro magistro Simoni, coco nostro, ad se sustentandum in servicio nostro quamdiu nobis placuerit, terram illam cum pertinentiis que fuit Theobaldi Walteri in Brocton', salvo jure cujuslibet. Et ideo tibi precipimus quod eidem magistro Simoni de predicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenam seisinam habere facias, sicut predictum est. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

De Willelmo de Berchamsted' tradendo in baillium.—Mandatum est vicecomiti Middelsex', quod si Willelmus de Berchamsted', captus et detentus in prisona abbatis Westmonasterii, occasione libertatis ipsius abbatis, pro morte Eustachii de Blechingelegh' unde rettatus est, invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo qui manucapiant eum habere coram justiciariis ad primam assisam cum in partes illas venerint, ad standum inde recto si quis inde versus eum loqui voluerit, tunc ipsum Willelmum tradat in ballium illis xij. usque ad adventum predictorum justiciariorum. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Anselmus de Sancto Germano, consanguineus et heres Radulfi de Sancto Germano, finem fecit cum domino rege per xl. solidos.[a]

De warenna concessa Godefrido de Craucumb'.—Mandatum est justiciariis qui proximo itineraturi sunt in comitatu Cantebr' ad placita warenne tenenda, quod cartam domini regis quam fieri fecit Godefrido de Craucumb' de warenna habenda in dominicis suis manerii sui de Middelton', coram eis legi et warennam illam firmiter teneri faciant secundum tenorem predicte carte. Teste rege apud Kenyton,' xxv. die Aprilis.

[a] This entry is cancelled.

1234.
[m. 25.]

De quercubus datis magistro Nicholao de Fernham.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat magistro Nicholao de Fernham x. quercus in foresta de Paunceha1', de dono domini regis ad reparationem domorum suarum de Cherleton'. Teste ut supra. Per Walterum de Kirkeham.

De tallagio de Lenn' concesso Norwicensi episcopo.—Quia dominus rex assideri facit tallagium super dominica sua per regnum suum Anglie, concessit Norwicensi episcopo quod tallagium assideat super homines de Lenn'. Et mandatum est eisdem hominibus quod eidem episcopo de predicto tallagio sint intendentes et respondentes. Teste rege ut supra.

Geres'. De redditu concesso leprosis.—Rex concessit leprosis Sancti Nichilai de Grauntport' in insula de Geresye ad sustentationem suam xl. solidos, et ad luminare ecclesie sue ibidem xx. solidos Turonenses, percipiendos singulis annis per manum baillivi de Geres' qui pro tempore fuerit, de exitibus molendini de Ruaval ad tres anni terminos, videlicet, ad Pascha, xx. solidos, et ad festum apostolorum Petri et Pauli xx. solidos, et ad festum Sancti Michaelis xx. solidos, quos quidem lx. solidos prius consueverunt percipere de exitibus ejusdem molendini de concessione domini J. regis, patris domini regis, ad voluntatem suam, et postea de concessione domini regis ad voluntatem suam, sicut plenius in carta eis inde confecta continetur. Et mandatum est baillivo de Geres' quod de predictis lx. solidis predictis leprosis plenam saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Huberto Huese.—Rex concessit Huberto Husato id quod ad eum pertinet per unum annum et unum diem de terra Rogeri de Arches in Litleton', qui fugit pro morte Roberti de Arches. Et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod eidem Huberto de terra predicta plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Kenint', xxvij. die Aprilis.

Pro abbate et monachis de Byncdon'.—Rex concessit et confirmavit per cartam suam in purum et perpetuam elemosinam ecclesie Sancte Marie de Binedon' et monachis ibidem Deo servientibus, quasdam libertates et quietantias quas eis concessit dominus J. rex, pater domini regis, et quasdam libertates et quietantias dominus[a] dominus rex abbati et monachis predictis de novo concessit de dono suo, sicut plenius continetur in carta quam predictis abbati et monachis inde fieri fecit. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi et predictas libertates et quietantias eis teneri faciat. Teste et datum ut supra.

Pro Johanne de Nevill'.—Mandatum est Rogero Wascelin quod faciat habere Johanni de Nevill', vadletto domini regis, duas quercus in foresta de Pauncet, de dono domini regis in auxilium cujusdam camere faciende apud Hareham'. Teste ut supra. Per G. de Craucumb'.

[a] Apparently an error for 'quas.'

1234.

[m. 25.] *De quieta clamancia facta hominibus de Feltham.*—Rex perdonavit hominibus suis de Feltham et eos omnino quietos clamavit de tribus solidatis redditus, quas custodes manerii domini regis de Keninton' ab eis exigit* pro pastura quadam in communi bruera de Feltham, quam habuerunt de ballio Huberti de Burgo, dum maneria de Feltham et de Keninton' fuerunt in manu sua, et quam postea recuperaverunt versus homines domini regis de Keninton' ut jus suum, et quem redditum dicti homines de Keneton' reddere consueverunt, quamdiu pasturam illam habuerunt in manu sua per finem quem cum baillivo predicti Huberti ejusdem manerii de Keneton' fecerunt. Et mandatum est custodi manerii predicti de Keninton' quod de predictis tribus solidatis redditus ipsis hominibus domini regis de Feltham pacem habere permittat. Teste rege ut supra.

De Johanne de Hamme probatore liberando vicecomiti Essex' ad cariandum Lond'.—Mandatum est ballivo W. de Kirkeham, decani Sancti Martini London', quod Johannem de Hamme, probatorem domini regis, captum apud Neuport, qui est in custodia sua, liberet vicecomiti Essex' cariandum usque Lond'. Teste rege apud Keninton', xxvij. die Aprilis.

Mandatum est vicecomiti Essex' quod predictum Johannem recipiat et illuc cariet. Teste ut supra.

Et mandatum est custodi gaiole quod ipsum recipiat. Teste rege ut supra.

De thesaurario et camerario Hybernie.—Mandatum est E. de Leveland', cancellario Cycestrensi, thesaurario, et B. filio Ambrosii, camerario Scaccarii domini regis Dublinie, quod in nullis que ad officia sua pertinent, decetero sint intendentes Petro de Rivall' nec ad mandatum ejus aliquid faciant, set in omnibus domino regi intendant et respondeant in capite per consilium M. filii Geroldi, justiciarii Hibernie, cui rex vult quod adquiescant ad commodum et honorem ipsius regis. Teste rege apud Keneton', xxviij. die Aprilis. Per ipsum regem.

De justiciario Hybernie.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod in nullis que ad justiciariam terre domini regis Hibernie pertinent, intendat Petro de Rivall' nec ad ipsius mandatum aliquid faciat; et significat ei quod dat in mandatis thesaurario et camerario sui* Dublinie quod de officiis suis immediate domino regi intendant et respondeant, et consilio ipsius justiciarii in omnibus agendis domini regis que officia sua tangunt, adquiescant. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

De respectu concesso Johanni de Plesset' et Drogoni de Barentin'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam quam faciant Johanni de Plesset' et Drogoni de Barentin per summonitionem Scaccarii occasione manerii de Chaugrave, quod est in manu sua pro debito Hugonis de Malo Alneto, ponant in respectum usque ad festum Sancti Michaelis, anno regni regis xviij. Teste rege ut supra. Per W. de Kyrkeham.

* Sic in MS.

1234.
[m. 25.]

Pro Godefrido de Craucumb' de bosco de Corslegh' claudendo.—H. rex Anglie etc. Briano de Insula salutem. Sciatis quod cessimus per cartam nostram, quam fieri fecimus dilecto et fideli nostro Godefrido de Craucumb', quod boscum suum de Corsleg', continentem quinque acras bosci per numerum acrarum, et decem acras more et alneti et triginta acras bruere sue adjacentes eidem bosco, qui quidem sunt in foresta nostra de Selewude et sunt extra regardum, libere et sine impedimento claudere possit fossato et haya et inde parcum facere, ita quod parcus ille remaneat eidem Godefrido et heredibus suis inperpetuum quietus de vasto et regardo et de visu forestariorum et viridariorum, et de omnibus que ad forestam vel ad forestarios vel viridarios vel eorum ministros pertinent. Concessimus etiam eidem Godefrido quod ipse et heredes sui habeant unum saltatorium in eodem parco versus coopertum foreste nostre, sicut plenius in eadem carta continetur. Et ideo vobis mandamus quod hoc ita fieri permittatis, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Pro magistro Thoma de Cravill'.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod dominus rex retinuit magistrum Thomam de Cravill' in servicio suo. Et mandatum est eidem justiciario quod accepto ab eodem Thoma sacramento quod fideliter eidem justiciario serviet et secreta sua non revelabit, ipsum ad consilia sua super agendis domini regis partium illarum admittat et eadem ei communicet. Teste rege ut supra.

De quadam imagine domino regi mittenda.—Mandatum est Roberto Passelewe quod visis litteris imaginem illam quam dominus rex fieri precepit transmittendam usque Bromholm', per tales qui eam salvo ducant, ad dominum regem mittat usque Rading'. Teste rege apud Windes', xxix. die Aprilis.

De perdonatione facta hominibus de Kingeston'.—H. rex etc. talliatoribus dominicorum suorum in comitatu Surr' salutem. Sciatis quod de decem et octo libris quas assedistis super homines ville nostre de Kingeston', perdonavimus eis usque ad viginti marcas. Et ideo vobis mandamus quod per predictas viginti marcas ipsos quietos esse permittatis. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

De fagis ad cayum regis apud Westmonasterium faciendum.—Mandatum est constabulario Windesor' quod faciat habere magistro Alexandro, carpentario domini regis, et sociis suis quater viginti fagos in foresta Windesor', videlicet, in bosco de Alewude, quales ipsi voluerint eligere ad cayum domini regis Westmonasterii faciendum. Teste rege ut supra. Per ipsum regem coram justiciario.

Pro Roberto de Rauncun. Mandatum est Roberto Passelewe quod faciat habere Roberto de Rauncun unum palefridum et sellam cum lorengis, et calcaria deaurata, et unum capam ad aquam, et capellum de feutro, de dono domini regis. Teste rege apud Rading', xxix. die Aprilis. Per Godefridum de Craucumb'.[a]

[a] This entry is cancelled, "*quia liberate inde factum fuit.*"

1234.
[m. 25.]

De blado carcando pro Fulbrigt' Teutonico.—Dominus rex concessit Fulbrith' Teutonico de London' quod in balliva vicecomitis Eboraci carcari faciat quandam navem blado quod ibidem emi faciat, ducendo usque Lond'. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod dictam navem blado carcare ducendo usque London' permittat, sicut predictum est, accepta securitate a dicto Fulbrith' quod alibi quam usque Lond' cum dicto blado non divertet. Teste rege apud Rading', xxx. die Aprilis. Per justiciarium.

Rex dilectis et fidelibus suis H. de Kinardisleg' et Hugoni de Milevill' salutem. Sciatis quod exposuimus dilecto et fideli nostro Drogoni de Barentin placitum nostrum de castro de Ewyas, quod exstitit in custodia vestra et sua liberando cui ei injunximus. Et ideo vobis mandamus quod id quod dixerit vobis ex parte nostra de liberatione dicti castri, faciatis. Teste ut supra.*

De vinis retinendis ad opus regis.—Mandatum est camerario domini regis Lond' quod per visum Johannis de Colemer', clerici domini regis, de primis vinis que ventura sunt Lond', retinere faciat ad opus domini regis quadraginta dolea vini, et rex postea ea aquietari faciet. Teste rege ut supra.

Mandatum est ballivis domini regis Suhampton' quod de primis vinis que ventura sunt apud Suhampton.' retineant ad opus domini regis viginti dolea vini Wasconie et quinque dolia vini Andegavie, et dominus rex postea ea aquietari faciet. Teste rege ut supra.†

De vinis recipiendis et in celario reponendis.—Mandatum est ballivis domini regis Wygornie quod decem dolia vini domini regis, que ballivi domini regis Bristolli ad eos mittent per preceptum domini regis, cum ad eos venerint, recipiant et ea in aliquo celario penes eos salvo reponi faciant. Teste rege ut supra.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod viginti dolia vini que ballivi domini regis Bristolli ei liberabunt per preceptum domini regis, cum ad eum venerint, ab eis recipiat et ea salvo hospitari faciat in castro Glouc'. Teste rege ut supra.

Pro fratribus minoribus Sarrisburie.—Mandatum est Rogero Wascelin' quod habere faciat fratribus minoribus Sarrisburie maeremium in foresta de Clarendon' ad stalla predictorum fratrum facienda, de dono domini regis, nisi prius illud habuerint per aliud mandatum domini regis. Teste rege apud Rading', primo die Maii. Per ipsum regem.

Pro Roberto Passelewe de maeremio.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Roberto Passelewe decem quercus in bosco de Pokesle, et decem quercus in foresta de Bernewude ad reparationem domorum suarum que combuste fuerunt apud Swaneburn', de dono domini regis. Teste rege ut supra. Per Godefridum de Craucumb'.

* This entry is cancelled, "*quia in patentibus.*"

† This entry is cancelled "*quia aliter in rotulo liberatorum.*"

1234.
[m. 25.]

De apellis ponendis in respectum.—Mandatum est justiciariis de Banco quod appella que Willelmus de la Fenne, Fulco le Carpenter et alii homines Willelmi Lungespe de Sutton' faciunt coram eis versus predictum Willelmum Lungesp', Johannem filium Fulecheri et Willelmum de Prestwode de inprisonatione predictorum Willelmi de la Fenne, Fulconis et aliorum hominum ipsius Willelmi Lungesp', et de roberia et pace domini regis fracta, et appella que homines H. Elyensis episcopi de Tyd faciunt coram eis versus homines predicti Willelmi Lungesp' de eadem villa de pace domini regis fracta, ponant in respectum usque in octabas Sancti Michaelis anno etc. xviij. Teste rege apud Rading', ut supra.

Pro Philippo converso.—Mandatum est magistro Waltero, custodi conversorum London', et Stephano de Straund' et Joceo le Alderman quod Philippum conversum, qui in presentia domini regis se convertit et baptizari fecit apud Rading' in die apostolorum Philippi et Jacobi, in collegio predictorum conversorum admittant, et tam in robis quam in victualibus et aliis necessariis decetero exhibeant. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

De respectu loquele.—Quia Walterus de Lascy est in servicio regis in Hybernia per preceptum regis, preceptum est vicecomiti Heref' quod loquelam que est in comitatu suo per breve regis inter Walterum de Baskervill' querentem et ipsum Walterum deforciantem de filiabus Stephani de Ebrocis, ponat in respectum usque in xv. dies a die Sancti Michaelis, anno regni etc. Teste rege apud Rading', ij. die Maii.

Pro fratribus minoribus de Rading'.—Rex concessit fratribus minoribus de Rading' quod sine inpedimento et occasione chiminagii extrahere possint usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. maeremium quod eis dabitur in foresta Windles' ad edificia sua apud Rading' facienda. Et mandatum est constabulario Windles' quod id sine inpedimento fieri permittat. Teste ut supra.

Pro priore et canonicis Sancte Margarete extra Merlebergе.—Rex justiciariis suis proximo itineraturis in comitatu Wiltes' salutem. Sciatis nos intuitu Dei et pro salute anime nostre et animarum antecessorum et heredum nostrorum concessisse et carta nostra confirmavisse pro nobis et heredibus nostris priori et canonicis Sancte Margarete extra Merleberg' de ordine de Simplingham, quod ad meliorationem domus sue et amplationem cimiterii et curie sue, quantum ipsa cimiterium et curia continent in latitudine ascendendo versus forestam nostram de Savernak' ex parte australi et descendendo versus villam de Merleberg' ex parte boreali, sicut se extendunt fossata predicti cimiterii et curie versus occidentem, includere possint regium chiminum descendendo a predicta foresta nostra de Savernak' usque in villam de Merleb', scilicet, quicquid chiminus ille continet in latitudine usque ad terram nostram arabilem versus occidentem, ita quod loco chimini illius sic inclusi decetero remaneat dimidia acra predicte

1234.

[m 25.] terre nostre arabilis versus occidentem ad chiminum regium inde faciendum ascendendo versus predictam forestam nostram de Savernak' et descendendo versus predictam villam nostram de Merleberg', adeo libere et quiete ut per predictum chiminum antequam includeretur, fieri consuevit. Et hoc vobis significamus. Teste me ipso apud Merleb', xvij. die Januarii, anno regni nostri xviij.*

Eodem modo scribitur constabulario Meleberg'.

[m. 24.] Mandatum est constabulario Wintonie quod scire faciat Judeis Wintonie quod decetero quamdiu domino regi placuerit, sint intendentes et respondentes Roberto Passelewe, sicut prius esse solebant Petro de Rivall'. Teste rege apud Walingeford', iij. die Maii.

Et rex significavit hoc predicto Roberto Passelewe. Et mandatum est ei ut curam de eisdem Judeis capiat, sicut predictus Petrus prius capere solebat. Teste rege ut supra.

Pro W. Carleolensi episcopo.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod sine dilatione reddi faciat venerabili patri W. Karleolensi episcopo omnia instaura et catalla sua, que inventa fuerunt in terra que fuit Willelmi Thorel' in Thurroc, et que est in manu ipsius episcopi, die quo terra predicta capta fuit in manum domini regis per preceptum suum. Teste rege apud Walingford', iij. die Maii. Per justiciarium.†

Eodem modo scribitur vicecomiti Middelsex' de instauris et catallis que inventa fuerunt in terra de Greneford', que fuit in custodia ipsius episcopi, et de instauris et catallis inventis in domibus ipsius episcopi apud London', die quo terra predicta capta fuit in manum domini regis etc. Teste ut supra. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomiti Cumb' de instauris inventis in terris de Gillelaund' et alibi in balliva sua, die qua dominus rex terras illas capi precepit in manum suam. Teste rege ut supra. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomiti Linc' de catallis et instauris inventis in manerio de Hornecastro etc. Teste rege ut supra. Per justiciarium.‡

Eodem modo scribitur constabulario de Windeles' de instauris et catallis inventis in manerio de Hucheham etc. Teste rege ut supra. Per justiciarium.

Pro Chaperon valetto domini regis.—Mandatum est Henrico de Scaccario quod visis litteris domini regis liberet Willelmo Chaperon, valetto domini regis, equum Ricardi Syward, quem penes se habet, ut dicitur. Teste rege apud Walingford, iiij. die Maii. Per Godefridum de Craucumb'.

* Note in the margin, "*quia non superius.*"

† This entry is cancelled "*quia aliter in rotulis liberatorum.*"

‡ This entry is cancelled, "*quia aliter inferius.*"

1234.
[m. 24.]

De respectu compoti.—Dominus rex dedit respectum Henrico filio Nicholai de compoto suo reddendo de comitatibus Dors' et Sumers', et de loquela similiter que est coram baronibus de Scaccario super quadam contentione habita inter ipsum Henricum et Johannem de Fleg de xx. libris et j. marca de exitibus comitatus Heref', usque ab octabis Clausi Pasche, anno etc. in tres septimanas. Teste ut supra.

Pro episcopo Carleolensi.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod omnes oves et alia instaura et catalla W. Carleolensis episcopi, que idem vicecomes aut ballivi sui ceperunt in manerio ipsius episcopi de Hornecastro, postquam manerium illud captum fuit in manum domini regis per preceptum regis, preter instaura et catalla que Gilebertus de Segrave inde habuit, si qua inde recepit, eidem episcopo sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Walingford', iiij. die Maii. Per justiciarium.

De Matheo de Veringni et Serlone Page, prisonibus domini regis.—Mandatum est vicecomitibus Lond' quod Matheum de Veringny* et Serlonem le Page, prisones domini regis, quos vicecomes Berkes' et Baldewinus de Gynes liberabunt custodi gaiole de Neugate, ab eo recipi et in bona fermina in predicta gaiola salvo custodiri faciant, donec aliud a domino rege habuerint mandatum. Teste rege ut supra.

Et mandatum est custodi gaiole predicte quod predictos Matheum et Serlonem, quos vicecomites Lond' ei liberabunt, ab eis recipiat et custodiat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro comite Ricardo de respectu.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam septem librarum et sex solidorum quam faciunt Ricardo, comiti Cornubie et Pictavie, de pluribus debitis, ponant in respectum usque ad festum Sancti Michaelis, anno etc. xviij. Teste rege ut supra. Per justiciarium.

Pro Willelmo Haket de perdonatione.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus dilecto et fideli nostro Willelmo Haket' quinque marcas, que ab eo exigebantur per summonitionem Scaccarii nostri de prestito ei facto in Hybernia tempore domini J. regis, sicut plenius constat nobis per inspectionem rotulorum nostrorum. Et ideo vobis mandamus quod eundem Willelmum de predictis v. marcis quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Pro Bagornensi episcopo.—Mandatum est Mauricio filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod navem quandam quam venerabilis pater Bagornensis episcopus carcari fecit blado in partibus Hibernie ad pauperum sustentationem in partibus suis, libere et sine inpedimento abire permittat ad partes suas Wallie. Teste rege apud Oxoniam, iiij. die Maii. Per ipsum regem.

* This name is substituted for '*de Sancto Filiberto*.' '*Hugonem balistarium*' has also been struck out.

1234.
[m 24.]

De stipendiis Flandrensium.—Mandatum est Roberto Passel' quod stipendia Flandrensium qui habent hernesium Willelmi Ruffi, retineat, nullam eis inde faciens pacationem, donec predictum hernesium ei reddiderint. Teste rege apud Oxoniam, v. die Maii. Per G. de Craucumb'.

Eodem modo mandatum est Baldewino de Gysnes.

Pro Milone filio Milonis Basset.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod utlaghariam que promulgari debuit in primo comitatu post festum Inventionis Sancte Crucis, anno etc. xviij. in Milonem filium Milonis Basset pro morte Rogeri de Mumbray de Welleburn', unde Mazelina, que fuit uxor ipsius Rogeri, ipsum appellat, ponat in respectum usque ad proximum comitatum sequentem. Teste ut supra. Per ipsum regem ad instanciam domini Cantuariensis archiepiscopi.

Pro priore hospitalis Sancti Johannis de Brakel'.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat priori hospitalis Sancti Johannis de Brakele viginti robora in foresta de Whitlewud' ad focum pauperum, de dono regis. Teste rege apud Wudestok', vj. die Maii. Per ipsum regem.

De denariis de duobus doliis vini venditis per vicecomitem Norht'.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod de denariis, quos penes se habet de duobus doliis veteris vini domini regis per manum ipsius vicecomitis venditis per preceptum regis, faciat habere Ade le Brun, vinetario Norht', sexaginta solidos pro quodam dolio vini de eo empto ad opus domini regis per Adam Esturmy, et quod residuum denariorum illorum salvo custodiat, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

Pro Johanne Marscallo de terris suis in comitatu Norf' captis in manum domini regis.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod terram Johannis Marscalli, quam cepit in manum domini regis pro debitis que ab eodem Johanne exiguntur tamquam uno de executoribus W. Marscalli junioris, quondam comitis Penbr', que quidem debita idem comes domino regi debuit, eidem Johanni sine dilatione reddi faciat. Teste rege ut supra. Per justiciarium.

Pro rege. De castro Bristolli commisso W. Thalebot custodiendo etc.—Mandatum est Willelmo Thalebot quod in fide qua domino regi tenetur, ex quo Rogerus Aliz' cum ipso Willelmo moram facere non curat ad custodiam castri Bristolli et Alienore consanguinee domini regis, omnem quam poterit apponat diligentiam circa custodiam castri predicti et predicte Alienore. Precepit enim dominus rex vicecomiti suo Glouc' quod sub eadem conditione et eodem modo quo eidem Alienore et custodibus suis necessaria invenit tempore quo castrum de Bristollo et predicta consanguinea domini regis extitit in manu Petri de Rivall', ad idem in omnibus eidem Willelmo necessaria inveniat. Et si forte custodia talis

1234.
[m. 24.]

qualis tempore predicti* circa ipsam deputata fuit, satis sufficiens non fuerit, vel etiam provisio facta de sustentatione sua et custodum suorum, id domino regi scire faciat, et rex ad hoc consilium apponet. Et vult quod carnes quas habet de instauro in castro predicto postquam vicecomes Glouc' eas appretiaverit per visum et testimonium proborum hominum, sicut dominus rex eidem vicecomiti precepit, si dictus Willelmus voluerit et ei fuerit expediens, eas retineat sub pretio eodem ad sustentationem ipsius Willelmi et custodum commorantium in castro predicto: ita quod idem vicecomes de pretio predicto domino regi possit respondere. Et si forte carnes illas non retinuerit, exponat eas eidem vicecomiti ad comodum domini regis inde faciendum, ita quod inde domino regi respondere possit, sive eas retinuerit sive non. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro eodem.—Et mandatum est eodem modo predicto vicecomiti Glouc' quod ita faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

De compoto P. de Rivall'.—Mandatum est P. de Rivall', capicerio Pictavie, quod omni dilatione et occasione cessante sit apud Westmonasterium in octabis Sancte Trinitatis anno etc. xviij., paratus coram domino rege vel coram illis quos dominus rex loco suo ad hoc attornaverit, reddere compotum suum de omnibus receptis et exitibus omnium ballivarum et wardarum que extiterunt in manu sua, tam in hospitio domini regis quam extra hospitium, a tempore quo ballivas et wardas illas recepit. Teste rege apud Wudestok', vij. die Maii. Per ipsum regem presente justiciario.

Pro priore et monachis Sancti Andree Norhampt'.—Rex concessit priori et monachis Sancti Andree Norhampt' quod terram illam quam emerunt de Sibilla filia Mabilie, que est de feodo de Wutton' juxta essartum ejusdem prioris in foresta domini regis de Salceto, et continet octo acras per numerum acrarum, libere et sine impedimento excolere et eam claudere possint fossato et haya, ita quidem quod fere bestie libere et sine impedimento intrare possint et exire. Et mandatum est Hugoni de Nevill' quod id fieri permittat, sicut predictum est. Teste rege ut supra. Per ipsum regem presente justiciario.

De mandato domini regis directo fratri W. priori fratrum predicatorum pro H. de Burgo.—H. Dei gratia rex Anglie etc. dilecto sibi in Christo fratri W. priori fratrum predicatorum Bristolli salutem. Mandamus vobis quod, presentibus domino Landavensi episcopo et abbatibus de Tintern' et de Neth', in forma quam Hubertus de Burgo vobis per litteras suas mandavit et quam nobis significastis, sacramentum et securitatem super hiis que scitis, recipiatis de eodem Huberto; et litteras patentes ipsorum episcopi et abbatum et vestras id idem significantes nobis habere faciatis, sub festinatione cum eisdem litteris ad nos accedentes ut consilium habeamus cetera, que dictum negotium deposcunt, maturare. Teste rege ut supra.

*Sic in MS.

1234.
[m. 24.]

De Rustan' de Solariis.—Mandatum est Rustan' de Solariis quatinus in fide qua domino regi tenetur, et sicut dominum regem et honorem suum diligit, tempestive veniat ad regem in Angliam, cum domino rege locuturus de negotiis terre domini regis Wasconie statum ejusdem terre tangentibus. Teste rege ut supra.

De catallis in prisona detentorum.—Mandatum est vicecomiti Roteland' quod in presentia sua et coram coronatoribus comitatus sui appretiari faciat catalla Roberti filii Jordani et Ricardi de Wytewell', qui capti sunt et detenti in prisona domini regis apud Norht' pro morte prioris de Weston' et monachi sui, unde rettati sunt, et catalla Willelmi Kepegester qui fugit pro morte eorundem similiter; et accepta securitate a Willelmo de Sancto Laudo, persona ecclesie de Weston', ad respondendum domino regi de predictis catallis vel eorum pretio ad primam assisam cum justiciarii domini regis in partes illas venerint, eidem Willelmo predicta catalla habere faciat per pretium predictum, sicut predictum est. Teste rege ut supra. Per justiciarium.

Pro abbate et monachis de Garda Dei.—Rex concessit per cartam suam abbati et monachis de Garda Dei et successoribus suis inperpetuum, duos modios salis singulis annis percipiendos de salina domini regis Burdegale ad festum Sancti Martini. Et mandatum est Hugoni de Vivon', senescallo domini regis Wasconie, quod predictis abbati et monachis de Garda Dei et successoribus suis predictos duos modios de salina predicta habere faciat ad festum Sancti Martini, sicut predictum est, cum arreragiis eis debitis de tempore ipsius Hugonis. Teste rege apud Wudest', vj. die Maii.

De militibus in garnisione castri de Monem' summonitis ad transfretandum.—Mandatum est Johanni de Monem' quod ex parte domini regis scire faciat militibus domini regis commorantibus apud Monemuth', qui summonitionem habent transfretandi in servicium domini regis ad partes Brittannie, quod ibidem adhuc in garnisione remaneant, donec iter arripiant versus Portesmuth' ad transfretandum ad terminum eis prefixum; et aliis militibus, qui nullam inde receperunt summonitionem, et balistariis quod ibidem morentur et inde non recedant, donec aliud inde habuerint mandatum. Et dominus rex de liberationibus suis eis pacandis curam habebit. Teste rege apud Wudest', vij. die Maii.

De quadragesima domini regis comitatus Cornubie.—Mandatum est vicecomiti Cornubie, sicut alias erat ei mandatum, quod, omni dilatione et occasione remotis, quadragesimam domini regis de comitatu Cornubie liberet vicecomiti Devonie usque Bristollum, sicut dominus rex ei precepit, deferendam. Teste rege ut supra.

Mandatum est vicecomiti Devonie quod quadragesimam predicti comitatus Cornubie quam vicecomes Cornubie ei liberabit, ab eo recipiat et eam salvo cariari faciat usque Bristollum, liberandam

1234.

[m. 24.] constabulario Bristolli, cui dominus rex precepit quod ipsam quadragesimam ab eo recipiat et eam liberet vicecomiti Glouc'. Teste rege ut supra.

Mandatum est constabulario Bristolli quod ex quo quadragesimam predicti comitatus Cornubie, quam vicecomes Devonie ei liberabit, ab eo receperit, id scire faciat vicecomiti Glouc', cui mandatum est quod eam recipiat et salvo cariari faciat usque Glouc'. Teste rege ut supra.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod ipsam quadragesimam comitatus Cornubie quam constabularius Bristolli ei liberabit, ab eo recipiat cariandam usque Glouc', et ex quo eam receperit, id domino regi scire faciat. Teste rege ut supra.

Pro Henrico de Alditheleg'. De respectu.—Rex dedit respectum Henrico de Alditheleg', qui est cum venerabili patre E. Cantuariensi archiepiscopo in partibus Marchie pro negotiis domini regis expediendis, de quibusdam debitis que ab eodem Henrico exiguntur per summonitionem Scaccarii, usque in octabas Sancte Trinitatis, anno etc. xviij. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum respectum usque ad terminum predictum eidem Henrico habere permittant. Teste rege apud Wudest', viij. die Maii.

[m. 23.] *Pro abbate de Pershor'.*—Rex electioni facte de fratre Rogero de Rudeby in abbatem domus de Persor' et a Wigorniensi episcopo confirmate assensum regium prebuit et favorem, et fidelitatem ab eo recepit. Et illud significat Willelmo Ruffo, custodi escaettarum suarum, mandans quod de omnibus terris, redditibus et aliis ad dictam abbatiam pertinentibus in balliva sua, talem ei seisinam habere faciat qualem Gervasius, predecessor suus, abbas de Persor', inde habuit die quo obiit. Teste rege apud Wudest', ix. die Maii.

Et mandatum est similiter vicecomiti Glouc', et quod de terris et possessionibus ad predictam abbatiam de Persor' pertinentibus in balliva sua, plenam ei seisinam habere faciat. Teste rege ut supra.

Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere abbati et monachis de Pershor' id quod eis deest de centum quercubus, quas rex alias eis dedit ad operationem ecclesie sue, si predictas centum quercus nondum plene habuerunt. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

De fustis datis.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat Annore, recluse de Ghyftele, duo fusta in foresta de Shothour' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per W. de Kirkeh'.

Pro Thoma de Tunstern', Roberto, Willelmo et Rogero, fratribus ejus.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod, vocatis coram eis Aaron et Leone, Judeis Eboraci, videri faciant quantum Thomas de Tunstern', Robertus, Willelmus et Rogerus, fratres ejus, debeant eisdem Judeis, et facta extensione de omnibus terris suis quas habent in Brunn' et Eborac' et in Belby, eisdem

1234.
[m. 23.]

Thome, Roberto, Willelmo et Rogero secundum valorem earundem terrarum rationabiles terminos habere faciant ad satisfaciendum eisdem Judeis de debitis predictis. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro abbate de Burgo Sancti Petri.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod de trecentis marcis, quas barones de Scaccario exigunt de abbate de Burgo Sancti Petri per summonitionem Scaccarii, rex concessit eidem abbati quod reddat domino regi quinquaginta marcas ad festum Sancti Michaelis anno etc. xviij. et centum marcas ad Pascha proximo sequens, et sic de termino in terminum quinquaginta marcas ad eosdem terminos, donec predicte trescente marce domino regi fuerint solute.

Et mandatum est eisdem baronibus quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Wudest', x. die Maii.*

De prisonibus deliberandis.†—Mandatum est constabulario de Colecestr' quod habere faciat priori de Wansingham decem quercus in bosco de Colecestr', quas dominus rex alias ei dedit ad quandam cameram faciendam, vel id quod eis deest de predictis decem quercubus si nondum illas plene receperit. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

De eodem.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod Thomam Suward', nepotem Ricardi Suhard', qui est in prisona domini regis apud Hereford', sine dilatione a prisona deliberari faciat, permittens eum abire quo voluerit. Teste rege ut supra. Per ipsum regem coram justiciario.

Eodem modo mandatum est majori et vicecomitibus Lond' et custodi gaiole de Neugat' quod Matheum de Sancto Phileberto, nepotem dicti Ricardi, et Serlonem Page, qui sunt in prisona de Neugat', a dicta prisona sine dilatione quietos abire permittant quo voluerint. Teste rege ut supra. Per ipsum regem coram justiciario.

De eodem.—Eodem modo mandatum est constabulario Sancti Briavelli de Rogero Normanno, homine Ricardi Suhard'. Per ipsum regem coram justiciario.

De prisonibus foreste.—Mandatum est vicecomiti Northant' quod prisones, quos Hugo de Nevill' ceperit in foresta de Whytlewud' et quos ipse Hugo ei liberabit, ab eo recipias† et in prisona castri de Northant' salvo custodiat. Teste rege apud Wudestok', xj. die Maii, anno xviij. Per regem.

De perdonatione tallagii.—Rex perdonavit hominibus de Havering' de triginta marcis tallagii decem marcas. Et mandatum est assessoribus taillagii in comitatu Essex' quod eos de predictis decem marcis quietos esse permittant. Teste ut supra. Per ipsum regem.

* This entry is cancelled. '*quia in rotulo finium.*'

† Sic in MS.

1234.
[m 23.]

Pro comite War'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod concessimus Thome comiti War' de debitis que nobis debet, unde nobis reddere consevit * ad Scaccarium nostrum quinquaginta libras per annum ad duos terminos, reddat nobis decetero ad eosdem terminos quadraginta marcas, scilicet ad Scaccarium Sancti Michaelis, anno regni nostri xviij. viginti marcas, et ad Scaccarium Pasche anno decimo nono viginti marcas, et (*sic*) de anno in annum ad predictos terminos, donec predicta debita nobis plenius solvantur. Teste ut supra. Per Godefridum de Crawcumb'.

Pro abbate de Wynchcumb'.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Computate abbati de Winchecumb' in firma hundredorum, que de nobis tenet ad firmam in comitatu Glouc', viginti libras quas liberavit in garderobam nostram per preceptum nostrum apud Wudestok', die Jovis proxima post festum Sancti Johannis ante portam Latinam, anno regni nostri xviij. Teste rege apud Wudestok', ut supra, anno eodem.†

De alleviatione prisonum.—Mandatum est majori et vicecomitibus London' quod prisonam Mathei de Sancto Phileberto, nepotis Ricardi Suhard', et Serlonis Pag', servientis ejusdem Ricardi, qui sunt in gaiola regis de Neugat', faciant alleviari de oneratione ferramenti, dum tamen salvo custodiantur, et quod non habeant defectum victualium. Teste rege apud Wudestok', xij. die Maii, anno xviij. Per ipsum regem.

De muris ville Oxonie.—Rex dilectis et fidelibus suis Roberto le Mercer, Philippo le Mudner, Henrico filio Henrici, Galfrido de Stocwell' et Ricardo le Curteis salutem. Quia desideramus quod operatio murorum ville nostre Oxonie acceleretur, que citius per diligenciam plurium quam unius tantum poterit expediri et promoveri, vobis mandamus firmiter injungentes quatinus in fide qua nobis tenemini, dilecto et fideli nostro Petro filio Thoraldi, majori nostro Oxonie, diligenter et efficaciter ad hoc assistatis, ita quod ex eo merito vos debeamus habere commendatos. Teste ut supra.

Pro Hugone Paynell'.—Mandatum est Thome de Saunford' quod habere faciat Hugoni Paynell' duos damos in foresta de Braden', de dono domini regis. Teste ut supra. Per Amauricum de Sancto Amando.

De quadragesima Norhumbrie.—Mandatum est vicecomiti Northumbrie quod denarios quadragesime regis de comitatu suo, quos collectores ipsius quadragesime ei liberabunt, ab eis recipiat et salvo cum omni festinatione cariari faciat usque Eboracum, liberandos ibidem vicecomiti Eboraci, sicut alias ei fuit mandatum, kariandos usque Lond'. Teste rege apud Wudestok', xiij. die Maii.

De quadragesima.—Eodem modo mandatum est vicecomitibus Cumberland', Westmeriland'.

* Sic in MS.
† This entry is cancelled '*quia alias in rotulo liberate.*'

1234.
[m. 23.

Pro archiepiscopo Cantuariensi.—Rex dilecto et fideli W. Hardell' salutem. Mandamus vobis quod omnes denarios quos recepistis de cambio archiepiscopatus Cantuariensis de tempore quo habuistis custodiam ejusdem cambii, vacante archiepiscopatu, quos quidem denarios nondum reddidistis ad Scaccarium nostrum, liberetis venerabili patri in Christo E. Cantuariensi archiepiscopo, de dono nostro. Teste rege apud Otint', xiiij. die Maii, anno etc. xviij. Per ipsum regem.

Eodem modo mandatum est Willelmo de Haverull' de exitibus archiepiscopatus Cantuariensis. Teste ipso rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro Thoma Gulafre.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod si Thomas Gulafr' invenerit ei plegios quod due lorice, una spissa et alia clara, et quedam calige et quedam coopertoria et una quirea que reposuit, ut dicitur, in ecclesia de Blockesham, et que arestari fecisti,° sua sint propria, tunc ea sine dilatione ipsi replegiari faciat. Teste me ipso apud Winchecumb'. xv. die Maii.

Pro venatoribus missis pro bisa.°—Rex Hugoni de Log' salutem. Mittimus ad te Philippum de Kampleur, Johannem le Fol et Willelmum filium Walkelini, venatores nostros, ad currendum in bailliva tua cum canibus nostris cervericeis, mandantes quatinus ipsos ad hoc admittas et ibi currere permittas. Teste me ipso apud Glouc', xvj. die Maii, anno etc. xviij. Per Godefridum de Craucumb'.

Rex constabulario Sancti Briavelli salutem. Mittimus ad te Willelmum May, Willelmum Luvell' et Rogerum de Stopham ad currendum cum canibus suis in foresta nostra de Den' ad damos, mandantes tibi quod ad hoc eos admittas et ibidem currere permittas, sicut predictum est. Teste ut supra. Per Godefridum de Craucumb'.

Pro Alexandro de Sancto Quintino.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Quia constat nobis per inquisitionem quam fieri fecimus, quod Ranulfus le Dreng', utlagatus pro morte hominis, tenuit dimidiam carucatam terre cum pertinentiis in Harpham' de Alexandro de Sancto Quintino in capite, et quod terra illa extitit in manu nostra per unum annum et unum diem, tibi precipimus quod eidem Alexandro plenam seisinam de predicta terra cum pertinentiis sine dilatione habere facias. Teste rege apud Glouc', xviij. die Maii, anno regni nostri xviij.

Pro Eva de Breosa.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod de villa et castro de Totenesse cum pertinentiis et de omnibus terris et tenementis aliis cum pertinentiis, que Eva que fuit uxor Willelmi de Brause, tenuit in dotem in bailliva sua, et unde disseisita fuit per preceptum domini regis occasione gwerre mote inter ipsum regem

° Sic in MS.

1234.

[m. 23.] et R. Marescallum, quondam comitem Penbrok', fratrem ipsius Eve, plenam seisinam eidem Eve sine dilatione habere faciat. Teste rege apud Glouc', xviij. die Maii, anno etc. xviij. Per justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomiti Hereford' pro eadem Eva de omnibus terris quas habuit in bailliva sua. Teste rege ut supra. Per ipsum justiciarium ut supra.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex custodi vinorum suorum apud Wudestok' salutem. Precipimus tibi quod unum dolium vini de vinis nostris, que sunt in custodia tua, tradi facias vicecomiti nostro Oxonie, kariandum usque Otinton' ad opus dilecti et fidelis sui Radulfi filii Nicholai, de dono domini regis. Teste rege apud Glouc', xviij. die Maii, anno regni nostri xviij.

Pro persona de Hedon'.—Rex dilecto et fideli suo B. de Insula salutem. Sciatis quod perdonavimus Willelmo, persone ecclesie de Hedon', forisfactum quod fecit currendo cum canibus suis ad lepores infra libertatem maneriorum nostrorum de Karleton', Butheby, Clumbr' et Thuresby. Et ideo vobis mandamus quod de predicto forisfacto predictum Willelmum penitus quietum esse faciatis. Teste ut supra.

Justiciario Hibernie pro rege.—Rex M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, salutem. Mandamus vobis quod omnes terras que fuerunt R. Marescalli, quondam comitis Penbr', in Hibernia, in manu nostra teneatis et salvo custodiatis, facientes omnia instaura, blada et catalla que in dictis terris fuerunt, in quorumcumque manibus inventa fuerint, ad dictas terras revenire et salvo custodiri. De exitibus etiam predictarum terrarum ipsas terras temporibus debitis excoli et domos in predictis terris, ita quod non decidant vel deteriorentur, sustentari faciatis. Nullum etiam vastum, venditionem vel exilium faciatis aut fieri permittatis de predictis terris, domibus, parcis, vivariis, boscis vel aliquibus rebus aliis, que fuerunt predicti comitis in Hibernia. De nullo autem militum aut prisonum qui capti fuerunt cum predicto comite, redemptionem capiatis aut ab alio capi permittatis. Terras autem eorum in manu nostra teneatis. Et si quis eas occupaverit vel ingressus fuerit, nichilominus eas in manum nostram seisietis et in manu similiter nostra salvo custodiri faciatis, donec aliud a nobis habueritis mandatum. Teste rege apud Glouc', xix. die Maii, anno etc. xviij. Per ipsum regem.

Pro hominibus de Divisis.—Rex taillatoribus dominicorum domini regis in comitatu Wyltesir' salutem. Sciatis quod respectum dedimus hominibus nostris de Divisis de centum solidis quos super eos assedistis, et hominibus nostris de Rudes de quatuor marcis quas similiter super eos assedistis, usque ad festum Sancti Michaelis, anno regni nostri xviij. Et ideo vobis mandamus quod respectum illum ipsos habere permittatis. Teste me ipso apud Glouc', xix. die Maii, anno etc. xviij. Per ipsum regem coram justiciario.

1234.
[m. 23.]

De terris que fuerunt R. comitis Marescalli.—Rex fratri suo R. comiti Pictavie et Cornubie salutem. Mandamus vobis firmiter injungentes quod de terris que fuerunt R. Marescalli, quondam comitis Penbr', et sunt in manu vestra, de cetero nullum penitus faciatis vel fieri permittatis vastum, venditionem vel exilium. Teste ut supra. Per eundem.

Pro Willelmo le Pyk tradendo in ballium.—Rex vicecomiti Wiltesir' salutem. Quia accepimus per inquisitionem quam fecisti per preceptum nostrum, quod Willelmus le Pik captus et detentus in prisona nostra Sarrisburie pro morte Johannis le Ken, rettatus est de morte illa odio et atia et non eo quod inde culpabilis sit, tibi precipimus quod si predictus Willelmus invenerit tibi duodecim liberos et legales homines de comitatu tuo qui eum manucapiant habere coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, ad standum inde recto, tunc ipsum Willelmum illis duodecim tradas in baillium, sicut predictum est. Et habeas ibi nomina illorum duodecim et hoc breve. Teste ut supra.

Pro Roesia que fuit uxor Henrici de Merk.—H. rex Anglie etc. vicecomiti Essex' salutem. Ostendit nobis Roesia, que fuit uxor Henrici de Merc, quod cum haberet manerium de Latton' de dono predicti Henrici, viri sui, quod ei inde fecit antequam eam desponsasset, et post mortem ipsius Henrici, viri sui, qui obiit in Natali Domini proximo preterito, exstiterit in seisina dicti manerii usque ad clausum Pasche proximo sequens, Radulfus de Merc', filius et heres predicti Henrici, occasione precepti quod tibi fecimus de seisina ei facienda de omnibus terris que fuerunt predicti Henrici, patris sui, de quibus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, ipsam Roesiam de predicto manerio disseisivit. Et ideo tibi precipimus quod si ita est, tunc de predicto manerio eidem Roesie sine dilatione plenam seisinam habere facias. Et si que de catallis in predicto manerio inventis per ipsum Radulfum amota fuerint, ea sine dilatione predicte Roesie similiter reddi facias. Teste ut supra. Per justiciarium.

Pro hominibus de Chiltham.—Rex tailliatoribus dominicorum suorum in comitatu Glouc' salutem. Sciatis quod dedimus respectum hominibus nostris de Chiltham' de centum solidis quos super eos assedistis, ut dicitur, usque ad festum Sancti Michaelis, anno regni nostri xviij. Et ideo vobis mandamus quod respectum predictum ipsos habere permittatis. Teste me ipso apud Glouc', xx. die Maii, anno etc. xviij. Per G. de Craucumb'.

Pro Hugone de Kynardesl' de perdonatione.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod de fine quadraginta marcarum quem Hugo de Kinardesl' nobiscum fecit pro renovatione carte sue de quodam essarto quod ei dedimus in foresta nostra de Den', perdonavimus eidem viginti marcas. Et ideo vobis mandamus quod de predictis viginti marcis predictum Hugonem quietum esse faciatis. Teste ut supra. Per cancellarium.

1234.

[m. 23.] *Pro Petro Malherbe.*—Rex etc. vicecomiti Berk' salutem. Quia Petrus Malherbe fecit nos securos de fideli servicio, ipsum a prisona nostra deliberari fecimus et ad pacem nostram et gratiam recepimus, et eidem Petro terras suas que capte fuerunt in manum nostram per preceptum nostrum eo quod fuit cum comite Marescallo contra nos, reddidimus. Et ideo tibi precipimus quod de terris suis in balliva tua captis in manum nostrum, eidem Petro plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Glouc', xxj. die Maii.

[m. 22.] *Pro hominibus de Selveston'.*—Rex tailliatoribus dominicorum suorum in comitatu Northant' salutem. Sciatis quod respectum dedimus hominibus nostris de Selveston' de taillagio quod super eos assedistis, usque ad festum Sancti Michaelis, anno regni nostri xviij. Et ideo vobis mandamus quod respectum predictum eos habere permittatis. Teste rege apud Glouc', xxj. die Maii, anno etc. eodem. Per justiciarium.

Pro Gileberto de Segrave.—Rex vicecomiti Norh' salutem. Scias quod per cartam nostram concessimus dilecto et fideli nostro Gileberto de Segrave totam terram cum pertinentiis que fuit Gervasie, que fuit uxor Ricardi Marescalli, quondam comitis Penbr', in Burton' et quam idem Gilebertus prius tenuit de ballio nostro, habendam et tenendam de nobis et heredibus nostris sibi et heredibus suis donec nos vel heredes nostri terram illam reddiderimus eidem Gervasie vel rectis heredibus suis Gervasie per voluntatem nostram vel per pacem, sicut plenius continetur in carta quam eidem Gileberto fieri fecimus. Et ideo tibi precipimus quod cartam illam in pleno comitatu tuo legi, et de terra illa cum pertinentiis plenam seisinam eidem Gileberto haberi facias, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Pro vicario ecclesie de Womburn'.—Mandatum est Johanni filio Philippi quod habere faciat Willelmo, vicario ecclesie de Womburn', decem fusta in foresta nostra de Kynefar' ad reparationem ecclesie de Womburn' que de novo combusta est, ad cheverones faciendos, de dono nostro. Teste rege ut supra. Per Aumauricum de Sancto Amando.

Pro abbate de Eggleston'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod, inquisito diligenter quantum abbas de Eggleston' debeat Aaron, Judeo Eboraci, rationabiles terminos eidem abbati habere faciant ad predictum debitum eidem Aaron reddendum. Teste rege apud Glouc', xxij. die Maii. Per dominum Dunholmensem.

De castro de Tunebrugg'.—Rex commisit castrum de Tunebrug' cum maneriis et omnibus pertinentiis Bertramo de Cryoll'. Et mandatum est eidem Bertramo quod in propria persona accedat ad castrum predictum et illud recipiat ab Emeryco de Cancellis et salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit, salvis eidem Emerico catallis suis que habet in eodem castro et maneriis. Teste ut supra. Per Walterum de Kircham'.

1234. [m. 22.] *Pro Rogero Aylard'.*—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod habere faciat Rogero Aylard', burgensi Bristolli, tria fusta in foresta de Dene, de dono domini regis. Teste rege apud Glouc', xxiij. die Maii. Per dominum J. Bathoniensem episcopum.

De prisonibus captis in Hibernia.—Mandatum est justiciario Hibernie quod Galfridum de Marisco et Willelmum de Marisco et Walterum de Marisco, filios ipsius Galfridi, et Willelmum filium Jordani, Johannem Travers et Ricardum de Marisco, nepotes ipsius Galfridi, et alios prisones captos cum comite Marescallo, salvo custodiri faciat, donec dominus rex cum eodem justiciario locutus fuerit vel aliud inde preceperit. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo de Broill'.—Rex commisit Willelmo de Broil terram illam cum pertinentiis que fuit Willelmi Errant in Olerun, ad se sustentandum in servicio domini regis quamdiu regi placuerit, et rex quietus erit de annuo feodo quod idem Willelmus de Broil de rege percipit, quamdiu terra predicta fuerit in manu ipsius Willelmi de Broil de ballio regis; et si forte dominus rex ceperit in manum suam terram predictam vel alii eam tradiderit, idem Willelmus de Broll predictum feodum suum a domino rege recipiet, sicut illud prius percipere consuevit. Et mandatum est Henrico de Trublevill', senescallo Wasconie, quod de terra predicta eidem Willelmo de Broil plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Pro Ricardo Rengger de respectu.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam quam faciunt Ricardo Rengier de exitibus cambii domini regis Lond', ponant in respectum usque in octabas Sancte Trinitatis, anno etc. xviij.

Pro Philippo de Aure de perdonatione.—Rex perdonavit Philippo de Aure quinquaginta lampredas que exiguntur ab eo per summonitionem Scaccarii pro Waltero le Veil, avo suo. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum Philippum de predictis quinquaginta lampredis quietum esse faciant. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro Roberto de Muscegros.—Dominus rex commisit Roberto de Mucegros castrum et villam suam de Merleberg' et manerium de Luttegarishal' cum pertinentiis, custodienda quamdiu regi placuerit. Et mandatum est Rogero Waselin quod de predictis castro, villa et manerio cum pertinentiis eidem Roberto plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

Pro magistro Templi.—Rex dedit magistro Milicie Templi in Anglia quinque damos. Et mandatum est Ricardo de Munfichet quod predictos quinque damos in bailliva sua eum capere permittat. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

1234.
[m. 22.]

Eodem modo scribitur constabulario de Wyndeshour' de quinque damis in foresta de Windeshour' capiendis per ipsum magistrum. Teste ut supra. Per Godefridum de Craucumb'.

De thesauro domini regis.—Mandatum est constabulario Wintonie quod thesaurum domini regis, quem Bartholomeus Pech' et magister Philippus de Ardern' ei liberabunt custodiendum, ab eis recipiat et salvo custodiri faciat, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Glouc', xxiiij. die Maii.

De conductu faciendo.—Mandatum est majori et vicecomitibus London' quod faciant habere Bartholomeo Pech' et magistro Philippo de Ardern' salvum conductum ad thesaurum domini regis salvo conducendum quo eis dicent. Teste rege ut supra.

Pro villata de Slymbrugg'.—Quia dominus rex accepit per inquisitionem quam fieri precepit, quod illa pars terre quam utraque villata de Slimbrig' et de Aure sibi vendicat, eo quod aqua Sabrine eam occupavit super campum de Slimbrig' versus campum de Aure, et postea processu temporis eam rejecit ad campum de Slimbrig', antequam sic rejecta esset per aquam Sabrine, de jure pertinuit ad villam de Slimbrig' et in parte fuit terra arabilis et in parte pastura ad eandem villam de Slimbrig' pertinens per divisam fossati quod vocatur Hegward', dominus rex precepit vicecomiti Glouc' quod eidem villate de Slimbrig' plenam seisinam de predicta parte terre sine dilatione habere faciat. Teste rege ut supra.

Pro episcopo Bathoniensi.—Mandatum est Jordano Oliveri, Warino filio Joel' et Nicholao Avenel', justiciariis assignatis ad gaiolam de Ivelcestr' deliberandam, quod tres clericos qui sunt in predicta gaiola liberent venerabili patri in Christo J. Bathoniensi episcopo vel ejus officiali venienti coram eis loco ipsius episcopi ad dictos clericos petendos, ad faciendum de eis quod fieri debeat secundum consuetudinem regni. Teste rege apud Glouc', xxv. die Maii.

Pro Johanne le Rus.—Dominus rex de novem marcis et quatuor solidis quos Johannes le Rus debuit Ursello filio Hamonis, Judeo Hereford', de prestito ipsius Urselli, videlicet de sex marcis de sorte et tribus marcis et quatuor solidis de lucro, perdonavit eidem Johanni predictas tres marcas et quatuor solidos de lucro, et concessit quod residuas sex marcas de sorte solvat infra duos annos proximo sequentes ad terminos subscriptos, videlicet, ad festum Sancti Michaelis anno etc. xviij. viginti solidos, ad Pascha anno etc. xix. viginti solidos, ad festum Sancti Michaelis anno eodem viginti solidos, et ad Pascha anno regni etc. xx. viginti solidos. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de predictis tribus marcis et quatuor solidis de lucro ipsum Johannem quietum, et de predictis sex marcis de sorte eidem Johanni predictos terminos habere faciant. Teste rege ut supra. Per dominum Karleolensem.

1234.
[m. 22.]

Pro Isabella sorore domini regis.—Mandatum est Johanni de Colemere quod de vinis domini regis Suhampton' liberet ballivis domini regis Suhampt' quinque dolia vini carianda usque Merleberg', ad opus Isabelle sororis domini regis domini regis * ibidem morantis. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

Mandatum est M. de Columbariis quod in foresta de Chet habere faciat Isabelle sorori domini regis tres cervos, quinque damos et tres capreolos, de dono domini regis. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

De respectu pro hominibus de Melkesh'.—Dominus rex dedit respectum hominibus suis de Melkesham de novem marcis, quas ei debent de tallagio ultimo super eos assiso usque ad festum Sancti Michaelis, anno etc. xviij. Et mandatum est talliatoribus dominicorum domini regis in comitatu Wilt' quod de predictis novem marcis predictum respectum ipsos habere permittant. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

De foresta de Den'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod, assumptis secum forestariis, viridariis, militibus, liberis hominibus et aliis, in propria persona sua accedat usque forestam de Dene et diligenter inquirat in quo statu sit de viridi et venatione; et statum ipsius foreste sub sigillo suo et sigillis eorum qui ad hoc secum interfuerint, domino regi scire faciat. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Heref' de Haya.

Pro Johanne filio Gaufridi.—Mandatum est justiciario Hibernie quod sine dilatione plenam seisinam habere faciat Johanni filio Galfridi et Isabelle uxori ejus de manerio de Conhal' cum pertinentiis, quod est maritagium ipsius Isabelle, et unde disseisiti fuerunt occasione gwerre quam R. comes Penbr' movit in partibus Hibernie. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro hominibus de Redlegh'.—Rex dedit respectum hominibus de Redleg' de centum solidis de taillagio super eos assiso usque ad festum Sancti Michaelis, anno regni regis xviij. Et mandatum est tallatoribus dominicorum regis in comitatu Glouc' quod respectum illum eos habere permittat. Teste ut supra.

Pro abbate de Bildewas.—Rex pro Deo et ad instantiam venerabilis patris E. Cantuariensis archiepiscopi concessit abbati et monachis de Bildewas quod, non obstante eo quod omnes terre que fuerunt Gileberti de Lascy sunt vadium Urselli filii Hamonis de Hereford', Judei, pro debito quod idem Gilebertus debuit ipsi Hamoni, villa de Hernegg' cum pertinentiis, quam predicti abbas et monachi habent de dono predicti Gileberti, inperpetuum sit quieta de invadiatione predicti debiti, ita quod predictus Ursellus decetero pro toto debito predicto se capiat ad alias terras que fuerunt ipsius Gileberti, et in nullo manum mittat

* Sic in MS.

1234.
[m. 22.] ad predictam villam de Hernegg'. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod predictam villam de prefata invadiatione penitus quietam esse faciant, sicut predictum est. Teste rege ut supra. Per Karleolensem.

Pro Roesia de Verdun.—Rex concessit Roesie de Verdun' quod de trescentis marcis quas debet domino regi, reddat ei centum libras ad festum Sancti Michaelis, anno etc. xviij., et ad Pascha proximo sequens, videlicet, anno etc. xix. centum libras. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod hoc ita inrotulari et fieri faciant. Teste rege ut supra.

Pro Alienora sorore domini regis.—Mandatum est custodibus vinorum domini regis Bristolli quod de vinis domini regis, que sunt in custodia sua, habere faciant Alienore consanguinee domini regis moranti in castro domini regis Bristolli, duo dolia vini de dono regis. Teste rege apud Glouc, xxvj. die Maii. Per Karleolensem.

Pro Ricardo de Sancto Johanne, capellano.—Mandatum est episcopo Norwicensi quod, non obstante mandato domini regis quod rex ei fecit de omnibus beneficiis R. de Sancto Johanne, capellani, in diocese sua sequestrandis pro debito quod idem Johannes debuit domino regi, nichilominus ei de omnibus predictis beneficiis plenam decetero amministrationem habere permittat. Teste rege ut supra. Per Cantuariensem.

De Thoma Alwy capto pro latrocinio.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod Thomam Alwy, prisonem, captum pro latrocinio, ut dicitur, et quem Reginaldus de Blancmuster ei liberabit, ab eo recipiat et salvo faciat custodiri, donec inde a domino rege aliud habuerit mandatum. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro Henrico filio Nicholai de respectu.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod diem quem prefixerunt Henrico filio Nicholai, scilicet, a die Pasche in quinque septimanas, ad compotum suum reddendum de tempore quo fuit vicecomes Dors' et Sumers', et diem similiter quem habet coram eis ad eundem terminum versus Johannem de Fleg' de viginti libris et una marca, prorogent usque in octabas Sancte Trinitatis, anno etc. xviij. Teste rege ut supra.

Pro Rustan' de Soliis.—Rex commisit Rustan' de Soliis, civi Burdegalensi, terram que fuit Bernardi de Pinu in Regula, ad se sustentandum in servicio domini regis, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est H. de Trublevill', senescallo Wasconie, quod de predicta terra ipsi Rustan' plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Et consimiles litteras habet inde patentes per eadem verba.

Pro magistro Simone de Steiland' de manerio de Ringwud'.—Rex concessit per cartam suam magistro Simoni de Steyland', clerico suo, manerium de Ringwude cum pertinentiis, tenendum et habendum

1234.

[m. 22.] de domino rege et heredibus suis toto tempore vite sue, donec rex vel heredes sui illud reddide[*] rectis heredibus per voluntatem suam vel per pacem, reddendo inde domino regi et heredibus suis singulis annis viginti libras, videlicet, ad Scaccarium Sancti Michaelis decem libras et ad Scaccarium Pasche decem libras, sicut plenius continetur in carta domini regis etc. Et mandatum est vicecomiti Suhampt' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi et de manerio predicto cum pertinentiis eidem magistro Simoni plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

[m. 21.] *De thesauraria Hibernie.*—H. rex Anglie etc. dilectis et fidelibus suis G. de Turevill', archidiacono Dublinensi, et Roberto Luterel, canonico Dublinensi, salutem. Quia retinuimus nobiscum in Anglia dilectum et fidelem nostrum E. de Leveland', cancellarium Cycestrensem, usque ad adventum dilecti et fidelis nostri M. filii Geroldi, justiciarii nostri Hibernie, quem ad nos vocavimus in Angliam, assignavimus vos ad curam et custodiam interim gerendam de hiis que ad thesaurariam nostram Dublin' pertinent, mandantes quatinus juxta fiduciam quam de fidelitate vestra reportamus, ad hec diligenter intendatis, significantes statum Scaccarii nostri tam de summonitionibus debitorum nostrorum quam de aliis. Teste rege ut supra. Et idem significatum est justiciario Hibernie.

De garnestura de Kaermerdin aquietanda.—Mandatum est ballivis Bristolli quod de fine centum marcarum, quem homines domini regis Bristolli fecerunt cum rege pro habenda villa sua ad firmam ad decem annos ultra terminum ad quem eam rex prius eis concessit habendam, aquietent Henricum de Trublevill' de sexaginta et una libra et decem solidis, quos debet in villa Bristolli pro garnestura empta ad muniendum castrum de Kaermerdin, preter garnesturam quam ad munitionem ejusdem castri ei habere fecerunt per preceptum regis: et hoc eis in predicto fine faciet dominus rex allocari.

De castro de Kenillewrd'.—Rex commisit Radulfo filio Nicholai, senescallo suo, castrum de Kenylewurt custodiendum quamdiu regi placuerit. Et mandatum est eidem Radulfo quod aliquem de militibus suis mittat ad castrum predictum recipiendum a Stephano de Segrave, cui rex injunxit quod castrum illud ei redderet. Teste rege ut supra.

Pro Waltero Langbord'.—Quia ballivi Bristolli, quibus rex preceperat quod Waltero Langbord' duos saccos lane captos de inprisiis R. Marescalli, quondam comitis Penbr', habere facerent de dono regis in recompensationem dampnorum suorum que sustinuit per gentem ipsius, nondum nisi unum ex illis duobus saccis eidem Waltero habere fecerunt, ut dicitur; mandatum est vicecomiti Sumers' quod alium saccum lane de predictis duobus saccis, quem idem Walterus ei intimabit esse reconditum in villa Bristolli apud domum Jordani de Kaerdif, sine dilatione eidem Waltero habere faciat. Teste rege apud Glouc', xxviij. die Maii. Per W. de Kirkeh'.

* Sic in MS.

1234.

[m. 21.] *De decima venationis.*—Mandatum est Willelmo May, Willelmo Luvel et Rogero de Stopham, venatoribus suis currentibus in foresta de Den', quod habere faciant abbati Glouc' vel nuntio suo litteras regis deferenti eis, decimam venationis domini regis quam hac vice ceperunt et capient in foresta de Dene. Teste rege ut supra. Per Amauricum de Sancto Amando.

Pro Ricardo Carbonel.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod de terra de Chastelfranc cum pertinentiis, que extensa fuit usque ad xl. solidos, et de qua Ricardus Carbonel seisitus fuit tempore quo Ricardus de Burgo fuit justiciarius Hibernie, et idem M. postea eum inde disseisivit, ut dicitur, sine dilatione eidem Ricardo Carbonel plenam seisinam habere faciat, ad se sustentandum in servicio domini regis, quamdiu regi placuerit. Teste rege ut supra.

De maeremio ad operationem aule Wintonie.—Mandatum est Henrico de Ferlinton', custodi foreste de la Bere, quod per visum forestariorum et viridariorum faciat habere magistro Elye de Derh', custodi operationis aule domini regis Wintonie vel nuntio litteras domini regis ei deferenti, maeremium in foresta predicta quantum neccesse sit, ad perficiendum operationem ejusdem aule. Teste rege apud Glouc', xxviij. die Maii. Per W. de Kirkeh'.

Pro abbate Glouc'.—Mandatum est Amaurico de Sancto Amando, constabulario Sancti Briavelli, quod permittat sine impedimento quod abbas Sancti Petri Glouc' extrahi faciat id quod adhuc restat extrahendum, si quid restat, de centum quercubus quas rex ei dedit in foresta de Dene ad fabricam ecclesie sue, et de triginta quercubus quas ei dedit ad operationem sacristarie ejusdem domus. Teste rege apud Glouc', xxix. die Maii. Per W. de Kirkeham.

Pro Johanne filio Philippi.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Ostendit nobis dilectus et fidelis noster Johannes filius Philippi quod catalla que inventa fuerunt in manerio de Masham tempore quo quadragesima nostra assidebatur, nostra fuerunt et non ipsius Johannis, nisi tantum ea que habuit de dono nostro postquam quadragesima illa assisa fuit, nec idem Johannes eo tempore manerium illud habuit in manu sua, set fuit in manu nostra. Et ideo tibi precipimus quod si ita est, tunc non permittas quod ballivus Richemund distringat ipsum Johannem pro xviij. solidis reddendis de quadragesima assisa de eisdem catallis. Teste rege ut supra. Per ipsum.

Pro priore de Lanthon'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod occasione unius virgate terre quam prior de Lentonay tenet in Methlegh', non exigat a predicto priore majus tallagium quam alii homines, qui virgatam terre tenent, dant domino regi occasione terrarum quas ibidem tenent. Teste ut supra. Per episcopum Bathoniensem.

1234.

[m. 21.] *De filiis Johannis de Breosa.*—Mandatum est abbati de Cyrencestr' quod duos filios Johannis de Braus' qui sunt in domo sua de commissione Henrici de Ba, tunc vicecomitis regis Glouc', per visum W. Talebot, vicecomitis regis Glouc', vel per visum ejus quem loco suo mittet, liberet Reginaldo de Gasinton' nutriendos sicut eos prius nutrivit antequam per predictum vicecomitem regis ei ablati fuerunt. Teste rege apud Glouc', xxix. die Maii. Per G. de Craucumb'.

De vinis et pannis emendis.—Rex mittit usque Bristollum W. Talebot, vicecomitem Glouc', et Willelmum de Peretot, clericum suum, ad emendum ad opus regis centum dolia vini et quinquaginta libratas diversorum pannorum. Et mandatum est ballivis Bristolli quod eis ad hoc sint auxiliantes et consulentes ad commodum regis, ita quod rex eos inde debeat habere commendatos. Et mandatum est eisdem ballivis quod scire faciant hiis a quibus emerint predicta centum dolia vini et predictas l. libratas pannorum, quod de pretio eorum dominus rex eis satisfaciet. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

Theobaldus de Englescheville' habet litteras de protectione duraturas quamdiu fuerit in[a]

Mandatum est vicecomiti Cumberland' quod loquelam que est in comitatu suo per breve regis de recto inter Robertum de Branwhet petentem et Willelmum de Ireby tenentem, de duabus carucatis terre in Blenecarnd, ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post Pentecosten, anno etc. xviij. Teste rege ut supra. Per episcopum Karliolensem.

Pro Waltero de Clifford'.—Rex perdonavit Waltero de Clifford' mille marcas in quibus tenebatur Ursello et ceteris heredibus Hamonis Hereford' Judei. Et concessit predicto Ursello et ceteris heredibus predicti Hamonis quod ille mille marce allocentur eis in fine quinque milium marcarum quem cum domino rege fecerunt pro habendis debitis que fuerunt ipsius Hamonis, de quibus reddunt domino regi per annum ducentas marcas, ita scilicet quod singulis annis allocentur eis in dicto fine centum marce, donec predicte mille marce eis plene fuerint allocate. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod prefatum Walterum de predictis mille marcis penitus quietum esse, et easdem mille marcas ipsi Ursello et ceteris heredibus predicti Hamonis in predicto fine allocari faciant, sicut predictum est. Cartas etiam et cyrographa que predicti Judei habent de debito predicto, ipsi Waltero deliberari faciant. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

De stipendiis servientum.—Rex dilectis et fidelibus suis Willelmo Talebot, vicecomiti Glouc', et Willelmo de Peretot salutem. Mittimus ad vos Johannem, clericum Johannis Maunsel, clerici nostri, cum rotulis stipendiorum servientum nostrorum contentorum in eisdem

[a] This entry is struck out '*quia in patentibus.*'

1234.
[m. 21] rotulis, mandantes quatinus de catallis que capietis per preceptum nostrum apud Bristollum, servientibus qui presentes erunt, medietatem liberationum suarum habere faciatis, dicentes eis ex parte nostra quod de residuo eis data temporis oportunitate satisfaciemus. De residuo quidem eorundem catallorum retineatis quantum sufficere possit ad medietatem liberationum servientum qui presentes non fuerint, faciendam, illud per visum ejusdem clerici sub salva custodia committentes apud Bristollum, sicut idem clericus vobis plenius exponet. Si vero eadem catalla non sufficiant ad liberationes modo predicto faciendas, tunc liberationes illas amensuretis, prout melius videritis expedire. Teste rege ut supra.

Pro Matheo de Verengni, nepote Ricardi Syward', et Serlone Page, prisonibus.—Mandatum est majori et vicecomitibus London' et custodi gaiole de Newegate quod Matheum de Veringny, nepotem Ricardi Syward', et Serlonem Page, qui sunt in prisona regis de Neuwegat', penitus deliberari faciant quietos, permittentes eum* abire quo voluerint. Teste rege apud Glouc', xxx. die Maii, anno regni nostri xviij.

De aliis prisonibus.—Mandatur vicecomiti Hereford' quod Thomam Suward', nepotem Ricardi Suward', et Martinum de Vivar' et Petrum de Malo Lacu, balistarios, qui sunt in prisona in castro regis Hereford', sine dilatione deliberari faciat, permittens eos abire quo voluerint, penitus quietos. Teste rege ut supra.

Mandatum est vicecomiti Wilt' quod si Walterus Blaring', captus et detentus in prisona de Merleberg', quem Willelmus Wym appellat de morte cujusdam hominis odio et atya et non eo quod inde culpabilis sit, ut rex accepit per inquisitionem quam inde fieri precepit, invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo qui eum manucapiant habere etc., tunc tradat eum etc. Teste rege ut supra.

Pro Hugone de Gurnay.—Dominus rex concessit Hugoni de Gurnay, quem misit in Brittanniam in servicium suum, quod quamdiu ibidem fuerit in servicio suo per preceptum suum, penitus cessent usure de omnibus debitis que debet Mossy filio Isaac, David de Oxonia, et Benedicto Crespin, et Jacobo fratri ejusdem, Londoniensibus Judeis. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod omnes usuras predictorum debitorum interim cessare faciant, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Pro rege. De vinis.—Mandatum est vicecomiti Staff' quod decem dolia vini regis que ballivi Wigornie ei liberabunt, ab eis recipiat et in castro de Brug' reponi et salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Glouc', j. die Junii.

Pro G. Marescallo.—Rex vicecomiti Berk' salutem. Scias quod recepimus in gratiam nostram Gilebertum Marescallum et fratres ejus, et reddidimus eidem G. omnes terras et tenementa que fuerunt R.

* Sic in MS.

1234.

[m. 21.] comitis Marescalli, fratris sui, et que eum jure hereditario contingunt, et homagium suum inde cepimus, et finem fecit nobiscum pro relevio suo. Et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti comitis in balliva tua, de quibus seisitus fuit ut de feodo die quo guerra incepit inter nos et ipsum, et unde disseisitus fuit occasione predicte guerre, eidem G. plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Glouc', xxx. die Maii.

Eodem modo scribitur pro eodem G. vicecomitibus Suhampton', Oxonie, Suff' et Norf', et vicecomitibus Glouc', Wigornie, Wilt', Sussex', Buk' et Bedef', Norhamp', Essex', Dors'; set in comitatibus Suhampt' et Dorset' adicitur quod similiter seisinam habeat de wardis, et similiter in comitatibus Norff' et Suff', Essex'.

Pro Rogero de Berkeroll'.—Rex vicecomiti Sumers' salutem. Scias quod recepimus in gratiam nostram Rogerum de Berkeroll', et ei terras suas reddidimus de quibus disseisitus fuit per preceptum nostrum eo quod fuit contra nos cum R. comite Marescallo. Et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris ipsius Rogeri in ballia tua, de quibus disseisitus fuit occasione predicta, ei sine dilatione plenam seisinam habere facias, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Pro Rogero de Hida.—Consimiles litteras habet Rogerus de Hida directas vicecomitibus Berk', Oxonie.

Eodem modo scribitur pro Ricardo Suward' vicecomitibus Staff', Wilt', Buk', War', Glouc'.

Eodem modo scribitur pro Philippo Basset vicecomitibus Essex', Norht'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Glouc' pro Willelmo de Reyny.

Rex vicecomiti Wiltes' salutem. Scias quod recepimus in gratiam nostram Gilebertum Basset et ei*

Pro Gileberto Basset.—Eodem modo scribitur pro Gileberto Basset vicecomitibus Wilt', Buk', Warwic', Sur', Devonie, Berk', Suhampt', Eboraci, Oxonie; †set in comitatibus Suhampt' et Dorset' adicitur de wardis quod similiter de illis seisinam habeat.†

Pro Waltero Marescallo.—Eodem modo scribitur pro Waltero Marscallo vicecomiti Dors.'

Pro Gileberto de Turbervill'.—Eodem modo scribitur pro Gileberto de Turbervill' vicecomitibus Devonie, Glouc', ballivis de Swenes'.

Eodem modo scribitur pro Roberto de Harlotere, vicecomiti Berk'; pro Boeges de Knovill', vicecomitibus Norhampton', Bedeford', Sussex', Hertford', Cantebrig'.

Pro Ricardo Pincerna.—Eodem modo scribitur vicecomiti Devonie pro Ricardo le Butiller. Teste rege ut supra.

* This entry is cancelled. † From 'set' to 'habeat' is cancelled.

1234.
[m. 21.] Eodem modo scribitur pro Henrico de Braybof vicecomiti Suhampt'; pro Rimundo de Sull' vicecomitibus Devonie, Sumers'; pro Johanne de Sancto Johanne vicecomiti Devonie; pro Gileberto de Umframvill' vicecomiti Devonie; pro Roberto Turbervill' vicecomiti Hereford'; pro Willelmo de Derneford' vicecomiti Glouc'.

Pro Philippo de Sancto Phileberto.—Eodem modo scribitur pro Philippo de Sancto Phileberto vicecomiti War'.

Pro Willelmo le Fleming'.—Eodem modo scribitur pro Willelmo Flandrensi vicecomiti Sumers'. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur pro Ricardo Suward' vicecomiti Staff'.

Eodem modo scribitur pro magistro Willelmo de Christi Ecclesia vicecomiti Heref'.

Pro Wydone Wak'.—Eodem modo scribitur ballivis de Swenes' pro Widone Wak'.

Pro Hoel filio archidiaconi.—Eodem modo scribitur pro Hoel filio archidiaconi ballivis de Swenes'.

Pro Philippo Enebaud'.—Rex vicecomiti Sumers' et Dors' salutem. Scias quod recepimus in gratiam nostram Philippum Enebaud', qui fuit cum R. comite Marescallo contra nos, et ei terras suas reddimus. Et ideo tibi precipimus quod de omnibus terris suis et tenementis de quibus ipse Philippus seisitus fuit in ballia tua die quo guerra incepit inter nos et eundem comitem, et unde disseisitus fuit occasione predicte guerre, eidem Philippo plenam seisinam habere facias.

Pro Roberto de Stansawe.—Eodem modo scribitur vicecomiti Glouc' pro Roberto de Stansawe.

Pro Henrico le Gras.—Eodem modo scribitur vicecomiti Sumers' pro Henrico le Gras.

Eodem modo scribitur pro Willelmo Grasso seniore vicecomitibus Wigornie, Glouc', Sumers'; pro Hamone Grasso vicecomiti Wigornie.

Eodem modo scribitur pro Petro Blundo vicecomiti Buk'.

Pro Eva de Broes'.—Mandatum est vicecomiti Heref' quod habere faciat plenam seisinam Eve de Broes' de manerio suo de Erlesden'.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Surr' pro eadem Eva de manerio de Patesden'.

Pro Gileberto Basset de manerio de Uphaven'.—Rex vicecomiti Wilt' salutem. Scias quod per considerationem curie reddidimus Gileberto Basset seisinam suam de manerio de Uphaven' cum pertinentiis, de quo ipsum per voluntatem nostram disseisivimus. Et ideo tibi precipimus quod eidem Gileberto de predicto manerio cum pertinentiis sine dilatione plenariam seisinam habere facias. Teste rege ut supra.

1234.

[m. 20.] *De Judeis.*—Mandatum est °constabulario Turris London' quod scire faciat° Judeis London' et aliis Judeis qui apud London' venient, quod decetero in nullo sint intendentes vel respondentes Roberto Passelewe de hiis que ad custodiam Judeorum pertinent, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra.

De Adam de Stavell'.—Dominus rex rogat venerabilem patrem W. Eboracensem archiepiscopum quatinus ei comodare velit Adam de Stavell', clericum suum, ad custodiendum castrum cum honore de Cnaresburg', quod Gilebertus Kernet custodivit ad tempus ex parte Petri de Rivall'. Teste ut supra. Per W. de Kirkeham'.

Pro Roberto de Turbervill'.—Mandatum est Petro filio Herberti quod Roberto de Turbervill' de omnibus terris et tenementis suis que de eodem Petro tenuit, et unde disseisitus fuit occasione guerre mote inter dominum regem et R. comitem Marscallum, sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Glouc', j. die Junii. Per ipsum regem.

Pro Henrico de Mortuo Mari.—Mandatum est Thome de Langel' quod equos Henrici de Mortuo Mari quos nuper arestavit in foresta de Wichewude, eo quod cariari fecit buscham in eadem foresta sine licentia ipsius Thome, ut dicitur, sine dilatione faciat deliberari. Teste rege ut supra. Per dominum Bathoniensem.

Pro Joceo filio Petri.—Joceus filius Petri habet litteras de protectione directas ballivis nundinarum Sancti Botulphi. Teste rege ut supra.

De Roberto de la Slade tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem factam per preceptum suum quod Willelmus de Molis appellat Robertum de la Slade odio et atya et non eo quod culpabilis sit, preceptum est vicecomiti Devonnie quod si idem Robertus invenerit tibi† xij. probos et legales homines de comitatu suo, qui eum manucapiant habere coram justiciariis ad primam assisam cum in partes illas venerint, tunc eum tradat in ballium predictis xij. etc. Teste rege ut

H. rex Anglie etc. M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Sciatis quod recepimus Rogerum de Hida in gratiam nostram et ei terras suas reddidimus, de quibus disseisitus fuit eo quod contra nos cum comite R. Marescallo. Et ideo vobis mandamus quod de omnibus terris ipsius Rogeri in Hybernia, de quibus disseisitus fuit occasione predicta, et de catallis ipsius in eisdem terris captis post primam pacem nostram clamatam post bellum de Kyldar', ei sine dilatione plenam seisinam habere faciatis. Teste rege ut supra.‡

° These words are substituted for '*vicecomitibus Lond' quatinus istas litteras scire faciant.*'

† Sic in MS.

‡ This entry is cancelled '*quia non habuit.*'

1234.
[m. 20.]

Pro Hugone de Nevill' de prisonibus.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod prisones quos Hugo de Nevill' ceperit in ballia sua infra comitatum suum et quos idem Hugo ei liberabit, ab eo recipiat et in prisona castri Norhampt' salvo custodiat, donec dominus rex alius* inde preceperit. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

De boscis qui fuerunt Johannis de Bros' et Gileberti de Aquila in comitatu Sussex'.—Mandatum est vicecomiti Sussex' salutem.* Precipimus tibi quod clamari facias per totam bailliam tuam et firmiter prohiberi, quod nullus emat vel de dono sive aliquo alio modo recipiat de boscis qui fuerunt Johannis de Braos' et sunt in custodia Petri de Rivall', nec etiam de boscis qui fuerunt Gileberti de Aquila, qui sunt in manu ipsius Petri in ballia tua, nec permittas quod aliquis sive de dono sive de empto sive aliquo alio modo de boscis predictis aliquid prosternat vel asportet, vel aliquem inde faciat vastum, venditionem vel exilium. Teste rege apud Glouc', ij. die Junii.

Et mandatum est Petro de Rivall' quod de predictis boscis qui fuerunt Johannis de Braos' in custodia sua, nec etiam de boscis qui fuerunt Gileberti de Aquila, qui sunt in manu sua, nullatenus det, vendat vel prosterni faciat, vel aliquod vastum, exilium vel destructionem inde faciat. Teste ut supra.

Pro G. Marescallo.—Rex justiciario Hibernie salutem. Sciatis quod recepimus Gilebertum Marescallum et Walterum et Anselmum fratres ejus in gratiam nostram, et remisimus eis omnem indignationem nostram quam adversus eos conceperamus eo quod fuerunt contra nos cum R. comite Marescallo, fratre suo, et terras suas et tenementa sua eis reddimus. Et ideo vobis mandamus quod de omnibus terris quas predictus Anselmus Marescallus habuit in Hibernia, et de quibus disseisitus fuit occasione predicta, plenam seisinam habere faciatis cum omnibus catallis que fuerunt in eisdem terris ubicunque sint inventa. Teste rege ut supra.

De castro de Pevenes'.—Mandatum est Petro de Rivall' quod in nullo effortiet castrum de Pevenes', quod est in manu sua, set illud teneat in statu quo nunc est. Et sciat quod nisi fecerit, dominus rex precepit vicecomiti Sussex' quod ipse id fieri faciat. Teste rege ut supra.

Idem significatum est vicecomiti Sussex' de castro predicto.

De ballivis portuum quod non intendant Petro de Rivall'.—Mandatum est baronibus portus de Winches' quod Petro de Rivall', camerario Pictavie, in nullo decetero sint intendentes aut respondentes, set domino regi immediate intendant et respondeant, donec aliud a domino rege inde habuerint mandatum. Teste rege apud Glouc', secundo die Junii.

Eodem modo mandatum est baronibus portus de Rya, Dovor', de Heth', de Sandwico, Hasting', Pevenes'.

* Sic in MS.

1234.
[m. 20.]

De Petro de Rivall'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod Petro de Rivall', capicerio Pictavie, in nullo decetero sint intendentes aut respondentes, set domino regi inmediate, donec aliud inde a domino rege habuerint mandatum. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est custodibus cuneorum suorum et cambii sui London' et Cantuarie. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est majori et vicecomitibus London' quod in nullo decetero eidem P. intendant vel respondeant, etsi forte aliquo tempore per preceptum regis eidem fuerunt intendente[s] et respondentes. Teste rege ut supra.

Pro Hugone Paynell'.—Mandatum est Thome de Samford' quod habere faciat Hugoni Paynel tres damos in foresta de Braden', de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro G. Marescallo, de cervis datis.—Mandatum est ballivo regis foreste de Fekeham quod habere faciat G. Marescallo decem cervos in foresta de Fekeham, de dono contra festum milicie sue. Teste rege ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Thome de Langel' quod sine dilatione faciat habere G. Marescallo viginti damos in foresta de Wichewud', contra festum milicie sue. Teste rege ut supra.

De prisonibus Glouc', Suhampt' et de Monem'.—Mandatum est constabulario Glouc' quod omnes prisones qui capti fuerunt in guerra mota inter dominum regem et R. comitem Marescallum, et sunt in prisona Glouc', deliberari faciat, permittens eos penitus quietos abire quo voluerint; ita quod si positi fuerint ad redemptionem, id quod solutum fuerit de redemptione illa, ita solutum remaneat, et de eo quod inde restat solvendum, penitus sint quieti. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Suhampton', pro Willelmo scissore et Augero et aliis prisonibus qui sunt in prisona Wintonie. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur Johanni de Monem' pro prisonibus qui sunt in prisona sua Monem'. Teste rege ut supra.

Pro Hugone de Albiniaco.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod Hugoni de Albiniaco, qui est unus heredum R. comitis Cestrie, assignari faciat rationabilem partem suam que eum contingit, de manerio de Ledes; et de eadem portione plenam seisinam ei habere faciat. Teste rege ut supra.

Pro Hugone de Norwico converso.—Dominus rex mittit usque Lond' Hugonem de Norwico conversum, morandum ad tempus in domo conversorum apud Lond', et ad experiendum cujusmodi sit conversationis. Et mandatum est Josceo filio Petri et S. de Stranda quod ex quo constiterit eis quod baptizatus fuerit et sit honeste vite et conversationis, tunc ei necessaria sicut aliis conversis, qui sunt apud Lond', inveniri faciant. Teste ut supra.

1234.
[m. 20.]

De admissione conversorum.—Mandatum est eis quod Willelmum clericum, Mariotam, Ysabellam de Cantebrigia et Emmam de Gipeswico admittant in domo conversorum Lond', et quod neccessaria eis sicut aliis conversis inveniri faciant. Teste ut supra.

Pro G. Basset.—Mandatum est Thome de Sanford' quod permittat G. Basset claudere parcum suum de Wutton', qui fractus fuit per preceptum domini regis, eo quod fuit contra dominum regem cum comite R. Marescallo, sicut prius claudebatur.

Idem mandatum est constabulario de Windles' de parco ipsius G. de Wocking' et de bosco suo de Mapeldurwell'. Teste ut supra.

Pro Jordano de Mariscis.—Mandatum est justiciario Hibernie quod de omnibus terris et tenementis que Jordanus de Marisco habuit in Hibernia et de quibus disseisitus est occasione guerre mote inter dominum regem et R. comitem Marescallum, eidem Jordano plenariam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro abbate de Stratford'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod occasione quadraginta marcarum que Reginaldus le Burser, qui in abbatia de Straford' moram facit, debet domino regi et que exiguntur ab abbate de Straford' per summonitionem Scaccarii, nullam decetero eidem abbati faciat aut fieri permittat districtionem. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro Amarico de Sancto Amando.—Dominus rex dedit Amarico de Sancto Amando maritagium Asceline, junioris sororis et unius heredum Roberti filii Roberti de Aubeny, ad opus Radulfi de Sancto Amando, filii predicti Amarici. Et mandatum est vicecomiti Bedef' quod, tam de corpore ipsius Asceline quam de rationabili portione sua, que eam contingit, de hereditate que fuit predicti Roberti, predicto Amarico vel ejus certo nuntio plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Glouc', iij. die Junii.

Et mandatum est Johanne[*] de Albiniaco quod eidem Amarico vel ejus certo nuntio, litteras regis deferenti, predictam Ascelinam liberari faciat. Teste rege ut supra.

Pro Joseph de Meusington'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod secundum extentam terre Joseph de Meusington', quam rex fieri fecit et quam eis mittit, et secundum quantitatem debiti quod idem Joseph debet Beytino de Heref' Judeo, rationabiles terminos eidem Joseph habere faciant ad predictum debitum ipsi Judeo reddendum. Teste rege ut supra.

Pro civibus Burdegale.—Mandatum est Willelmo Talebot et Willelmo de Peretot quod vina civium Burdegale que capi fecerunt apud Bristollum pro comite Marescallo, qui pro eo rogaverat in vita sua per dominum Bathoniensem, W. de Ralegh' et G. de Craucumb', loco vinorum que capi debent de burgensibus Bristolli, eis reddi faciant sine dilatione. Teste ut supra. Per W. de Kirkeham et G. de Craucumb'.

* Sic in MS.

1234.
[m. 20.]

Pro G. Basset.—Rex vicecomiti Wiltes' salutem. Ostendit nobis G. Basset, quem recepimus in gratiam nostram, quod cum Johannes Aracle et Willelmus de Writel' qui fuerunt in servicio suo in hac guerra, ad mandatum suum essent in veniendo versus curiam nostram ad misericordiam nostram petendam, sicut concessimus quod fiat ab omnibus qui contra nos fuerunt in predicta guerra, vel qui ea occasione utlagati fuerunt, contigit uthesium super eos levari, propter quod timentes sibi de corporibus suis tamquam hii qui fuerunt homines de guerra, fugerunt ad ecclesiam de Bluntesden', in qua se tenent et eos ibidem facis custodiri. Et ideo tibi precipimus quod si ita est, tunc eos dictam ecclesiam exire et ad pacem nostram venire permittas. Teste ut supra. Per W. de Kirkeham et G. de Craucumb'.

Dominus rex recepit G. Basset in gratiam suam et ei omnes terras et tenementa sua reddidit, de quibus disseisitus fuit per preceptum regis, eo quod fuit cum Ricardo comite Marescallo contra regem. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod de manerio de Mereden' talem seisinam habere faciat qualem inde habuit antequam inde disseisitus fuit per preceptum regis. Teste rege apud Glouc', iij. die Junii.

Eodem modo[a] mandatum est vicecomiti Surr' pro eodem G. de manerio de Sutton'. Teste rege ut supra.

Pro Ranulfo Britone. Mandatum est vicecomiti Norf' quod talem seisinam habere faciat Ranulfo Britoni de terris suis in Sparl' et Kersingh', qualem inde habuit die quo inde disseisitus fuit per preceptum domini regis. Teste rege apud Glouc', iiij. die Junii.

Pro comite Pictavie et Cornubie.—Mandatum est Ricardo Suward' quod sine dilatione talem seisinam habere faciat R. comiti Pictavie et Cornubie de terris suis, que ipsum contingunt nomine dotis Isabelle comitisse Glouc' uxoris sue, in Glamnorgan, qualem inde habuit antequam inde disseisitus fuit occasione guerre mote inter dominum regem et R. comitem Marescallum. Teste rege ut supra. Per Karliolensem.

Pro Johanne de Sancto Quintino.—Mandatum est G. Marescallo quod sine dilatione talem seisinam habere faciat Johanni de Sancto Quintino de castro suo de Lamblethyan cum pertinentiis et omnibus aliis terris suis in Glamnorgan, qualem inde habuit ante guerram motam inter ipsum regem et R. comitem Marescallum. Teste rege ut supra. Per Amaricum de Sancto Amando.

Pro Henrico de Trublevill'.—Rex commisit Henrico de Trublevill', senescallo suo Wasconie, ad se sustentandum in servicio suo, quamdiu domino regi placuerit, manerium de Sypton' cum pertinentiis, quod fuit comitis Glouc', ita quod quam cito rex providerit ei in quadraginta libratis terre, predictum manerium revertetur in manum domini regis. Et mandatum est Ricardo de

[a] Omitted in MS.

1234.
[m. 20.] la Lade, custodi terrarum que fuerunt G. comitis Glouc', quod de predicto manerio cum pertinentiis eidem Henrico vel certo nuntio suo ad opus suum, plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro H. de Burgo.—Rex remisit H. de Burgo, comiti Kancie, indignationem suam et ipsum in gratiam suam recepit, et reddidit ei honorem de Wirmeg'. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod eidem Huberto de predicto honore cum pertinentiis sine dilatione talem seisinam habere faciat qualem inde habuit die quo inde disseisitus fuit per preceptum regis, salvo tamen jure cujuslibet inposterum. Teste rege apud Glouc', iij. die Junii.

Eodem modo significatum est vicecomiti Norhampt' quod dominus rex remisit eidem H. indignationem suam etc. et reddidit ei manerium suum de Henlawe. Et mandatum est eidem vicecomiti quod predicto Huberto de manerio predicto plenam seisinam habere faciat. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Middelsex' de domibus predicti Huberti apud Westmonasterium; vicecomiti Sumerset' de manerio de Womfrod'; vicecomiti Kancie de manerio de Neuton': vicecomitibus Norf' et Suff' de maneriis de Burg', Beston', Neuton', Suterton', que sunt de hereditate ipsius Huberti, et etiam de manerio de Causton'. Teste ut supra. Per ipsum regem. Vicecomiti Glouc' de manerio de Elmoure; vicecomiti Linc' pro Magata, filia predicti Huberti de manerio de Crokeston'; vicecomiti Sussex' pro Magata, filia predicti Huberti, de manerio de Porteslade. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Mandatum est vicecomiti Surr' quod accepta ab eodem Huberto securitate quod satisfaciet Templariis super debito quod eis debet, et in cujus solutionem dictum manerium dominus rex eis liberari fecit, vel quod super eodem stabit judicio curie sue, eidem Huberto de predicto manerio cum pertinentiis sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Glouc', iiij. die Junii.

Rex concessit H. de Burgo quinquaginta libras de comitatu Kancie percipiendas singulis annis in tota vita sua nomine comitis Kancie. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod eidem Huberto predictas quinquaginta libras de comitatu Kancie singulis annis habere faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

De militibus destinandis in Brittanniam.—Rex dilectis et fidelibus suis, magistro Philippo de Ardern' et Bartholomeo Pech' salutem. Mittimus ad vos dilectum clericum nostrum Johannem Maunsel cum rotulis nostris formam provisionis nostre coram nobis facte continentibus, mandantes quatinus omnes denarios nostros quos penes vos habetis, eidem Johanni liberetis ad faciendum liberationes et pacationes militum qui transfretaturi sunt in Brittanniam in servicium nostrum, prout ei injunximus, una tecum, Bartholomee, quem ei ad hoc volumus associari. Vobis siquidem, magister Philippe, mandamus quatinus, liberatis eidem Johanni denariis predictis, sicut predictum

1234.

[m 20.] est, ad nos venire non differatis. De navibus quidem quas usque Portesm' venire fecimus, habere faciatis militibus nostris predictis prout opus habuerint et expedire videritis. Teste rege apud Glouc', iiij. die Junii. Per G. de Craucumb'.

Pro abbate Sancti Augustini Bristolli.—Rex electioni facte de fratre Willelmo, quondam priore de Sancto Augustino Bristolli in abbatem ejusdem ecclesie, prebuit assensum et favorem. Et mandatum est vicecomitibus Dors' et Sumers' quod de omnibus terris et tenementis ad dictam abbatiam in ballia sua pertinentibus, de quibus David, predecessor ejus, fuit seisitus die quo abbatiam suam resignavit, sine dilatione plenam seisinam habere faciant. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Glouc'. Teste rege ut supra.

[m. 19.] *Pro abbate de Flexleg'.*—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod per forestarios et viridarios et alios probos et legales homines de foresta de Dene diligenter inquirat quantum et quomodo abbas de Flexleg' habere consuevit per septimanam in foresta de Dene ad sustentationem forgie sue itinerantis, tempore quo G. Basset fuit constabularius Sancti Briavelli et habuit custodiam predicte foreste, et postea tempore Petri de Rivall'. Et tantum et eo modo ipsum habere permittat in predicta foresta ad predicte forgie sue sustentationem, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Glouc', iiij. die Junii.

Pro episcopo Dunholmensi. De damis datis.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat R. Dunholmensi episcopo quinque damos in foresta de Savernak' contra instans festum Pentecostes, de dono regis. Teste rege ut supra.

Mandatum est constabulario de Windles' quod habere faciat eidem episcopo quinque damos in foresta de Windles', de dono regis. Teste rege ut supra.

Mandatum est Ricardo Syward' quod sine dilatione talem seisinam habere faciat Willelmo de Kaerdiff' de omnibus terris suis cum pertinentiis in ballia sua, qualem inde habuit ante guerram motam inter ipsum regem et R. comitem Marescallum. Teste rege apud Theuk', iiij. die Junii.

Pro Petro le Buteiller.—Eodem modo mandatum est Ricardo Syward' quod sine dilatione etc. Petro le Buteiller plenam seisinam de omnibus terris ipsius Petri cum pertinentiis in ballia sua plenam seisinam* habere faciat. Teste rege ut supra.

Pro abbate de Persor'.—Mandatum est ballivo foreste de Fecham quod habere faciat abbati de Persor' iij. damos in foresta de Feckeham, de dono regis. Teste rege ut supra. Per G. de Crauc'.

* Sic in MS.

1234.
[m. 19.]

Pro Matildi que fuit uxor Alvredi de Lacu.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod faciat habere Matildi, que fuit uxor Alvredi de Lacu, rationabilem dotem suam que eam contingit de terris que fuerunt ipsius Alvredi, quas de domino rege tenuit in capite in baillia sua, et que fuit in manu domini regis occasione mortis ipsius Alvredi. Teste ut supra.

Pro priore de Monem'. — Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod habere faciat priori de Monem' tresdecim quercus in foresta de Den', de dono regis ad reparationem ecclesie beati Thome Martiris, que combusta fuit in guerra. Teste rege apud Theok', vj. die Junii. Per ipsum regem.

De parco de Havering'.—Quia quedam merca parci regis de Havering', quam ballivi de Havering' custodire tenentur, nimis debilitata est, mandatum est eisdem ballivis quod ipsam emendent et custodiant, sicut facere debent, et hactenus facere consueverunt. Teste rege apud Theok'. v. die Junii.

Pro Johanne de Monem'.—Mandatum est G. Marescallo quod sicut rex ei alias ei[°] viva voce injunxit, Johanni de Monem' et omnibus aliis qui in guerra proximo preterita per comitem R. Marescallum, fratrem ipsius G., disseisiti fuerunt de terris et tenementis suis, ea sine dilatione restituat, ita quod decetero querela ad regem inde non perveniat, nec permittas[°] quod homines sui sub manutenemento suo ipsum Johannem gravent vel molestent. Et quia datum est intelligi domino regi quod quidam homines de Went triturant et asportant blada monachorum de Gratia Dei de quo vivere deberent, mandatum est eidem G. quod si fuerint homines sui damnum illud perpetrantes, sine dilatione faciat eos amoveri et cessare. Teste me ipso apud Theok', xj. die Junii, anno regni nostri xviij.

Insule. Pro Roberto de Vado.—Rex etc. baillivo de Gernere salutem. Ostendit Robertus de Vado quod cum esset in Normannia ad perquirendum victum suum, quia per solum rettum interim ei et uxori sue fuit inpositum crimen latrocinii, disseisitus fuit de terra sua in parochia Sancti Michaelis, et quia paratus est, ut dicit, stare recto super retto predicto secundum consuetudinem Insularum; tibi precipimus quod si sufficientes plegios tibi super hoc invenerit, tunc de terra sua plenam seisinam habere facias, nisi aliquid aliud fecerit vel versus eum actum fuerit quare secundum consuetudinem Insularum seisinam suam inde recuperare non debeat. Teste ut supra.

De Roberto de Rocheleg' constituto justiciario in Banco.—Rex constituit Robertum de Rocheleg' justiciarum suum in Banco. Et mandatum est R. de Lexinton' quod ipsum ad hoc recipiant,[°] sacramento ab eo in presentia sua corporaliter prestito quod negotiis domini regis in Banco una cum eis fideliter intendet. Teste rege ut supra.

[°] Sic in MS

1234.
[m. 19.]

Pro Roberto Lupo.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod de demanda centum librarum quam per summonitionem Scaccarii facit Roberto Lupo, pacem ei habere permittat usque in unum mensem post festum Sancte Trinitatis, anno etc. xviij. ut interim videatur apud predictum Scaccarium utrum ipse teneatur domino regi inde respondere vel non. Teste rege apud Theok', vij. die Junii. Per W. de Kirkeh', decanum Sancti Martini.

Pro abbate de Persor'.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod habere faciat abbati et monachis de Persor' id quod eis deest de centum quercubus, quas dominus rex alias eis dedit ad operationem ecclesie sue, si eas nondum plene habuerint. Teste rege apud Theok', viij. die Junii. Per G. de Craucumb'.

Pro comite de Ferariis.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus W. de Ferrariis, comiti Dereb', xx. libras per quas finem fecit nobiscum pro habendo eo quod ad nos pertinet per unum annum et unum diem de terra quam H. de Burgo, qui utlagatus fuit, de ipso comite tenuit in Caldecot', Chelveston', Ringsted, et Stanewigg'. Et ideo vobis mandamus quod ipsum comitem de predictis xx. libris quietum esse faciatis. Teste rege apud Theok', vij. die Junii, anno regni nostri xviij. Per ipsum regem.

De hominibus de Scaleby.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod permittat homines de Scaleby tenere villam domini regis de Scaleby ad firmam, sicut dominus rex illam eis dimisit, nec ipso distringat ad respondendum ei super aliquod quod pertineat ad firmam suam ville predicte, unde domino regi debent respondere. Teste rege apud Theok', ix. die Junii. Per W. de Ralegh'.

Pro Thoma de Haweye.—Mandatum est Ricardo Suward' quod sine dilatione habere faciat Thoma de Haweye talem seisinam de omnibus terris et tenementis suis in ballia sua, unde disseisitus fuit occasione guerre mote inter dominum regem et R. comitem Marescallum, qualem inde habuit ante guerram predictam. Teste rege apud Wigorniam, x. die Junii.

Pro Thoma de Saunford'.—Eodem modo scribitur eidem Ricardo pro Thoma de Saunford' de terris et tenementis suis etc. Teste rege apud Wigorniam, xj. die Junii.

Eodem modo mandatum est eidem Ricardo pro Johanne de Reyny.

Pro Johanne de Sancto Quintino.—Eodem modo mandatum est eidem Ricardo pro Johanne de Sancto Quintino de castro de Landbledian et omnibus terris etc.

De seisina terrarum.—Eodem modo mandatur baillivo de Glammorgan pro Rogero filio Pagani.

1234.
[m. 19.]

Et vicecomiti Sumers', baillivo de Sweineshe, pro Ricardo le Buteiller.

Et baillivo de Sweinesh' pro Jordano de Kantinton'.

Eodem modo mandatur vicecomiti Glouc' pro Willelmo de Derneford'. Et vicecomiti Suht' pro Willelmo de Lawern'. Et vicecomitibus Sumers' et Devonie pro Willelmo de Barry.

Eodem modo mandatur vicecomitibus Sussex', Surr', Buk' et baillivis de Sweineshe pro Margareta que fuit uxor Johannis de Breosa, de terris suis que eam contingunt nomine dotis in bailliis suis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatur vicecomiti Glouc' pro Willelmo de Reingni. Et vicecomiti Sumers' pro Moricio de Cantilupo.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Devonie pro Willelmo filio Mauricii.

De eadem.– Eodem modo mandatum est G. Marescallo, comiti Penbr', pro Gaufrido de Lucy de terris et tenementis suis in Kaerwent'. Teste rege apud Wigorniam, xj. die Junii.

Eodem modo mandatum est R. comiti Pictavie et Cornubie pro Willelmo de Lambilso de terris et tenementis suis de honore de Brekkenyoue. Teste rege apud Thek', xij. die Junii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' pro Roberto de Culinges de terris et tenementis suis in ballia sua. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est constabulario de Albo Castro pro Wernok' filio Yoweini et Reryt' filio Seysill', de terris et tenementis suis in ballia sua. Teste rege apud Theok', xiiij. die Junii.

Eodem modo mandatum est Ricardo Suward' pro Hawisia que fuit uxor Walteri de Breus', de terris quibus idem Walterus et Hawisia disseisiti fuerunt etc.

Pro magistro Willelmo Brun'.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod sine dilatione habere faciat magistro Willelmo Bruno areragia sua que ei debentur de tempore quo fuit vicecomes Surr', de quibus debet respondere ad Scaccarium. Teste rege apud Wygorniam, xij. die Junii.

Pro Philippo de Albiniaco.—Simili modo mandatum est Nicholao de Molis quod habere faciat Philippo de Albiniaco areragia sua, que ei debentur de tempore quo fuit baillivus Insularum.

Mandatum est baillivo foreste de Bradene quod habere faciat Philippo de Albiniaco tres damos in foresta predicta, de dono domini regis. Teste ut supra.

Pro Radulfo Bluet de Langestan.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod faciat habere Radulfo Bluet de Langestan talem seisinam de terris que fuerunt Radulfi Bluet de Ragelan in ballia sua, qui

1234.
[m. 19.] mortuus est, quarum terrarum custodia ad ipsum Radulfum pertinet, eo quod idem Radulfus Bluet de Ragelan de eo tenuit per servicium militare, ut dicitur, qualem idem Radulfus de predictis terris habuit die quo inde disseisitus fuit per preceptum regis occasione guerre mote inter dominum regem et R. comitem Marescallum. Teste rege apud Wigorniam, xij. die Junii.

Pro Alano filio Warini.—Rex concessit Alano filio Warini, qui profectus est in servicium domini regis ad partes Brittannie per preceptum suum, quod non distringatur ad triginta et duas marcas solvendas Miro de Cantebrigia Judeo, in quibus ei tenetur, nec inde currant usure quamdiu fuerit in servicio domini regis in partibus predictis, sicut predictum est. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege ut supra.

Pro Roberto Lupo de quercubus.—Mandatum est Roberto de Everingham quod habere faciat Roberto Lupo decem quercus in foresta de Shyrwude, de dono domini regis. Teste rege apud Wygorniam, xiij. die Junii. Per G. de Craucumb'.

Pro Roberto Lupo de vinis.—Mandatum est baillivis Lincoln' quod si Robertus Lupus nondum habuerit duo dolia vini que ei data fuerunt per regem de veteribus vinis suis Linc', et de quibus rex preceperat quod ea ei habere facerent, tunc ei habere faciant duo dolia vini de melioribus vinis suis anni preteriti. Teste rege apud Wygorniam, xiij. die Junii. Per G. de Craucumb'.

Pro Hugone de Albiniaco.*—Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod distringat Robertum de Briwes, qui fuit vicecomes Norf' et Suff', ad reddendum Hugoni de Albiniaco omnes exitus quos recepit de terra ipsius Hugonis in ballia sua, postquam dominus rex reddidit eidem Hugoni terram suam, ut de pannagio, auxiliis et finibus hominum et aliis de quibus non respondit ad Scaccarium regis, et quod similiter reddat eidem Hugoni omnia arma sua que invenit in castro de Rising' quando illud recepit. Teste rege apud Wigorniam, xiij. die Junii. Per G. de Craucumb'.

Eodem modo scribitur vicecomiti Kancie quod reddat etc. exceptis armis.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Sussex' quod distringat Emericum de Cancellis, qui fuit vicecomes Sussex', ad reddendum eidem Philippo† omnes exitus quos recepit de terra ipsius Hugonis etc. in brevi precedenti, et omnia arma sua, que invenit in castro de Arundel. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb.'

Eodem modo scribitur vicecomiti Essex' ad distringendum Robertum Passelewe, exceptis armis.

* Substituted for "*Philippo.*" † Sic in MS.

1234.
[m. 19.] *Pro Gilleberto Basset.*—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod de terra cum pertinentiis, quam Warinus Basset habuit de dono Gilleberti Basset fratris sui in Dadynton' et Clyfton', talem seisinam predicto Gilleberto, tamquam domino feodi, habere faciat, qualem predictus Warinus habuit die quo inde disseisitus fuit per preceptum regis, eo quod fuit contra ipsum regem cum R. comite Marescallo. Teste rege ut supra. Per W. de Raleg'.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Eboraci quod [de] terra cum pertinentiis in Ledes, que fuit predicti Warini, et quam habuit de dono ipsius Gilleberti fratris sui, talem seisinam habere faciat eidem Gilleberto etc. ut in brevi precedenti. Teste rege ut supra. Per W. de Raleg'.

Pro abbate de Bittelesden'.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod si abbas de Bitlesden' nondum plene habuerit quinquaginta quercus, quas rex ei dedit in haya sua de Haverle, ad fabricam ecclesie, tunc id quod ei inde deest, sine dilatione ei habere faciat. Teste rege ut supra.

Pro Johanne Saraceno.—Quia datum est intelligi domino regi quod quedam virga terre cum pertinentiis in Benetleg' et tres solidate redditus cum pertinentiis in Tudelford', de quibus placitum motum est in comitatu Salopie per breve domini regis de recto inter Thomam Corbet, petentem, et Johannem Saracenum, tenentem, pertinent ad prebendam ipsius Johannis de Brug', quam habuit de dono regis; mandatum est vicecomiti Salopie quod placitum illud ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post festum Sancti Michaelis, anno etc. xviij. Teste rege ut supra. Per W. de Raleg'.

Mandatum est escaetoribus domini regis quod boves carucarum domini regis de manerio regis de Shipton', quod dominus rex commisit H. de Trublevill', per probos et legales homines appretiari faciant et per idem pretium eisdem* H. dimittant, accepta ab eo securitate de predicto pretio eidem* escaetoribus reddendo ad opus domini regis. Teste rege ut supra.†

Pro Henrico de Trublevill'‡.—Mandatum est custodibus gardarum et escaetarum suarum quod per probos et legales homines appretiari faciant boves carucarum domini regis qui sunt in manerio regis de Shipton', quod commisit Henrico de Trublevill' ad se sustentandum in servicio suo quamdiu domino regi placuerit, et per idem pretium dictos boves ipsi Henrico dimittant, accepta ab eo securitate quod quando predictum manerium redibit in manum regis, tot boves et tanti pretii domino regi cum predicto manerio reddet, vel de predicto pretio domino regi ad Scaccarium satisfaciet. Teste rege apud Theok'. xiij. die Junii.

* *Sic in MS.* † This entry is cancelled 'quia aliter proximo inferius.'
‡ Substituted for 'H. escaetori domini regis.'

1234.
[m. 19.] *Pro R. comite Bygoth.*—Dominus rex reddidit R. comiti Bigot omnia catalla sua, que inventa fuerunt in manerio ipsius comitis de Settrington' die quo Brianus de Insula manerium illud cepit in manum domini regis per preceptum regis occasione guerre mote inter dominum regem et R. comitem Marescallum. Et mandatum est eidem Briano quod omnia catalla predicta eidem comiti sine dilatione reddat, vel de pretio eorundem catallorum, si vendita fuerint vel alio modo alienata, ei satisfaciat. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

De prisone.—Mandatum est vicecomiti Wilt' quod Thomam Aylwi de Perytton', quem cepit et captum tenet, ut dicitur, pro receptamento hominum Gilleberti Basset et aliorum inprisiorum R. comitis Marescalli, dum fuerunt contra regem et antequam dominus rex eos recepisset in gratiam suam, sine dilatione deliberari faciat, nisi aliud fecerit delictum vel malefactum propter quod non debeat deliberari. Teste rege ut supra. Per W. de Raleg'.

Pro Baldewino de Gygnes'.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod undecim libras et decem et octo solidos, qui remanserunt in custodia sua de denariis domini regis quos recepit ad liberationes faciendas servientibus regis, qui remanserunt in garnisona castri de Muntgumery et in aliis partibus comitatus sui, faciat habere Baldewino de Ver de prestito regis. Teste rege ut supra.

Pro Johanne de Marisco.—Rex justiciario suo Hibernie salutem. Quia Johannes de Marisco fuit cum dilecto et fideli nostro W. comite Warennie tempore quo disseisitus fuit de terris suis in partibus Hibernie per preceptum nostrum, occasione guerre mote inter nos et R. comitem Marescallum; vobis mandamus quod eidem Johanni vel ejus assignato de omnibus terris et tenementis suis in Hibernia, de quibus disseisitus fuit per preceptum nostrum occasione predictam,* talem seisinam habere faciatis, qualem habuit die quo inde disseisitus fuit per preceptum nostrum. Teste me ipso apud Theok', xiij. die Junii.

Pro abbate de Alengay.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod permittat abbatem de Alengay sternere et sine inpedimento chiminagii cariare centum quercus ad domum suam, quas Henricus de Ortiaco et alii in balliva sua de boscis suis ei dederunt, ut dicitur, ad operationem dormitorii domus sue. Teste ut supra.

Pro Jorercho filio Griffini prisone.—Mandatum est Waltero de Baskervill' quod Jorverchum filium Griffini, hominem Roberti de Turbervill', qui est in prisona sua et qui captus fuit in guerra, que nuper fuit inter dominum regem et R. comitem Marescallum, sine dilatione a prisona deliberari faciat. Teste rege ut supra.

---

* *Sic in MS.*

1234.

[m. 19.] *Pro Johanna Briwer'.*—Quia Hugo Wak' distulit assignare Johanne, que fuit uxor Willelmi Briwer', rationabilem dotem suam, que eam contingit de manerio de Cestrefeld', sicut dominus rex ei injunxit, mandatum est vicecomiti Derb' quod de predicto manerio tam in dominicis quam in redditibus et serviciis hominum et aliis ipsi Johanne sine dilatione rationabilem dotem suam assignet, et ei plenam seisinam inde habere faciat. Teste rege ut supra. Per W. de Raleg'.

Mandatum est constabulario Glouc' quod de vinis domini regis que sunt in custodia sua, sine dilatione liberari faciat ballivis Glouc' tria dolia vini carianda quo dominus rex eis injunxit. Teste rege apud Theok', xv. die Junii.

Pro rege de vinis.—Mandatum est constabulario Glouc' quod de vinis domini regis, que sunt in custodia sua, statim visis litteris liberari faciat Thome Buszelquat, valetto de buttelaria domini regis, quatuor dolia vini carianda ad dominum regem usque Theok'. Teste rege apud Theok', xiij. die Junii.

Pro Roberto de Gurnay.—Dominus rex concessit Roberto de Gurnay quod xl. libras, quas regi debet de relevio suo et aliis debitis, reddat regi ad terminos subscriptos, videlicet, ad festum Sancti Michaelis, anno etc. xviij. xx. libras, et ad Natale proximo sequens, anno etc. xix. xx. libras. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod hec ita fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Theok', xv. die Junii. Per ipsum regem.

Dominus rex concessit Willelmo Chaperon, cui commisit manerium de Cokeby ad se sustentandum in servicio domini regis, quamdiu regi placuerit, quod talliet homines de manerio predicto, sicut dominus rex fecit talliari homines de dominicis suis. Et mandatum est eisdem hominibus quod ad hoc ei sint intendentes et respondentes. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.*

[m. 18.] *Pro Willelmo Herlof.*—Mandatum est ballivis Bristolli quod navem Willelmi Herlof, que capta fuit apud Bristollum, sine dilatione reddi faciant eidem Willelmo cum armamentis et aliis rebus ejusdem navis, nisi ibidem capta fuerit extra tempus pacis vel trenge. Teste rege apud Theok', xv. die Junii.

De terra David Basset.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod capiat in manum domini regis omnes terras David Basset in balliva sua, qui captus fuit in Hibernia cum comite R. Marescallo, et eas salvo custodiat, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro abbate Glouc'.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod trabes, cheverones et pecias que jacent in foresta de Dene et adhuc restant cariande, de centum quercubus quas rex dedit in eadem foresta ad operationem ecclesie Sancti Petri Glouc', permittat

* This entry is cancelled 'quia non est dominicum nec habet litteras.'

1234.

[m. 18.] David monachum, custodem ejusdem operationis, libere et sine inpedimento cariare usque Glouc' ad eandem operationem. Teste rege ut supra.

Pro W. de Kirkeh'.—Mandatum est Roberto de Everingham quod si W. de Kirkeham, decanus Sancti Martini London', nondum habuerit xxx. quercus, quas dominus rex ei dedit in foresta de Syrewude, tunc ei predictas xxx. quercus habere faciat, permittens etiam eundem libere et sine inpedimento chiminagii capere et prosternere et cariare id quod perquirere poterit in predicta foresta, de dono eorum qui boscos ibidem habent. Teste rege apud Theok', xiiij. die Junii. Per G. de Craucumb'.

Pro leprosis hospitalis de Cestrefeld'.—Quia datum est intelligi domino regi quod leprosi hospitalis de Cestrefeld' sepius molestantur et inpediuntur super receptione sex librarum quas percipiunt per annum de elemosina domini regis constituta; mandatum est H. Wac quod predictam elemosinam eis de cetero ad duos terminos expedite et sine dilatione faciat habere, scilicet unam medietatem ad festum Sancti Michaelis et aliam medietatem ad Pascha. Teste rege ut supra.

Hybernia. Pro Rogero de Hyda.—Mandatum est Mauricio filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod omnia catalla inventa et capta in terris Rogeri de la Hyde in Leynester' post pacem domini regis primo clamatam post bellum commissum inter fideles domini regis Hybernie et comitem R. Marescallum, sine dilatione eidem Rogero habere faciat. Teste ut supra.

Pro Griffino filio Craddok' prisone.—Mandatum est Johanni de Monem' quod Griffinum filium Craddok' et fratrem ejus, quos adhuc captos tenet apud Monem', ut dicitur, sine dilatione deliberari faciat. Teste rege apud Theok', xvj. die Junii.

Pro Mabilia de Cantilupo.—Dominus rex concessit Mabilie de Cantilupo quod habeat unam forgiam itinerantem in foresta de Dene, eo modo quo ipsam forgiam habere consuevit, de concessione domini regis. Et mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod predictam Mabiliam predictam forgiam habere permittat in eadem foresta, sicut predictum. Teste rege ut supra. Per Karleolensem.

Pro elemosinario de Theok'.—Mandatum est Johanni filio Philippi quod habere faciat elemosinario de Theokesbir' quatuor quercus in foresta de Kenefar' ad carbonem faciendum et cariandum ad domum suam, sparsim per loca ubi melius videbit expedire et ad minus nocumentum foreste, et quam propius poteritis* aque Sabrine, de dono regis. Teste rege ut supra. Per Karleolensem.

* *Sic in MS.*

1234.
[m. 18.]

Pro abbate de Theok'.—Mandatum est eidem Johanni quod habere faciat abbati de Theokesbir' viginti et quinque fusta in foresta de Kenefar' ad maeremium faciendum, sparsim per loca ubi melius viderit expedire et ad minus nocumentum etc. ut in precedenti brevi. Teste rege apud Theok', xvj. die Junii. Per Karleolensem.

Pro Radulfo Russel.—Dominus rex commisit Radulfo Russel terram de Rodes, que fuit Nicholai Forsi, Normanni, ad se sustentandum quamdiu regi placuerit, quam Johannes Russel pater suus habuit de ballio domini J. regis. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod de predicta terra cum pertinentiis suis plenam seisinam ei habere faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Pro hominibus de Lugwurthin et Mauwurthin et etiam [*]pro rege de.[*]—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod per probos et legales homines de comitatu suo per quos rei veritas melius sciri poterit, diligenter inquirat que dominica homines domini regis de Lugwurth' et Mauwurth' tenuerunt in predictis maneriis tempore H. regis, avi domini regis, et Ricardi regis, avunculi sui, et tempore domini J. regis, patris sui, usque ad guerram motam inter ipsum et barones suos, et dominica predicta que in maneriis predictis habere consueverunt tempore predicto, ipsos tenere permittat; et quod capiat in manum regis terras quas post tempus predictum tenuerint per ballium regis et ipsas excoli faciat. Teste rege ut supra.

Pro abbate de Glouc'.—Rex constabulario Bristolli salutem. Scias quod concessimus quod per totum regnum nostrum dentur decime de dominicis fenis et molendinis nostris. Et ideo tibi precipimus quod de fenis bertone nostre Bristolli et molendinis ejusdem bertone decetero decimam reddi facias abbati Theok' tanquam persone ecclesie Sancti Jacobi, Bristolli, in cujus parrochia predicta bertona et molendina sita sunt. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur baillivis Bristolli de molendinis Bristolli.

Pro mercatoribus de terra regis Alemannie.—Mandatum est majori et vicecomitibus London' quod occasione concessionis domini regis eis facte ad claudendum civitatem Lond', nullam capiant consuetudinem vel exigant de mercatoribus de terra regis Alemannie vel archiepiscopi Coloniensis, set exactionem illam ponant in respectum donec dominus rex ad partes illas venerit et cum predictis majore et vicecomitibus locutus fuerit. Teste rege ut supra.

Pro abbate et canonicis Sancti Thome Dublin'.—Mandatum est majori et civibus Dublin' quod occasione consuetudinis quam dominus rex eis concessit capiendam de rebus venalibus et mercandisis[†] venientibus ad civitatem Dublin' in auxilium civitatis Dublin' claudende, nullam consuetudinem capiant de bladis et victualibus

* These words are struck out. † Sic in MS.

1234.

[m. 18.] abbatis et canonicorum Sancti Thome Dublin', que de maneriis et redditibus suis duci faciunt per villam Dublin' ad domum suam ad sustentationem ejusdem domus. Teste rege apud Theok', xvij. die Junii.

De obsidibus deliberandis.—Mandatum est Hugoni de Kilpek' quod Walterum filium Johannis de Ebroicis, militis, et socium Walteri de Clifford', quem idem Johannes ei liberavit in obsidem pro fideli servicio suo et quem rex ei commisit custodiendum, eidem Waltero de Clifford' sine dilatione liberet. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est Willelmo filio Warini quod liberet eidem Waltero Hugonem filium Walteri de Dunr', militis, et socium ipsius Walteri de Clifford', quem idem W. de Dunre liberavit ei in obsidem etc. Teste rege ut supra.

De espervariis et muschettis distribuendis ex parte domini regis.—Mandatum est constabulario de Tunebrig' quod de aeriis espervariorum, que sunt in foresta de Tunebrig', faciat habere Bertramo de Cryoil, constabulario Dovor', duodecim espervarios et quinque muschettos distribuendos inter milites qui sunt in munitione ejusdem castri, de dono domini regis. Teste rege apud Theok', xviij. die Junii.

Pro Ricardo Suward' de cervis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod habere faciat Ricardo Suward' tres cervos in foresta de Menedep', de dono domini regis. Teste rege apud Theok', xix. die Junii.

Pro hospitali de Cestrefeud'.—Quia datum est intelligi domino regi quod leprosi hospitalis de Cestrefeud' sepius molestantur et inpediuntur super receptione sex librarum quas percipiunt per annum de manerio de Cestrefeud', de elemosina nostra constituta: mandatum est Hugoni Wak' quod predictam elemosinam eis decetero ad duos terminos expedite et sine dilatione faciat habere, scilicet unam medietatem ad festum Sancti Michaelis, et aliam medietatem ad Pascha. Teste rege apud Theok', xiiij. die Junii, anno etc.

Pro Henrico de Bernevall', capellano domini regis.—Mandatum est Ade filio Willelmi quod habere faciat Henrico de Bernevall', capellano domini regis, quinque quercus cum coperonibus et omnibus escaettis suis in parco de Radleg' in loco competenti et propinquiori domui sue, et ad minus dampnum ejusdem parci, ad maeremium faciendum, de dono domini regis. Teste rege apud Winchecumb', xx. die Junii. Per episcopum Karleolensem.

Pro abbate de May.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod loquelam que est in curia domini regis in assisa de Limeric' per breve domini regis de recto inter Mauricium de Lond', petentem, et Donatum abbatem de May, tenentem, qui profectus est ad capitulum Cisterciense, de terra in Balihoder, Enagheuly, Culether, Kahnarkan, Grang Juliana, ponat in respectum usque ad Purificationem Beate Marie, anno etc. xix. Teste rege apud Winchecumb', xix. die Junii.

1234.
[m. 18.]

Pro Willelmo de Vescy de cervis datis.—Mandatum est constabulario de Pecco quod habere faciat Willelmo de Vescy quinque cervos in foresta de Pecco, de dono regis. Teste rege apud Ottinton', xx. die Junii. Per G. de Craucumb'.

Pro Ricardo Suward'.—Mandatum est vicecomiti War' et Leic' quod diligenter inquirat per probos et legales homines de balliva sua quo res et catalla Ricardi Suward' et Philippe uxoris ejus devenerint tempore quo dominus rex ea capi precepit in manum suam, eo quod idem Ricardus fuit cum R. Marscallo, quondam comite Penbr', et de quibus catallis nichil receptum fuit ad Scaccarium, nec rex aliquod commodum inde habuit, vel alius per preceptum ipsius regis. Et omnia catalla predicta que in balliva sua invenerit distracta aliter, quam predictum est, predictis Ricardo et Philippe sine dilatione reddi faciat. Teste rege apud Ottint', xxj. die Junii. Per ipsum regem.

Pro Johanne filio Roscelin.—Dominus rex perdonavit Johanni Roscelin sex marcas que ab eo exiguntur per summonitionem Scaccarii pro scutagio Pictavie de tempore domini Johannis regis, patris sui. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum Johannem de predictis sex marcis quietum esse, et sic inrotulari faciant. Teste rege apud Ottinton', xxj. die Junii. Per G. de Craucumb'.

Pro mercatoribus de terra regis Francie.—Rex majori et vicecomitibus Lond' salutem. Sciatis quod concessimus et licentiam dedimus quod mercatores de potestate regis Francie et aliunde salvo et secure veniant in terram nostram Anglie cum rebus et mercandisis suis ad negotiandum inde usque ad Pentecosten anno regni nostri decimo nono, faciendo inde debitas et rectas consuetudines, ita quod nullus ballivus vel alius de terra nostra eis inpedimentum faciat, dampnum aut gravamen. Et ideo vobis mandamus quod hoc per totam villam vestram clamari et firmiter teneri faciatis. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis Bristolli, ballivis de Lenn' et ballivis Suhampton', pro mercatoribus predictis.

Et consimiles habent directas justiciario Hibernie.

Pro vicecomiti Noting'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod visum vicecomitis Noting', qui fieri debet ad Scaccarium ad Pasca anno regni etc. xviij., pro infirmitate ejusdem vicecomitis ponant in respectum usque ad festum Sancti Michaelis, anno eodem.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Dominus rex concessit Radulfo filio Nicholai quod de ducentis marcis quas ei debet de fine quem cum eo fecit pro custodia terre et heredis Roberti filii Willelmi de Esseby, et de centum libris quas mutuo cepit ad Scaccarium, reddat domino regi quinquaginta marcas ad festum Sancti Michaelis, anno etc. xviij.,

1234.

[m. 18.] et quinquaginta marcas ad Pascha proximo sequens, anno etc. xix., et sic de anno in anno* centum marcas ad eosdem terminos donec predicte trescente et quinquaginta marce fuerint persolute. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege ut supra.

Pro David filio Seysil de appello. — Mandatum est vicecomiti Hereford' quod appellum quod Willelmus Page facit in comitatu suo versus David' filium Seysil de morte Walteri de Esebache, ponat coram justiciariis domini regis ad primam assisam, cum in partes illas venerint; et habeat ibi attachiamenta illius appelli et breve. Teste rege apud Wudest', xxij. die Junii.

Pro Roberto de Grendon'.—Mandatum est M. filio Geroldi quod Robertum de Grendon', qui captus fuit in bello de Kyldar' cum comite Marescallo, et qui est in prisona Walteri de Rideleford', sine dilatione deliberari faciat, terram suam et omnia catalla sua in ea inventa sine dilatione reddi faciens eidem; et si ipse positus sit ad redemptionem, redemptionem illam poni faciat in respectum, donec dominus rex aliud ei inde dederit in mandatis. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur predicto Waltero pro eodem Roberto.

Pro Willelmo de Rughedon'.—Mandatum est eidem justiciario quod de omnibus terris et tenementis, de quibus Willelmus de Rughedon' dissaisitus fuit in Grathelach' occasione guerre mote inter regem et R. comitem Marescallum, in qua guerra idem Willelmus fuit cum rege in partibus Anglie, talem saisinam ei habere faciat qualem inde habuit die quo inde dissaisitus fuit occasione predicta; et omnia catalla ipsius Willelmi in dictis terris inventa eidem Willelmo similiter reddi faciat. Teste ut supra.

Pro G. comite Marescallo de quercubus datis. — Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod habere faciat G. comiti Marescallo quinquaginta bonas quercus in foresta de Dene ad pontem de Striguil reparandum, de dono domini regis. Teste rege apud Wudest', xxij. die Junii.

De viridario eligendo.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod in pleno comitatu suo per assensum ejusdem comitatus eligi faciat de fidelioribus et discretioribus militibus ejusdem comitatus loco Radulfi de Burton', viridarii de foresta de Wichewude, qui mortuus est, talem qui melius possit esse viridarius regis de eadem foresta, et qui melius velit perhibere fidele testimonium forestariis regis de hiis que pertinent ad coronam regis, accepto ab eo prius sacramento quod fidele testimonium perhibebit predictis forestariis, et quod jura regis fideliter observabit in hiis que ad eandem forestam pertinent. Et ei precipiat quod officio viridarii diligenter et fideliter intendat, et nomen ejus domino regi scire faciat. Teste rege ut supra.

* *Sic in MS.*

1234.

[m. 18.] *Pro mulieribus leprosis de Wudestok'.*—Mandatum est Thome de Langel' quod habere faciat mulieribus leprosis de Wudestok' unam quercum siccam in foresta de Wychewud' ad focum suum, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro Amaurico de Sancto Amando.—Dominus rex dedit Amaurico de Sancto Amando maritagium Asceline, unius sororum et heredum Roberti de Albiniaco ad opus Radulfi de Sancto Amando, filii sui. Et mandatum est escaetoribus quod de rationabili portione que ipsam Ascelinam contingit de hereditate que fuit predicti Roberti, predicto Amaurico plenam seisinam habere faciat ad opus ipsorum Radulfi et Asceline, retento in manu regis toto residuo de hereditate predicta, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra.

Pro H. de Burgo.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod talem saisinam habere faciat H. de Burgo, comiti Kancie, de una carucata terre cum pertinentiis in Munstrewurth', quam tenuit ad firmam de Henrico de Minstrewurth', qualem inde habuit die quo ipsum disseisiri fecimus de terra quam habuit in Elmour', occasione indignationis quam erga ipsum concepimus. Teste rege apud Oxoniam, xxij. die Junii. Per W. de Ralegh'.

Pro Galfrido Braybuef.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod habere faciat Galfrido de Braibuef talem saisinam de omnibus terris et tenementis suis in baillia sua, de quibus dissaisitus fuit occasione guerre mote inter nos et comitem Marescallum, qualem inde habuit die quo inde dissaisitus fuit occasione predicta. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Raleg'.—Mandatum est Thome de Langel' quod habere faciat Willelmo de Raleg' sex bona fusta in foresta de Wichewude, ubi commodius et propinquius capi et cariari possint ad domum ipsius Willelmi de Ambresden', ad trabes inde faciendas, de dono domini regis. Teste rege apud Oxoniam, xxiij. die Junii.

Pro fratribus minoribus Oxonie.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat fratribus minoribus Oxonie quindecim robora in foresta de Sotour' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Oxoniam, xxiij. die Junii. Per ipsum regem.

Pro Fulcone filio Warini de cervis datis.—Mandatum est Hugoni de Loges quod habere faciat Fulconi filio Warini tres cervos in foresta de Canok', de dono regis. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

De foresta de Sothour'.—Dominus rex commisit Thome le Naper forestam de Sothore, que fuit in custodia Petri Mynekan, qui captus est et detentus in prisona regis pro retto de morte hominis, custodiendam quamdiu regi placuerit.

Et mandatum est Hugoni de Nevill' quod eidem Thome de custodia predicte foreste plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

1234.

[m. 18.] Et mandatum est eidem Hugoni quod in propria persona accedat usque Sothore, vel aliquem de suis mittat, de quo plene confidat, et per viridarios et alios, tam milites quam alios, videri faciat forestam predictam, in quo statu predictus eam recipiet custoditam de viridi et venatione. Teste rege ut supra. Per eundem G.

Pro abbate de Eynesham'.—Dominus rex dedit abbati et monachis de Eynesham unam landam in bosco de Blockesham, continentem duas acras et dimidiam, que jacet juxta capellam Sancti Johannis Baptiste, quam iidem abbates et monachi habent de dono predecessorum regis, regum Anglie, et quam landam Ricardus Pyncun tenuit de ballio regis. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod de predicta landa ipsis abbati et monachis plenam seisinam habere faciat. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro fratribus predicatoribus Oxonie.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod faciat habere fratribus predicatoribus Oxonie xv. robora in foresta de Sothour' ad focum suum, de dono regis. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro comite Brittannie. — Dominus rex commisit Petro duci Brittannie et comiti Richemund' manerium de Twyford' et[a] de Westkinton', que fuerunt comitis Ricardi Marescalli, habendum quamdiu domino regi placuerit, in escambium terre sue in Francia, quam amisit in servicio regis. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod Ade de Spaldinton', servienti ipsius comitis, de predicto manerio plenam seisinam sine dilatione habere faciat ad opus ipsius comitis, sicut predictum est. Si quid vero captum vel amotum de catallis que idem comes habuit in eodem manerio, id ei sine dilatione reddi faciat. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

De respectu compoti vicecomitis Norhumbrie.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod compotum Briani filii Alani, vicecomitis Norhumbrie, quem reddere debet in crastino Sancti Michaelis, anno etc. xviij., ponant in respectum usque in tres septimanas a die Sancti Michaelis, anno eodem. Teste rege apud Walingf', xxiij. die Junii.

[m. 17.] *De seisina terrarum pro Thoma le Waleys.*—Mandatum est G. comiti Marescallo quod sine dilatione talem seisinam habere faciat Thome le Waleys de terris suis cum pertinentiis in Tudeham, de quibus disseisitus fuit occasione guerre mote inter dominum regem et R. comitem Marescallum, qualem inde habuit die quo inde disseisitus fuit occasione predicta. Teste rege apud Walingford', xxiij. die Junii.

[a] The words 'Twyford' et de' have been struck out, and 'maneria' changed into 'manerium,' 'habenda' into 'habendum,' and 'predictis maneriis' into 'predicto manerio.'

1234.
[m. 17.]

De foresta Norhumbrie.—Dominus rex injunxit* Briano filio Alani quod intendat ad forestam Norhumbrie una cum Thoma de Stretton' custodiendam, donec rex aliud inde preceperit. Et mandatum est predicto Thome quod ipsum Brianum ad predictam forestam una cum eo custodiendam admittat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Et mandatum est viridariis de predicta foresta Norhumbrie quod eidem Briano una cum predicto Thoma in hiis que ad custodiam predicte foreste pertinent, intendentes sint et respondentes. Teste rege ut supra.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam quam faciunt per summonitionem Scaccarii priori et monachis Sancte Trinitatis Cantuarie et hominibus suis de amerciamentis de itinere justiciariorum et aliis amerciamentis, ponant in respectum usque in unum mensem a die Sancti Michaelis, anno etc. xviij. Teste rege apud Walingf', xxiij. die Junii. Per ipsum dominum regem.

De quercubus datis ad gayolam Eylesbir'.—Mandatum est Hugoni de Nevill' quod habere faciat vicecomiti Buking', viginti et quatuor quercus in foresta de Bernewud' ad quandam gaiolam faciendam apud Eylesbir'. Teste rege apud Waling', xxv. die Junii.

Dominus rex concessit Philippo de Albiniaco tallagium centum solidorum nuper assisum super manerium de Feireford'. Et mandatum est Ricardo de la Lad' quod eidem Philippo tallagium illud habere faciat, de dono regis. Teste rege apud Rading', xxv. die Junii, anno xviij. Per G. de Craucumb'.

Pro priore de Walingf'.—Quia tempore quo Hamo Passelewe fuit constabularius Windeshor', dominus rex dedit priori de Walingford' duodecim robora ad focum suum in foresta de Windesor', que idem prior dicit se nondum recepisse; mandatum est Engerardo de Cygoiny quod si idem prior ea nondum habuit, ut dicit, robora illa ei habere faciat de dono regis. Teste rege apud Rading', xxvj. die Junii. Per G. de Craucumb'.

De austurcis Petri de Rivall'.—Rex Bertramo de Kyryoill' salutem. Mandamus vobis quod austurcos quos Petrus de Rivall' dimisit in castro de Tunebrug' quando dictum castrum nobis liberavit, et quos dicit suos esse, ei habere faciatis. Teste rege ut supra.

Pro balliris Suhampt'.—Rex vicecomiti Suthant' salutem. Scias quod baillivi nostri Suthanton' temporibus predecessorum nostrorum regum Anglie et tempore nostro consueverunt respondere per manum suam ad Scaccarium nostrum super compotum vicecomitis Suth' de firma ville sue et debitis et tallagiis suis. Et ideo tibi precipimus quod non distringas ipsos baillivos ad reddendum tibi firmam ville

* Substituted for 'associavit Thome de Stretton',' 'Brianum' being altered into 'Brian',' and 'filium' into 'filio.'

1234.
[m. 17.] sue vel debita vel tallagia sua ad respondendum inde per manum tuam ad Scaccarium nostrum, accepta tamen securitate ab eis quod de predictis per manum suam respondebunt ad Scaccarium nostrum super compotum tuum. Teste ut supra.

De Semanno de Cornewurth', et aliis tradendis in ballium.—Quia constat domino regi per inquisitionem, quam fieri fecit, quod Semanus de Cornewurth' et Henricus et Rogerus, fratres ejus, et Cecilia, que fuit uxor Willelmi de Cornewurth', appellant Willelmum Walensem, Ricardum Here et Osbertum filium Hugonis de morte predicti Willelmi de Cornewurthi odio et atya et non eo quod inde culpabiles sunt; mandatum est vicecomiti Devonie quod si predicti Willelmus Walensis, Ricardus et Robertus,* videlicet quilibet eorum, invenerit ei xij. probos et legales homines qui manucapiant eum habere etc., tunc eos tradat in ballium etc. Teste rege ut supra.

Pro David Basset.—Mandatum est Meyllero de Bremyngham et Henrico de Bremyngeham quod David Basset, qui captus fuit in bello apud Kyldar' cum comite R. Marescallo, et est in prisona predictorum Meylleri et Henrici, ad redemptionem non compellant; et si ipsum ad redemptionem posuerint, redemptionem illam ponant in respectum, donec a domino rege aliud inde habuerint mandatum. Teste rege apud Windesor', xxvj. die Junii.

Pro Rogero de Frivill'.—Mandatum est Waltero de Escures quod Margaretam, filiam et heredem Radulfi de Killingtorp', que jam plene etatis est, ut dicitur, et que ei commissa fuit custodienda per preceptum domini regis, donec plene esset etatis, reddat sine dilatione Rogero de Frivill', qui ipsum duxit in uxorem. Teste rege ut supra. Per ipsum regem coram Karleolensi episcopo, G. de Craucumb' et W. de Kirkeh'.

Et mandatum est Petro de Malo Lacu quod terram quam predictus Radulfus, pater ipsius Margarete, de eo tenuit in capite, et quam idem P. habet in custodia sua una cum terra quam predictus Radulfus tenuit de domino rege in soccagium in Driffeld', et quam dominus rex eidem Petro commisit custodiendam, quamdiu domino regi placeret, predictis Rogero et Margarete sine dilatione reddi faciat, ne debeat ad dominum regem clamor inde pervenire. Teste rege ut supra.

De prisonibus apud Merleberg'.—Mandatum est Roberto de Mucegros quod omnes prisones qui sunt in custodia sua apud Merleberg' et appellati sunt de latrocinio, tradi faciat per plevinam hiis qui eos per plevinam salvo recipere voluerint, ad standum inde recto ad mandatum domini regis. Alios vero existentes in prisona ibidem, qui appellati sunt de morte hominis, simul cum probatore regis qui est ibidem, salvo custodiri faciat, donec a domino rege aliud inde receperit mandatum. Illum etiam prisonem, qui habet tonsuram

* *Sic in MS.*

1234.
[m. 17.] clericalem, liberari faciat episcopo diocesiano vel archidiacono sive decano suo, qui ipsum postulabit ex parte ipsius episcopi, ad faciendum de eo id quod secundum consuetudinem regni fieri debeat. Teste rege ut supra.

Pro custode pontis de Henl'.—Mandatum est constabulario Windles' quod habere faciat custodi pontis de Henl' viij. fusta ad postes faciendos, et duo fusta ad sulivas faciendas, in foresta de Windlesor' ad reparationem ejusdem pontis. Teste rege apud Windles', xxvij. die Junii.

Pro fratribus minoribus de Rading'.—Mandatum est Gileberto de Everle quod habere faciat fratribus de ordine minorum de Rading' sexaginta et decem quercus in foresta de Penbergh', ad cheverones inde faciendos ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Keniton', xxviij. die Junii, anno etc. xviij. Per ipsum regem.

Pro Engelard' de Cygon'.—Mandatum est Johanni de Venuz quod habere faciat Engelard' de Cygony quatuor damos in bailliva sua, de dono regis. Teste ut supra. Per Godefridum de Crawcumb'.

Pro Cycestrensi de maeremio.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod non obstante precepto regis quod ei fecit, ne permitteret maeremium aliquod abduci de foresta de Essendon' ex dono vel ex venditione Petri de Rivall' vel alterius, permittat baillivos episcopi Cycestrensis maeremium suum, quod prius dedit ei rex, libere et sine inpedimento de foresta predicta cariare quo voluerint, ad operationem predicte ecclesie Cycestrensis. Teste rege ut supra.

Pro P. Wintoniensi episcopo.—Mandatum est eidem vicecomiti quod non obstante prohibicione regis quam fieri fecit, ne permitteret maeremium aliquod abduci de forestis que fuerunt Gileberti de Aquila et Johannis de Bros', que sunt in manu Petri de Rivall', sive ex dono sive ex vendicione ipsius Petri, permittat baillivos P. Wintoniensis episcopi libere et sine inpedimento abducere quo voluerint, maeremium prostratum in foresta Sancti Leonardi, quod idem Petrus dicto episcopo dedit ante prohibicionem predictam ad operacionem hospitalis de Portesmuth', et quod predicti baillivi sufficienter poterunt probare datum fuisse ad predictam operacionem ante ipsam prohibicionem. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Junii. Per ipsum regem.

Facte sunt postea inde consimiles littere Roberto le Sauvage.

Pro Amiria que fuit uxor Ade de Gurdun'.—Rex assignavit Amirie que fuit uxor Ade de Gurdun', nomine dotis tertiam partem terre quam idem Adam tenuit de rege in capite in Tysted' et Seleburn'. Et hoc significat baronibus suis de Scaccario. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Junii.

1234.

[m. 17.] *De castris de Breml', de Pevenes' et aliis.*—Rex vicecomiti Sussex' salutem. Scias quod provisum est de consilio nostro quod castra de Breml', de la Cnapp' et de Pevenes', que vicina sint partibus maritimis et de facili, quod absit, per ea possit dampnum regno nostro et periculum nobis evenire, si rex Francie vel alius de inimicis nostris ea occuparet, capiantur in manum nostram et tradantur dilectis et fidelibus nostris W. comiti War' et W. de Ferariis, comiti Derb', predicta castra de Breml' et de la Cnappe, et castrum de Pevenes' dilectis et fidelibus nostris H. comiti Heref' et Ricardo de Argent', custodienda quamdiu nobis placuerit, et maxime eo quod treuge inter nos et predictum regem jam deficiunt. Et propter hoc mittimus ad partes tuas predictos fideles nostros, dantes in mandatis constabulariis predictorum castrorum et eis districte precipientes quod castra predicta, que Petrus de Rivall' nobis reddere contradicit, ipsis sine difficultate et dilatione reddant. Et ideo tibi precipimus firmiter injungentes quod, sicut te ipsum diligis, consilium et auxilium tuum, quodcunque poteris, predictis fidelibus nostris inpendas ad castra ipsa ad opus nostrum recuperanda. Et si forte constabularii ipsi ad mandatum nostrum castra ipsa reddere noluerint, tu secundum quod ipsi fideles nostri tibi dicent, cum toto posse comitatus tui ipsis intendas et assistas, si neccesse fuerit, ad predicta castra in manum nostram recuperanda, et de manibus eorundem constabulariorum deliberanda. Et interim inquiras diligenter nomina eorundem constabulariorum et omnium aliorum qui in castris predictis contra nos se teneant, et ea nobis scire facias; et omnes terras quas predicti constabularii et alii de eisdem castris habeant in balliva tua, in manum nostram capias, simul et terras Gileberti de Aquila et terras Johannis de Braos', que sunt in manu predicti Petri cum omnibus rebus et catallis in omnibus terris predictis inventis, et eas salvo custodias, donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Junii.

De eodem.—Rex dilecto et fideli suo Waltero de Clifford' salutem. Sciatis quod provisum est de communi consilio nostro quod omnia castra que fuerunt in manu Petri de Rivall', tam ea que sunt vicina partibus maritimis, quam ea que sunt in Marchiis, capiantur in manum nostram ad pericula evitanda que per ea, quod absit, nobis et regno nostro de facili possent evenire per regem Francie vel alium de inimicis nostris, et maxime eo quod treuge inter nos et predictum regem Francie jam deficiunt. Et propter hoc mittimus ad partes Marchiarum dilectum et fidelem nostrum Waleramum Teutonicum ad castra de Grosmunt, de Sceynefrith' et de Albo Castro recipienda a constabulariis predictorum castrorum, quibus dedimus in mandatis firmiter injungentes quod castra ipsa eis* liberent custodienda quamdiu nobis placuerit. Et ideo vobis mandamus rogantes in fide qua nobis tenemini, et sicut nos et honorem nostrum diligitis, visis litteris istis, cum toto posse vestro accedatis versus castra predicta omnimodam apponentes diligentiam

* *Sic in MS.*

1234.

[m. 17.] quod castra predicta predicto Waleramo ad opus nostrum custodienda reddantur, eo quod predictus Petrus, pluries inde requisitus et amonitus, ea nobis reddere contradicit. Et si forte constabularii predicti ad mandatum nostrum castra ipsa reddere noluerint, vos una cum Johanne de Monem', Henrico de Alditheleg', Thoma Corbet, Johanne Extraneo et Johanne filio Alani, quibus idem mandavimus, castra predicta, si neccesse fuerit, assideatis, ita quod nullus in castra ipsa ingressum habeat vel inde egressum pro ipsis contra nos muniendis vel efforciandis. Precepimus etiam vicecomiti nostro Hereford' quod cum toto posse comitatus sui ad hoc, si neccesse fuerit, consilium vobis prestet et auxilium. Vos autem, si predicta castra assideritis et constabularii predicti ea reddere noluerint, una cum ipso vicecomite nostro, cui idem precepimus, inquiratis diligenter de nominibus predictorum constabulariorum et aliorum qui cum ipsis se tenent in castris predictis, et quas terras habent in comitatu predicto, ut predictus vicecomes ea capere possit in manum nostram, et de nominibus predictis nos certificare, sicut ei precepimus. Tanta autem et tali diligentia predicto negotio intendatis, quod inde vos specialiter debeamus habere commendatos cum multa gratiarum actione, et quam cito poteritis, quid inde facere poteritis, nobis scire faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, j. die Julii.

De eodem.—Eodem modo scribitur Johanni de Monem', Henrico de Alditheleg', Thome Corbet, Johanni Extraneo et Johanni filio Alani.

Et mandatum est vicecomiti Hereford' quod in fide qua regi tenetur, et sicut se ipsum diligit, si neccesse fuerit quod predicti fideles domini regis, scilicet, Thomas Corbet, Walterus de Clifford', Johannes de Monem', Henricus, Johannes Extraneus et Johannes filius Alani castra ipsa assideant, ipse vicecomes cum omni festinatione cum toto posse comitatus sui ad castra predicta accedat, et secundum quod predicti fideles domini regis ei dicent, ad honorem domini regis ad hoc consilium suum eis prestet et auxilium. Ipse etiam vicecomes, si constabularii predicti castra ipsa reddere noluerint, de nominibus illorum et aliorum qui fuerunt in castris predictis, diligenter inquirat et ea domino regi scire faciat, et capiat in manum regis omnes terras illorum qui in castris ipsis se tenent, cum omnibus catallis in eis inventis, et ea salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Et taliter inde se intromittat, quod inde debeat commendari. Teste rege ut supra.

Pro Radulfo de Sancto Amando et uxore ejus.—Mandatum est Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi quod plenam seisinam habere faciant Radulfo de Sancto Amando et Asceline uxori ejus de rationabili parte ipsius Asceline, que eam contingit, tanquam unam de sororibus et heredibus Roberti de Albiniaco, de terris que fuerunt predicti Roberti, fratris sui, una cum omnibus exitibus et redditibus inde perceptis post diem Jovis proximam ante festum Sancti Johannis Baptiste, anno etc. xviij. Teste rege apud Westmonasterium, j. die Julii. Per G. de Craucumb'.

1234.

[m. 17.] Rex dilecto et fideli suo Petro de Muntgumery salutem. Significastis nobis per litteras vestras quod de centum et xij. libris quas recepisti per manus Bartholomei Pecche, Johannis Maunsel et Willelmi Hardel apud Portesm', vobiscum deferendas in Brittanniam, liberari fecistis Hugoni de Buell' undecim libras et quatuor solidos. Vobis duximus significandum quod id bene nobis* placet. Super eo vero quod nobis significastis de milite Herberti filii Mathei, qui venit apud Eremuwe, petens pacationem suam, quam ei facere distulistis, eo quod nullum warantum super hoc vobis detulit ex parte nostra, placet nobis quod pacationem suam de eisdem denariis ei, sicut aliis militibus nostris transfretantibus in servicium nostrum, habere faciatis. Marinellis etiam de singulis navibus de tempore quo exstiterunt in servicio nostro apud Portesm' post servicium suum nobis debitum factum, debitam liberationem eis habere faciatis, quamdiu fuerint in servicio nostro. Super hoc enim quod nobis significastis de Ricardo de Burgo de feodo suo viginti librarum quod petebat, vobis significamus quod bene regi placet, sicut provisum fuit per dilectos et fideles nostros Henricum de Trublevill' et Amauricum de Sancto Amando, quod habeat ad presens decem libras de feodo predicto, et de aliis decem libris sustineat usque ad redditum suum de Britannia. Mandavimus etiam dilectis et fidelibus nostris, dicto Amaurico et Huberto Hose, quod agendis nostris expediendis in partibus Britannie diligenter et efficaciter, tanquam superiores aliis militibus nostris, intendant et quod per visum eorum liberationes fiant. Et vobis mandamus quod eis in negociis nostris sitis taliter intendentes quod vos merito commendatos habere debeamus. Teste ut supra.

Pro Hugone de Albiniaco.—Rex commisit Hugoni de Albiniaco terram que fuit Radulfi de Cumbray, Normanni, in Honton', et que est de feodo ipsius Hugonis, tenendam in manu sua, quamdiu regi placuerit; quam quidem terram prius commiserat Emerico de Orivall'. Et mandatum est vicecomiti Suht' quod de predicta terra eidem Hugoni sine dilatione plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Sussex' de terra que fuit Roberti de Mota, Normanni, in Bendrinton'. Teste rege ut supra.

Rex concessit G. Marscallo, comiti Penbr', omnes exitus qui provenerunt de omnibus terris suis a die Martis proxima ante Ascensionem Domini, anno etc. xviij., tam in redditibus, serviciis et consuetudinibus quam omnibus aliis proficuis de terris ipsis provenientibus. Concessit etiam eidem comiti omnia blada in terris suis predictis seminata. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod eidem comiti de omnibus exitibus et proficuis predictarum terrarum suarum, simul cum bladis in terris ipsis seminatis, plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, j. die Julii.

* Substituted for 'nobis.'

1234.
[m. 17.] *De justiciario Hibernie.*—Rex dilecto et fideli suo Mauricio filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Sciatis quod coram venerabilibus patribus L. Dublinensi archiepiscopo, R. Dunholmensi, R. Cycestrensi, cancellario nostro, W. Exoniensi. W. Carleolensi et H. Roffensi episcopis, et dilecto et fideli nostro H. de Burgo, comite Kancie, et quibusdam aliis fidelibus nostris, locuti sumus cum dilecto et fideli nostro G. Marescallo, comite Penbr', de pace inter ipsum et vos et alios fideles nostros de Hybernia formanda. Et ideo vobis mandamus quod cum festinatione secure ad nos veniatis de pace vestra et aliis negociis nostris nobiscum locuturi. Teste ut supra.

De respectu utlagerie pro Milone Basset.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod utlageriam, que promulganda est in Milonem Basset in proximo comitatu suo post festum Sancte Trinitatis, anno etc. xviij. pro morte Rogeri de Moubray, unde rettatus est, ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum sequentem predictum comitatum. Teste rege ut supra.

Pro comite Marescallo de gerefalconibus.—Mandatum est Henrico de Hauvill' quod de gerefalconibus quos rex Norwegie domino regi ultimo misit, qui sunt in custodia sua, habere faciat G. comiti Marescallo duos gerefalcones, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Devonie quod legi faciat in pleno comitatu suo cartam Ricardi de Longford' de uno mercato et una feria habendis apud manerium suum de Brawurthy, et predicta mercatum et feriam clamari faciat et teneri. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Julii, anno regni regis xviij.

De gerefalconibus.—Mandatum est Henrico de Hauvill' quod de gerefalconibus regis quos rex Norwegie ei ultimo misit, faciat habere Johanni de Erlham unum gerfalconem tercellum* et alium furmelum, custodiendos ad opus regis quamdiu regi placuerit. Teste rege apud Kenint', iiij. die Julii. Per Godefridum de Craucumb'.

De cervis datis.—Mandatum est Thome de Muletun' quod habere faciat W. comiti Albemarl' tres cervos in foresta Karleol,' de dono regis. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb.'

Pro Johanne de Erlham.—Quia rex tailliari fecit homines de dominicis suis, concessit Johanni de Erlham quod homines suos de Clispeby, in manu sua existentibus, talliare possit ad presens. Et mandatum est eisdem hominibus quod ad hoc ei sint intendentes et respondentes. Teste ut supra.

Pro majore et probis hominibus Len'.—Rex dedit licentiam majori et probis hominibus de Len' concordandi cum venerabili patre Thoma Norwicensi episcopo, domino suo, super contentione inter eos et predictum episcopum mota de majore in villa de Len' creando, pro fine certo quem predicti majores et homines cum rege fecerunt, et quem rex irrotulari fecit in rotulo Cancellarie. Et mandatum est

* Corrected from 'tercelettum.'

1234.

[m 17.] justiciariis de Banco quod ipsos cum predicto episcopo, domino suo, concordari, et cirographum inter eos fieri secundum quod magis fuerit expediens, fieri permittant. Teste rege apud Keninton', iiij. die Julii.

Pro abbatia de Fiscampo.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod non permittat quod abbas de Fescampo vel ballivi sui faciant venditionem aliquam in balliva sua de boscis pertinentibus ad abbatiam predictam de Fiscampo. Teste rege ut supra.

[m. 16.] *Pro abbate et monachis Sancte Radegundis extra Dovor'.*—Dominus rex dedit abbati et monachis Sancte Radegundis extra Dovor' xxxj. solidos et novem denarios qui super eos assidentur nomine quadragesime in Bradesole. Et mandatum est collectoribus* in comitatu Kantie quod predictos xxxj. solidos et novem denarios eis habere faciant. Teste rege ut supra. Per W. de Kirkeham.

Pro comitissa Penbr'.—Rex perdonavit A. comitisse Penbr', sorori sue, quadraginta solidos, qui ab hominibus suis de Kemesing' exiguntur pro murdro per summonitionem Scaccarii. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictos homines de xl. solidis quietos esse faciant. Teste rege ut supra.

Mandatum est custodi foreste de Feckeham' quod habere faciat sorori domini regis, A. comitisse Penbr', quinque damos in foresta de Feckeham, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro hominibus Novi Castri super Tynam.—Rex vicecomiti Northumberland' salutem. Scias quod concessimus et carta nostra confirmavimus probis hominibus nostris de villa Novi Castri super Tinam et heredibus eorum, quod habeant hanc libertatem, videlicet, quod nullus Judeus de cetero tempore nostro vel heredum nostrorum maneat vel residenciam aliquam faciat in eadem villa, sicut plenius continetur in carta regis quam eis inde fieri fecit. Et mandatum est eidem vicecomiti quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi et clamari faciat, et predictam libertatem eis habere permittat, sicut predictum est. Teste rege apud Kenit', ut supra.

Pro Willelmo Blanc Gernun.—Mandatum est vicecomiti Hertford' quod habere faciat Willelmo Blanc Gernun talem seisinam de terris et tenementis suis in balliva sua, de quibus disseisitus fuit †eo quod fuit cum H. de Burgo, comite Kancie,† qualem inde habuit die quo inde disseisitus fuit occasione predicta. Teste rege apud Keninton', v. die Julii.

De Johanne Maunsel residendo ad Scaccarium de recepta.—Rex dilecto et fideli suo Hugoni de Patteshull', thesaurario suo, salutem. Mittimus ad vos dilectum clericum nostrum Johannem Maunsel ad

* The word 'assessoribus' is written above this.

† These words are substituted for 'occasione guerre mote inter dominum regem et R. comitem Marescallum.'

1234.
[m. 16.] residendum loco nostro ad Scaccarium nostrum de recepta, et ad habendum rotulum unum de hiis que ad predictam receptam pertinent. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Johannem ad hoc admittatis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Bello Campo.—Mandatum est vicecomiti Bedeford' quod de omnibus terris Johannis de Bello Campo in baillia sua, quas rex capi precepit in manum domini regis occasione debitorum que regi debet, eidem Johanni plenam saisinam habere faciat cum omnibus rebus et catallis in eisdem terris inventis. Teste ut supra.

Pro Thoma de Samford'.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod talem seisinam habere faciat Thoma de Samford' de terra sua in balliva sua, de qua disseisitus fuit occasione guerre mote inter regem et R. comitem Marescallum, qualem inde habuit die quo inde disseisitus fuit occasione predicta. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Eboraci salutem. Monstravit nobis dilectus et fidelis noster Hugo Wak' quod occasione seisine quam fieri precepimus Eustachio de Stutevill' de manerio de Cotingham, quod idem Eustachius disratiocionavit* coram nobis, idem Eustachius misit se in maneria de Butecram et de Kirkeby, de quibus Nicholaus de Stutevill' fuit seisitus die quo obiit, et que non pertinent ad manerium de Cotingham, et inde disseisivit predictum Hugonem et participem suum, non permittens quod idem Hugo amoveri faciat boves et alia instaura sua, que habuit in manerio predicto de Cotingham. Et ideo tibi precipimus quod si ita est, terras predictas, de quibus predictus Nicholaus obiit seisitus, et que non pertinent ad manerium predictum Cotingham, eidem Hugoni et participi suo una cum bobus, instauris et aliis catallis ipsius Hugonis, que habuit in manerio predicto de Cotingham, sine dilatione reddi facias, ne debeat ad nos inde clamor pervenire. Teste rege apud Keninton', v. die Julii.†

De operatione aule Wintonie.—Mandatum est Michaeli de Columbariis quod habere faciat custodibus operationis aule domini regis Wintonie quadraginta cheveronos* in balliva sua ad predictam operationem. Teste rege ut supra.

De justiciariis ad Scaccarium.—Rex Alexandro de Swereford', thesaurario Sancti Pauli Lond', salutem. Sciatis quod assignavimus vos ad residendum ad Scaccarium nostrum tanquam baro et intendendum negotiis nostris que ad idem Scaccarium pertinent, una cum ceteris baronibus nostris ejusdem Scaccarii. Et mandavimus thesaurario et baronibus nostris de Scaccario quod vos ad hoc admittant, et negotia nostra ejusdem Scaccarii vobis communicent. Et ideo vobis mandamus rogantes quatinus agendis Scaccarii predicti intendatis, sicut predictum est. Teste rege apud Keninton', vj. die Julii.

* Sic in MS.

† This entry is cancelled 'quia non habuit, et aliter inferius.'

1234.
[m. 16.]

Eodem modo* mandatum est Ricardo de Munfichet.

Rex thesaurario et baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod assignavimus dilectum et fidelem nostrum Willelmum de Bello Campo vobis socium ad residendum ad Scaccarium nostrum tamquam baro pro negotiis nostris que ad idem Scaccarium pertinent. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Willelmum ad hoc admittatis, et agenda nostra ejusdem Scaccarii nostri eidem communicetis. Teste me ipso apud Kingeston', vj. die Julii.

Eodem modo scribitur eisdem baronibus pro Alexandro de Swerford' et Ricardo de Munfichet.

In Banco.—Rex justiciariis suis de Banco salutem. Scias† quod associavimus vobis dilectum et fidelem nostrum Robertum de Ros ad residendum una vobiscum in Banco nostro London', et ad assistendum vobis in hiis que ad Bancum predictum pertinent. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Robertum ad hoc socium admittatis. Teste rege ut supra.‡

Pro episcopo Elyensi de querculus datis.—Mandatum est constabulario Colecestr' quod per visum carpentarii venerabilis patris H. Elyensis episcopi, quem ad eum mittet, faciat habere eidem episcopo viginti et quatuor quercus in bosco de Kingeswud' ad operationem turris ecclesie sue Elyensis ad trabes inde faciendas, de dono regis. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Et mandatum est Johanni§ de Nevill' quod per visum carpentarii predicti episcopi, quem ad eum mittet, faciat habere eidem episcopo triginta et sex quercus in foresta de Wauberg' de dono regis ad operationem turris ecclesie sue. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro W. de Ferariis comite Derb', de damis datis.—Mandatum est eidem Hugoni quod habere faciat* W. de Ferariis comiti Derb', tres damos vivos et duodecim damas vivas in foresta de Waberge ad parcum suum de Hecham' instaurandum, de dono regis. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

De loquela ponenda coram rege.—Mandatum est justiciariis de Banco quod loquelam que est coram eis per preceptum regis a die Sancte Trinitatis in unum mensem inter Ricardum de Percy et Willelmum de Percy de fine facto inter eos, ponant coram domino rege ubicumque fuerit a die Sancte Trinitatis in sex septimanas. Dominus enim rex vult quod loquela illa terminetur et pax inde fiat in presentia sua. Teste rege apud Kenyton', vj. die Julii.

Pro Hugone Wak' et particip' suo.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Monstravit nobis dilectus et fidelis noster Hugo Wak' quod occasione precepti nostri quod nuper tibi fecimus de manerio

* Omitted in MS. † *Sic in MS.*
‡ This and the four preceding entries are cancelled 'quia in dorso.'
§ Substituted for 'Hugoni.'

1234.
[m. 16.] de Cotingeh' in manum nostram capiendo, antequam Eustachius de Stutevill' saisinam inde recuperaret, tu maneria de Butteram et Kirkeby, que non pertinent ad predictum manerium de Cotingeh', similiter in manum nostram cepisti, nec postea permisisti ipsum Hugonem vel participem suum aliquid de maneriis ipsis disponere, nec etiam permisisti ipsum Hugonem boves suos amovere nec alia instaura sua que habuit in manerio predicto de Cotingh', postquam predictus Eustachius inde saisinam suam recuperavit. Et ideo tibi precipimus quod si ita est, de predictis maneriis de Butteram et Kirkeby eidem Hugoni et participi suo saisinam habere facias, una cum bobus et instauris predictis, que idem Hugo habuit in manerio de Cotingeh', que similiter eidem Hugoni habere facias, ne debeat ad nos clamor iteratus pervenire. Teste rege ut supra.

Pro G. comite Marescallo de cervis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham' quod habere faciat G. Marescallo, comiti Penbr', decem cervos in parco de Neweton', de dono regis. Teste rege apud Kingeston', vj. die Julii.

Pro Waltero de Faucumberg'.—Rex vicecomiti Suhampton' salutem. Scias quod provisum est quod Walterus de Faucumberg', qui habuit custodiam terre et heredis Walteri de Bendeng', habeat blada que seminari fecit in terris quas habuit cum predicto herede. Et ideo tibi precipimus quod blada predicta, que idem Walterus seminari fecit in terris predictis, eidem Waltero habere facias una cum aliis catallis suis, que habuit in terris predictis. Teste rege apud Keninton', vj. die Julii.

Pro quadam conversa.—Rex Josceo filio Petri et Stephano de Strand' salutem. Mittimus ad vos latricem presentium Johannam conversam, vobis mandantes quod eidem Johanne talem liberationem habere faciatis, qualem alii conversi de domo vestra conversorum London' percipiunt. Teste rege ut supra.

Pro Exoniensi episcopo.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat venerabili patri W. Exoniensi episcopo unum damum in foresta Essex', de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro Johanne filio Philippi de quercubus datis.—Mandatum est Hugoni filio Roberti quod faciat habere Johanni filio Philippi sex quercus de dono regis in bosco de Wurfeld', ad quandam grangiam faciendam apud Bubinton'. Teste me ipso apud Keninton', vij. die Julii. Per W. de Kirkeh'.

Pro Willelmo de Albiniaco seniore.—Mandatum est custodi foreste de Syrewude quod faciat habere Willelmo de Albiniaco seniori quindecim quercus de dono regis in eadem foresta, ad cheveronos (*sic*) ad quandam cameram faciendam ad opus suum apud Beauver. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

1234.

[m. 16.] *Pro Henrico Picot de seisina terrarum.*—Mandatum est baillivis de Kaermerdin quod talem seisinam habere faciant Henrico Picot de dimidio burgagio cum pertinentiis in Kaermerdin, qualem inde habuit antequam ipsum disseisiri faceremus (*sic*) occasione guerre mote inter regem et R. Marescallum, quondam comitem Penbr'. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Julii.

Pro Alexandro Bacun.—Mandatum est vicecomiti Cumbrie quod sine dilatione talem seisinam habere faciat Alexandro Bacun de custodia terre et heredis Willelmi de Ulvesby cum omnibus bladis in terra illa seminatis, quam dominus rex eidem Alexandro concessit per finem decem librarum, quem cum domino rege fecit, qualem inde habuit antequam rex ipsum faceret disseisiri occasione contentionis que fuit inter regem et W. Karleolensem episcopum. Teste rege ut supra.

Pro Huberto de Burgo de manerio de Hunechild'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod talem seisinam habere faciat Huberto de Burgo, comiti Kancie, de manerio de Hunichild' cum pertinentiis, qualem inde habuit die quo inde fuit disseisitus per preceptum regis occasione contentionis mote inter dominum regem et predictum Hubertum. Teste rege ut supra.

Pro sanctimonialibus Fontis Ebroldi.—Rex concessit et per cartam suam confirmavit Deo et Beate Marie et sanctimonialibus Fontis Ebroldi, quadraginta libras Turonensium ad faciendum anniversarium regis et anniversarium domini J. regis, patris sui, percipiendas singulis annis de redditu civitatis sue Burdegale, videlicet, viginti libras ad Natale Domini, et viginti libras ad festum Sancti Johannis Baptiste, sicut plenius continetur in carta regis, quam predicte sanctimoniales inde habent. Et mandatum est majori et commune Burdegale quod singulis annis ad terminos predictos eisdem sanctimonialibus predictas quadraginta libras Turonensium habere faciant ad anniversarium domini J. regis, patris sui, faciendum, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, ix. die Julii.

Eodem modo mandatum est Henrico de Trublevill', senescallo Wasconie.

Consimiles etiam litteras habent patentes directas majori et commune Burdegale per eadem verba. Et etiam Henrico de Trublevill.'

Pro Willelmo Lungesp' de quodam cervo.—Mandatum est custodi foreste de Gravel' quod habere faciat Willelmo Lungesp' unum cervum in eadem foresta, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Julii.

Mandatum est Roberto le Sauvage quod faciat habere priori de la Sele decimas ei debitas, ut dicitur, de honore de Bremble, tam de redditibus ejusdem honoris quam de caseo et aliis, et buscam et

1234.

[m. 16.] brueram in foresta Sancti Leonardi ad focum suum, sicut decimas predictas et buscam et brueram illam percipere consuevit tempore Johannis de Brause. Teste rege ut supra.

Pro Alicia que fuit uxor Godefridi Balbe.—Mandatum est baillivis de Kaermerdin quod sine dilatione talem seisinam faciant habere Alicie, que fuit uxor Godefridi Balbe, de terris et tenementis in balliva sua de quibus disseisita fuit occasione guerre mote inter dominum regem et R. comitem Marescallum, qualem inde habuit die quo inde disseisita fuit occasione predicta. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Julii.

Stephanus de Segrave reddidit domino regi manerium de Stanton', quod prius habuit de dono regis, et dominus rex illud commisit Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi, escaetatoribus regis, ad respondendum inde ad Scaccarium. Et mandatum est vicecomiti Cantebr' quod*

[m. 15.] *Pro Henrico de Bernevall'.*—Rex custodi honoris de Relegh' salutem. Precipimus tibi quod Johanni filio et heredi Roberti le Parker, cujus custodiam Henricus de Bernevall', capellanus noster, habet ex concessione nostra occasione et heredum Hugonis de Bernevall' de quo predictus Robertus terram suam tenuit in capite, qui sunt in custodia ipsius Henrici per finem nobiscum inde factum, talem seisinam habere facias de portione custodie parci de Relegh' que ipsum Johannem hereditarie contingit, qualem predictus Robertus pater suus inde habuit die quo Hubertus de Burgo ipsum propria voluntate sua ipsum† fecit disseisiri. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Julii.

Pro comite Bygod.—Mandatum est ballivis de foresta de Gauteris quod faciant habere R. Bigod, comiti Norf', tres cervos in predicta foresta regis de Gauteris, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Julii.

De quadragesima domini regis comitatus Eboraci.—Mandatum est collectoribus quadragesime domini regis in comitatu Eboraci quod omnes denarios quos receperunt de quadragesima regis assisa in comitatu Eboraci et habent in custodia sua, sine dilatione per numerum et talliam liberent vicecomiti Eboraci, cui rex precepit quod denarios illos ab eis recipiat, et sub salvo conductu cariari faciat usque London'. Teste rege ut supra.

Pro W. Karleolensi episcopo.—Dominus rex reddidit W. Carleolensi episcopo manerium de Meleburn' cum pertinentiis, ad respondendum de antiqua firma ejusdem manerii ad Scaccarium regis, sicut prius inde respondere consuevit, antequam inde disseisitus fuisset per preceptum regis. Et mandatum est vicecomiti Notingham quod de predicto manerio cum pertinentiis et cum omnibus bladis et catallis in eo inventis eidem episcopo sine dilatione plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

* This entry is cancelled 'quia in rotulo finium.'

† *Sic in MS.*

1234.
[m. 15.] *Pro balliris de Grimesby.*—Rex baillivis suis de Grimesby salutem. Mandamus vobis quod de grisio opere, quod in villam de Grimesby nuper venit, ut audivimus, per visum et testimonium proborum et legalium hominum ejusdem ville, retineatis ad opus nostrum duodecim milia, et nos de precio eorum mercatoribus satisfaciemus. Teste rege ut supra.

Rex vicecomiti Linc' salutem. Precipimus tibi quod in propria persona tua accedas ad manerium de Kirketon', et per visum proborum et legalium hominum manerium illud capias in manum nostram et illud salvo custodias, cum omnibus catallis et instauris et bladis in eo inventis, donec aliud inde preceperimus. Et distincte et aperte inbreviari facias que catalla et instaura inveneris in eodem manerio et quot acras inveneris inbladatas in eodem manerio et cujusmodi blado, et inde plenam nobis habere facias certitudinem. Teste rege apud Westmonasterium ut supra.[a]

Pro J. de Nevill', filio Hugonis de Nevill'. De foresta infra comitatus Oxonie, Norhampt', Buk' et Hunt'.—Rex forestariis suis de feodo et omnibus aliis manentibus infra forestam comitatus Northant' salutem. Sciatis nos de voluntate et assensu dilecti et fidelis nostri Hugonis de Nevill', qui habuit bailliam foreste nostre a ponte Stemford' usque ad pontem Oxonie infra comitatus Oxonie, Northant', Bukingham' et Huntendon', ex dono et concessione domini J. regis patris nostri, ad vitam suam, concessisse et carta nostra confirmasse pro nobis et heredibus nostris Johanni de Nevill', filio suo, quod toto tempore vite sue habeat et teneat eandem bailliam adeo libere, quiete et integre, sicut idem Hugo bailliam illam habuit ex dono et concessione ipsius patris nostri ad vitam suam, reddendo inde nobis et heredibus nostris ad Scaccarium nostrum singulis annis viginti libras, sicut idem Hugo nobis reddere consuevit ad Scaccarium nostrum de eadem baillia, videlicet, ad festum Sancti Michaelis decem libras, et ad Pascha decem libras. Et ideo vobis mandamus quod in omnibus que ad predictam bailliam pertinent, eidem Johanni decetero intendentes sitis et respondentes, sicut predictum est. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur forestariis et omnibus manentibus infra forestam comitatuum Oxonie, Bukingham' et Huntend'.

Pro servientibus inventis in castris de Grosmunt', Schenesfrit et de Albo Castro.—Mandatum est Waleramo Teutonico quod, retentis omnibus que inventa fuerunt in castris de Grosmunt, Scenesfrit et de Albo Castro et in maneriis ad eadem castra pertinentibus, servientes qui fuerunt in eisdem castris, cum equis et hernesio suo proprio libere quo voluerint abire permittat. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Julii. Per G. de Graucumb'.

---

[a] This entry is cancelled 'quia in rotulo finium.'

1234.
[m. 15.]

Pro comitissa Penbr' de damis.—Mandatum est Gaufrido Esturmy quod habere faciat A. comitisse Penbr', sorori domini regis, quinque damos in foresta de Savernak', de dono domini regis. Teste ut supra. Per eundem.

Pro Reginaldo de Muntpincun et Simone de Lechewurth'.—Mandatum est Roberto le Sauvage quod Reginaldum de Muntpincun et Simonem de Lechewurth', qui capti sunt et detenti in prisona apud castrum de Pevenes', eo quod tenuerunt predictum castrum contra dominum regem, deliberet et libere quo voluerint abire permittat. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Julii. Per G. de Craucumb'.

Pro G. comite Marescallo.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod omnes terras, que fuerunt R. comitis Marescalli in Hibernia, et que Gilbertum Marescallum hereditarie contingunt in Hibernia, reddi faciat Willelmo Grasso ad opus ipsius G. Marescalli cum omnibus rebus, bladis et catallis que fuerunt predicti R. Marescalli. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Julii.

Mandatum est constabulario de Windesor' quod faciat habere Waltero de Kirckham, decano Sancti Martini London', quatuor bona robora in foresta de Windesor' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Julii. Per Godefridum de Craucumb'.

Mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario quod permittant G. Marescallum, comitem Penbr', assidere vicecomites domini regis ad compotum suum reddendum, sicut J. rex, pater H. regis, precepit tempore suo pro W. comite Marescallo, patre suo, per litteras suas, que sunt in thesauro domini regis. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.*

Pro Emma de Skepeye.—Dominus rex concessit et licentiam dedit Emme de Skepeye quod ingrediatur reclusorium juxta ecclesiam Sancte Marie infra castrum Dovor', et quod recludi se faciat in eodem. Et mandatum est constabulario Dovor' quod id sine inpedimento fieri permittat. Teste rege ut supra. Per W. de Kirkeham.

Rex vicecomiti Salopie salutem. Scias quod dilectus et fidelis noster Fulco filius Warini finem fecit nobiscum per sexcentas marcas pro habenda custodia terre et heredum Willelmi Pantulf' usque ad etatem predictorum heredum.†

Pro Roberto de Ros.—Mandatum est ballivo foreste de Gautris‡ quod habere faciat Roberto de Ros quinque bissas§ in foresta de Gautris‡ de dono regis. Apud Westmonasterium, xv. die Julii. Per G. de Craucumb'.

* This entry is bracketed with the two preceding entries.

† This entry is cancelled 'quia in rotulo finium.'

‡ Substituted for 'Norhumbrie.' § Substituted for 'duos cervos.'

1234.
m. 15.]

Pro abbate de Flexleg'.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod non inpediat abbatem de Flexleg' quin habeat forgiam suam itinerantem et alia aisiamenta in foresta de Den', scilicet, pasturam jumentis suis et porcis et omnibus aliis pecoribus suis, et ligna ad domos suas et edificia sua sine vasto, sicut per cartam H. regis, avi istius regis, et confirmationem eidem est concessum. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Julii.

Pro Franke le Tyeis.—Rex dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, salutem. Quia Franke le Tyeys fecit dilecto et fideli nostro G. Marescallo, comiti Penbr', id quod ei facere debuit de terris suis quas habuit et de eo tenere debet in Hibernia, que quidem terre sunt in manu nostra occasione terrarum ejusdem comitis in manu nostra existentium; vobis mandamus quod eidem Franke de terris suis predictis sine dilatione plenam seisinam habere faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Julii. Per ipsum regem.

Pro rege.—Rex dilecto et fideli suo W. comiti Warennie salutem. Ostensum est nobis quod, cum mitteremus vos nuper usque Bremle et la Gnapp' ad castra illa capienda in manum nostram, vos boves, equos et oves, blada et alia instaura ibidem inventa fugari et omnes bacones et alia victualia deferri fecistis ad domum vestram, unde plurimum miramur. Et ideo vobis mandamus firmiter injungentes quatinus, sicut nos et honorem nostrum diligitis, nullatenus omittatis quin omnia instaura et victualia predicta sine dilatione restituantur et liberentur dilecto et fideli nostro R. le Sauvage, constabulario nostro predictorum castrorum, salvo custodienda. Teste rege apud Westmonasterium, xiiij. die Julii.

Pro Gileberto Basset.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod habere faciat Gileberto Basset quadraginta cheverones in foresta de Savernac, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Julii.

Mandatum est constabulario Divisarum* quod habere faciat predicto Gileberto decem fusta in bosco de Melkesham et decem fusta in bosco de Chipham, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo le Wymun.—Rex Bricio le Paumer de Rya, Gileberto de Hasting', Thome Longo et sociis suis salutem. Sciatis quod concessimus et licentiam dedimus Willelmo le Wymum, burgensi de Barbefle, quod ipse et homines sui libere et sine inpedimento veniant per potestatem nostram cum rebus et mercandisis suis, et inde habet litteras nostras patentes duraturas a festo Purificationis Beate Marie, anno regni nostri xvij. usque in tres annos. Et quia infra predictum conductum nostrum navem predicti Willelmi cum rebus et mercandisis suis arestatis occasione treugarum que jam defecerunt inter nos et regem Francie, sicut audivimus, vobis mandamus quod navem predictam cum omnibus rebus et catallis predicti Willelmi sine dilatione dileberetis,† permittentes eam abire quo voluerit. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Julii.

* Substituted for 'eidem Galfrido.' † *Sic in MS*

1234.
[m. 15.]

Pro Johanne filio Wrennoc.—Rex Henrico de Bathonia salutem. Mandamus vobis quod Johannem filium Wrennoc, quem Hubertus de Burgo tenuit obsidem in castro de Skenesfrith, dum castrum illud fuit in manu sua, et qui ductus fuit usque Glouc' quando castrum illud cepimus in manum nostram, et qui remansit in custodia vestra quando per preceptum nostrum nobis reddidistis castrum nostrum et comitatum Glouc', sine dilatione deliberari faciatis, et quo voluerit, abire permittatis. Teste rege ut supra.

Pro hominibus de Menevia.—Rex ballivis suis Bristalli salutem. Monstraverunt nobis probi homines de Menevia quod vos, occasione dampnorum que nobis intulit R. Marescallus, quondam comes Penbr', in guerra mota inter nos et ipsum comitem, quandam navem hominum predictorum cum rebus et catallis suis in ea contentis penes vos arrestastis. Et quia injustum est quod tempore pacis arrestatio aliqua fiat de catallis et rebus alicujus pro transgressione facta tempore guerre, vobis precipimus quod navem predictorum hominum occasione predicta arrestatam, cum omnibus rebus et catallis in ea inventis, sine dilatione deliberetis. Teste me ipso apud Westmonasterium, xv. die Julii, anno regni nostri xviij.

Pro David Basset.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod permittat servientes David Basset, qui fuit contra regem cum comite Marescallo, colligere et adunare fena et blada de terris ipsius David in balliva tua salvo custodienda, donec idem David ad pacem domini regis veniat vel rex aliud inde preceperit. Teste rege ut supra. Per G. Marescallum.

Pro H. de Patheshull' de roboribus.—Mandatum est constabulario de Windlesor' quod faciat habere H. de Pattheshull', thesaurario domini regis, triginta robora ad focum suum in foresta de Windesor', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Julii. Per ipsum regem.

De terris Ricardi de Harecurt.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod capiat in manum regis omnes terras Ricardi de Harecurt in balliva sua cum omnibus bladis et instauris in eis inventis, et tam redditus quam exitus, instaura, et alios proventus terrarum predictarum salvo custodiat, donec dominus rex aliud inde preceperit; ita tamen quod terre bene excolantur. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Glouc', War' et Leyc', Wilt'.

De cartis reddendis.—Mandatum est Stephano de Segrave quod omnes cartas quas habet penes se de domino rege de maneriis, terris et castris, que nuper reddidit domino regi tam pro se quam pro filio suo, sine dilatione mittat domino regi per latorem presentium et per aliquem de suis.

1234.
[m. 15.]

Pro priore de Lenton'.—Dominus rex concessit priori de Lenton' per cartam suam, quam ei fieri fecit, quod feria sua que teneri solebat apud Lenton' in vigilia et in die et in crastino Sancti Martini et per novem dies proximo sequentes, decetero teneatur ibidem in die proxima ante vigiliam et in vigilia et in die et in crastino Sancti Martini et per viij. dies proximo sequentes. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi et feriam predictam predictis diebus et loco clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Julii.

Pro Reginaldo de Muntpincun.—Mandatum est Roberto le Sauvage quod de terra Reginaldi de Muntpincun cum pertinentiis in marisco de Pevenes' et de decem solidatis redditus cum pertinentiis in villa de Bochirst,[a] quas sine precepto regis cepit in manum regis, eo quod predictus Reginaldus fuit in castro de Pevenes' cum Petro de Rivall', plenam seisinam ei sine dilatione habere faciat, et si quid inde captum vel amotum fuerit, id sine dilatione eidem reddi faciat. Teste rege ut supra. Per W. de Ralegh'.

De navibus et mercandisis mercatorum de potestate regis Francie.—Mandatum est Warnero Engayn' quod naves et mercandisas mercatorum de potestate regis Francie deliberari faciat, permittens eos abire quo voluerint. Teste ut supra.

Pro Johanne Luvel'.—Rex vicecomiti Norf' salutem. Quia maneria de Dockinges et de Suthmer', que sunt Johannis Luvel', aliquando fuerunt de dominicis nostris, et nos dominica nostra in regno nostro fecimus talliari, tibi precipimus quod predicto Johanni de hominibus suis predictorum maneriorum rationabile tallagium habere facias. Teste rege ut supra.

Pro Rogero de Frivill'.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod plenam saisinam habere faciat Rogero de Frivill' et Margarete, uxori ejus, que jam plene etatis est, ut dicitur, de terris que ipsam Margaretam jure hereditario contingunt in Kellingtorp' et in Eton', et quas rex commisit Petro de Malo Lacu custodiendas, eo quod predicta Margareta prius fuit infra etatem. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Thoeni.—Mandatum est Johanni de Monem' quod habere faciat Radulfo de Thoeny quatuor cervos in Novo[b] Foresta, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Julii. Per Karleolensem episcopum.

Pro G. Marescallo.—Mandatum est constabulario Turris London' quod faciat habere G. Marescallo, comiti Penbr', unam balistam de cornu ad duos pedes, de dono regis. Teste ut supra. Per Karleolensem episcopum.

[a] Substituted for 'Mersfeld.' [b] *Sic in MS.*

1234.
[m. 15.] *De damis datis:—*

Pro Willelmo de Eboraco. — Mandatum est Roberto de Everingeham quod habere faciat Willelmo de Eboraco quinque damos in foresta de Shirwud', de dono regis. Teste rege ut supra. Per Carleolensem episcopum.

Pro Roberto de Lexinton'.—Mandatum est eidem Roberto quod faciat habere Roberto de Lexinton' quinque damos in eadem foresta, de dono regis. Teste ut supra. [Per] episcopum Karleolensem.

Pro thesaurario.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Hugoni de Patheshull', thesaurario domini regis, septem damos in foresta de Roking', de dono regis. Teste ut supra. Per Carleolensem episcopum.

Pro Willelmo de Cantilup' juniore.—Mandatum est J. de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Cantilup' juniori quatuor damos in foresta de Roking', de dono regis. Teste ut supra. Per Carleolensem episcopum.

Pro testamento Henrici de Grammavill'.—Mandatum est Roberto Passelewe, custodi terre et heredis Henrici de Grammavill', quod habere faciat executoribus testamenti predicti Henrici omnia blada et catalla que fuerunt ipsius Henrici, ad executionem testamenti ipsius Henrici faciendam, preter ea que vendita fuerunt ad debita ipsius Henrici, que domino regi debuit, ad Scaccarium regis reddenda, et que ibidem reddita sunt, si que ad hoc vendita fuerunt. Teste rege ut supra.

Pro Domingo balistario.—Dominus rex concessit Domingo balistario, servienti suo, ad sui et uxoris et puerorum suorum sustentationem tota vita ipsius Domingi terram illam de Seynosse quam aliquando tenuit de ballio comitis Ricardi, fratris domini regis, cum esset in Wasconia. Et mandatum est Henrico de Trublevill', senescallo Wasconie, quod de predicta terra ipsi Domingo plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Pro domino Dunelmensi episcopo.—Rex dilecto et fideli suo Johanni filio Gaufridi salutem. Sciatis quod concessimus venerabilibus patribus, W. Eboracensi archiepiscopo et R. Dunelmensi episcopo, et dilectis et fidelibus nostris Roberto, abbati Sancte Marie Eboraci, et comitibus, baronibus, militibus, liberis hominibus et omnibus aliis, tam clericis quam laicis, terras habentibus inter Usam et Derewentam in comitatu Eboraci, quod tota foresta nostra inter Usam et Derewentam sint* deafforestata inperpetuum, pro nobis et heredibus nostris, sicut per cartam nostram quam eis inde fieri fecimus plenius perpendere poteritis. Et ideo vobis mandamus quod predictam cartam nostram in pleno comitatu Eboraci et omnes libertates eis a nobis concessas in eadem carta contentas firmiter teneri faciatis. Teste rege ut supra.

* *Sic in MS.*

1234.

[m. 15.] Rex concessit et[a] per cartam suam confirmavit venerabili patri R. Dunelmensi episcopo quasdam libertates et liberas consuetudines et quietancias ei a domino J. rege, patre suo, prius concessas et confirmatas,* sicut in carta domini regis, quam eidem episcopo inde fieri fecit, plenius continetur. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod cartam predictam in pleno comitatu suo legi et predictas libertates, liberas consuetudines et quietancias teneri faciat. Teste rege ut supra.

Eodem modo[a] mandatum est vicecomiti Linc' de eodem.

[m. 14.] *Pro Rogero la Zuche.*—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Rogero la Zuche tres damos in foresta de Rokingh', de dono regis. Teste rege apud Havering', xviij. die Julii. Per Ricardum Syward'.

Pro Willelmo de Insula. De damis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Willelmo de Insula duos damos in foresta de Rokingham, de dono regis. Teste rege apud Havering', xviij. die Julii.

Pro Thoma de Canvill'.—Dominus rex concessit Thome de Caunvill' quod apud le Boysars hospitari faciat terram suam ex una parte strate regie in villa sua de Senefeld', sicut terra abbatis Sancte Osithe est hospitata ex alia parte strate in villa sua de Tothsted'. Et mandatum est Ricardo de Muntfichet quod hoc sine inpedimento fieri permittat. Teste rege ut supra.

Pro Hamone Chevere.—Quia dominus rex accepit per inquisitionem, quam inde fieri precepit, quod Fulco filius Bartholomei de Colekirke appellat Hamonem Cheure de morte Godefridi, fratris ipsius Fulconis, odio et atya et non eo quod inde culpabilis sit, preceptum est vicecomiti Norf' quod si idem Hamo invenerit ei xij. probos et legales homines de comitatu suo, qui manucapiant eum habere coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, tunc tradat eum predictis xij. in ballium etc. Teste rege apud Havering', xix. die Julii.

Pro Petro filio Herberti. De cervis datis.—Mandatum est Johanni de Venuz quod faciat habere Petro filio Herberti tres cervos in foresta de Wulvesmere, de dono regis. Teste rege apud Havering', xx. die Julii.

Pro Willelmo de Eboraco.—Mandatum est Johanni filio Gaufridi quod habere faciat Willelmo de Eboraco unum cervum et unum damum in foresta de Gautrys, de dono regis. Teste rege ut supra. Per W. de Kirkeham'.

* Omitted in MS.

1234.
[m. 14.]

Pro R. Dunelmensi episcopo.—Mandatum est Ricardo de Wrotham, contabulario de Corf', quod in foresta de Blakedon' habere faciat venerabili patri R. Dunelmensi episcopo quinque damas,* de dono regis. Teste rege ut supra. Per W. de Kirkeh', et postea per J. Bathoniensem.†

Pro Adam Esturmy.—Mandatum est constabulario de Brug' quod de vinis domini regis, que sunt in castro de Brug', habere faciat Ade Esturmy, constabulario Novi Castri subtus Limam, unum dolium vini de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro Johanne de Berchamme.—Mandatum est Roberto le Sauvage quod terram Johannis de Berchamme, quam Petrus de Rivall' occupavit claustura parci de Mersfeld', quando parcum illum claudi fecit, ipsi Johanni dimittat quietam extra parcum predictum, faciens circuitum clausi predicti parci fieri super terram manerii de Mersfeld' sine occupatione terre aliene vel injuriatione alterius. Teste rege ut supra.

De averiis et catallis Petri de Rivall'.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod omnia averia et catalla Petri de Rivall', que inventa fuerint de ballia de Bremle et de ballia de la Cnappe, tempore quo castra predicta fuerunt capta in manum regis, in cujuscumque ballia vel manu fuerint, habere faciat Roberto le Sauvage; et distringat omnes detentores eorundem averiorum et catallorum de ballia sua ad ea reddenda, sicut idem Robertus ei dicet ex parte regis, si neccesse fuerit. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo Manduyt.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Willelmo Manduyt duos damos in foresta de Wytlewud', de dono regis. Teste ut supra. Per Ricardum de Argenteam'.

Pro Juliana que fuit Johannis le Parker.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod permittat Julianam, que fuit uxor Johannis le Parker, habere zuschias in parco de Havering' et aliud estoverium quod ad eum pertinet habere in eodem parco occasione custodie terre et heredis predicti Johannis, quondam viri sui, que est in manu sua per preceptum domini regis, sicut predictus Johannes et antecessores sui zuschias illas et estoverium aliud habere consueverunt in eodem parco, tamquam de feodo temporibus H. regis, avi hujus regis, et R. regis, avunculi sui, et tempore domini J. regis, patris sui. Teste ut supra. Per Karleolensem episcopum.

Pro Ricardo de Harecurt Anglici.‡—Rex vicecomiti Oxonie salutem. Quia datum est nobis intelligi quod occasione precepti quod nuper tibi fecimus de terris Ricardi de Harecurt Normanni, qui est in partibus transmarinis, capiendis in manum nostram, cepisti in manum nostram terram dilecti et fidelis nostri Ricardi de Harecurt Anglici

* The words 'quinque damas' are substituted for 'duos cervos in warenna de Corf'.'

† This entry is cancelled 'quia non habuit.'

‡ *Sic in MS.*

1234.
[m. 14.] in Staunton', tibi precipimus quod omnes terras predicti Ricardi Anglici, quas occasione predicta cepisti in manum nostram, ei sine dilatione reddas. Et si quid de rebus et catallis ipsius amoveri fecisti, eidem Ricardo similiter reddi facias. Et si predictus Ricardus Normannus terras aliquas habuerit in manu tua, eas in manum regis capias et salvo custodias donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Leyc' de terra predicti de Bosewurth' et Eyleston'.

De venatoribus.—Rex dilecto et fideli suo Hasculfo de Athelakeston' salutem. Mittimus Johannem le Fol et Philippum venatores nostra* ad balliam tuam ad capiendum in ea sex cervos, mandantes quod eos ad hoc admittatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Julii.

Pro Nicholao de Hadham.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum comitatus Hertford' extendi faciant terras Nicholai de Hadham in Thorleg' et Hadham, et secundum valorem predictarum terrarum rationabilem finem et rationabiles terminos eidem Nicholao habere faciant de debitis que debet Aaron Blundo et sociis suis, Judeis Lond', et similiter de debito quod debet Aaron Judeo, nepoti predicti Aaron. Et interim eidem Nicholao de debitis predictis pacem habere faciant. Teste rege ut supra.

Pro rege de vinis.—Rex majori et vicecomitibus Lond' salutem. Mittimus fidelem nostrum Johannem de Colemere usque London' ad emendum ibidem ad opus nostrum triginta dolia vini, mandantes quod predicta vina ei habere faciatis. Teste rege ut supra.

Rex ballivis suis Suht' salutem. Precipimus vobis quod de vinis, que sunt in villa nostra Suhampt', emi faciatis ad opus nostrum viginti dolia vini, sicut fidelis noster Johannes de Colemer' vobis dicet ex parte nostra. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo de Sancto Ligero.—Mandatum est Johanni de Gray quod faciat habere Willelmo de Sancto Ligero omnia blada sua, que seminari fecit in terra de Gibbecrac, quam habuit de ballio regis et quam dominus rex postea concessit eidem Johanni, quia dominus rex non vult ipsum Willelmum de bladis illis esse perdentem. Teste ut supra.

Pro Gilberto Basset.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod omnia catalla Gilberti Basset que inveniri poterunt in balliva sua et probari sua esse, de quorum pretio non responsum est ad Scaccarium regis, et que non sunt data per preceptum regis eidem Gilberto, sine dilatione deliberari faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xxij. die Julii.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Surr', Sussex, Roberto le Sauvage in balliva sua.

* *Sic in MS.*

1234.
[m. 14.]

Pro priore et canonicis de Muchelham'.—Dominus rex confirmavit priori et canonicis de Muchelham et successoribus suis inperpetuum donationem et concessionem quam Willelmus Pedifer eis fecit de quibusdam mesuagiis et quibusdam terris, que habuit in Pevenes', sicut carta predicti Willelmi, quam predicti prior et canonici inde habent, plenius testatur, ita quod de serviciis debitis capitalibus dominis predictarum terrarum et messuagiorum respondeant. Et mandatum est Roberto le Sauvage quod servicium quod ad dominum regem pertinet de terris et mesuagiis predictis occasione honoris de Aquila in manu regis existentis, ab eisdem priore et canonicis recipiat, et nullam contra donationem predicti Willelmi et confirmationem domini regis eis inferat molestiam vel gravamen. Teste rege apud Sutton', xxij. die Julii.

Pro Helena nutrice domini regis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod faciat habere Helene nutrici domini regis tria fusta in forinseco bosco de Havering' ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Roffam, xxiij. die Julii. Per W. de Kirkeham.

Pro Willelmo scissore domini regis.—Rex vicecomiti Kancie salutem. Scias quod concessimus dilecto servienti nostro Willelmo scissori nostro et carta nostra confirmavimus pro homagio et servicio suo unam carucatam terre cum pertinentiis in Godested' et in Weston', videlicet, terram illam quam Petrus Mygnot quondam habuit de dono R. regis, avunculi nostri, et quam Galfridus Myghnot, frater et heres predicti Petri, postea quietam clamavit predicto Willelmo qui eam tenuit de ballio domini J. regis, patris nostri, habendam et tenendam eidem Willelmo et heredibus suis inperpetuum, reddendo inde nobis et heredibus nostris singulis annis unum espervarium sorum pro omni servicio. Et hoc tibi significamus ut illud scias et teneri facias. Teste rege apud Roffam, xxiij. die Julii.

Eodem modo scribitur baronibus de Scaccario. Et mandatum est eis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege ut supra.

Pro Waltero de Godarvill'.—Dominus rex perdonavit Waltero de Godarvill', decem marcas et dimidiam, quas debet Aaron Blundo, Judeo Lond', et tres marcas, quas debet Leoni, Judeo Lond'. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum Walterum de predictis decem marcis et dimidia debitis predicto Aaron, et de tribus marcis debitis predicto Leoni, quietum esse faciant. Teste rege apud Roffam, xxiij. die Julii.

Pro priore et canonicis de Legh'.—Mandatum est Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi excaetatoribus domini regis, quod non obstante disseisina quam Stephanus de Segrave fecit priori et canonicis de Legh', de quindecim solidatis, quinque denaratis et obolata redditus cum pertinentiis in Staunton' et in Hilton' tempore quo habuit manerium de Staunton', quem quidem redditum idem Stephanus postea predictis priori et canonicis reddidit, permittant ipsos priorem et canonicos redditum illum sine impedimento percipere,

1234.

[m. 14.] sicut illum percipere consueverunt de dono Agnetis de Rupe et Eudonis de Rupe, filii sui, antequam predictus Stephanus haberet manerium predictum. Teste rege apud Roffam, xiiij. die Julii.

Pro priore de Berden' et aliis executoribus testamenti Henrici de Cremavill'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod faciat habere priori de Berdene et aliis executoribus testamenti Henrici de Cremavill' omnia blada et catalla, que fuerunt predicti Henrici in balliva sua, ad executionem testamenti predicti faciendam. Teste rege apud Roffam, xxv. die Julii.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Suff' et Essex'.

Pro G. Marescallo, comite Penbr', de maneriis de Standon' et Berdefeld' et de Rowell'.—Dominus rex commisit G. Marescallo, comiti Penbr', maneria de Staundon' et Berdefend', que fuerunt G. quondam comitis Glouc', cum bladis ad predicta maneria pertinentibus, ad se sustentandum in servicio suo, quamdiu regi placuerit. Et mandatum est Ade filio Willelmi et Ricardo de la Lade, escaetatoribus domini regis, quod de maneriis predictis cum bladis ad ea pertinentibus eidem G. comiti Marescallo plenam seisinam habere faciant. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur eisdem escaetatoribus de manerio de Rowell' cum pertinentiis.

Pro Willelmo de Bello Campo.—Mandatum est vicecomiti Bedeford' quod demandam quam facit Willelmo de Bello Campo, de sectis faciendis ad comitatum suum ratione custodie honoris de Neuport Paynel in manu sua existentis, ponat in respectum usque in xv. dies a die Sancti Michaelis, anno etc. xviij. Teste rege apud Roffam, xxv. die Julii.

Pro Radulfo Haket.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod non obstante eo quod rex nuper precepit seisinam fieri Willelmo Blancgernun de una carucata terre cum pertinentiis in Farnham', que prius fuit in manu Radulfi Haket de ballio regis, faciat habere eidem Radulfo omnia blada, que seminari fecit in terra predicta. Teste rege ut supra.

Pro Petro de Raleg' de damo dato.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Petro de Raleg' unum damum in foresta de Rokingh', de dono regis. Teste ut supra. Per G. de Craucumb'.

Pro Moyse le Bret.—Rex cepit homagium Moysy le Bret, filii et heredis Willelmi de Sancto Laudo, de medietate ballie foreste de Blakemor', que ad eum pertinet jure hereditario secundum inquisitionem quam dominus rex inde fieri fecit. Et mandatum est ballivo foreste de Blakemor' quod eidem Moysi de medietate ballie predicte plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

* Omitted in MS.

1234.

[m. 14.] *Pro abbate de Nutleya.*—Mandatum est Johanni de Nevill' quod permittat abbatem de Nutleia habere duas carettas itinerantes ad buscam ad focum suum in foresta de Brehull', sicut carettas illas itinerantes habuit tempore quo ballia ejusdem foreste fuit in manu Hugonis de Nevill', patris ipsius Johannis, per cartam domini J. regis, patris hujus regis, quam inde habet. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo de Ferariis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Willelmo de Ferariis quatuor damos in foresta de Whytlewude, de dono regis. Teste ut supra.

Pro executione testamenti Willelmi de Rudon'.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod faciat habere fratri Galfrido, elemosinario domini regis, et Warino, capellano domini regis, et aliis executoribus testamenti Willelmi de Rudon', omnia blada sua seminata in terris que fuerunt predicti Willelmi in ballia sua, ad executionem testamenti predicti faciendam. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Wilt' pro eodem.

Pro Willelmo de Stafford'.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod quamdiu Willelmus de Marisco fuerit in prisona regis, faciat habere Willelmo de Stafford' custodiam terre que fuit Ade le Bret, in Rathgole et Drungan, et que prius fuit in manu et custodia predicti Willelmi de Marisco, cum bladis in eadem terra seminatis. Teste rege ut supra.

[m. 13.] *Pro G. Marescallo, comite Penbr'.*—Rex commisit G. comiti Marescallo manerium de Rowell' cum pertinentiis, quod fuit G. quondam comitis Glouc', et cum omnibus bladis ad manerium illud pertinentibus, ad se sustentandum in servicio suo quamdiu domino regi placuerit. Et mandatum est Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi, escaetatoribus domini regis, quod de manerio predicto cum pertinentiis et cum bladis ad ipsum manerium pertinentibus ei plenam seisinam habere faciant, sicut predictum est. Boves etiam carucarum et omnia alia instaura predicti manerii de Rowell' et maneriorum de Standon' et de Berdefeld' eidem comiti similiter habere faciant, que omnia distincte et aperte inbreviari et in scriptum in modum cyrographi confectum redigi faciant, cujus altera pars penes predicto* escaetatores remaneat et altera penes eundem comitem, ut idem comes, quando dominus rex voluerit, secundum testimonium ejusdem scripti eis respondeat de bobus et instauris predictis. Teste rege apud Roffam, xxvj. die Julii.

Pro abbate de Begham.—Mandatum est Roberto le Sauvage quod assignari faciat abbati de Begeham' quinquaginta acras more et marisci in marisco de Pevenes' de terra que fuit Gileberti de Aquila, ad terram ipsius abbatis de Otham meliorandam, quamdiu domino regi placuerit. Teste ut supra. Per ipsum regem pro archiepiscopo Cantuariensi.

* Sic in MS.

1234.
[m. 13.]

Pro Reginaldo de Muntpineun.—Dominus rex remisit Reginaldo de Muntpineun indignationem suam quam erga eum concepit eo quod se tenuit contra eum in castro de Pevenes'. Et mandatum est vicecomiti Sussex' quod fenum ipsius Reginaldi quod occasione predicta arestari fecit in Begeherst, ei sine dilatione deliberari faciat, nullum ei decetero gravamen inferens aut inferri permittens. Et si quid ei fuit forisfactum, id ei sine dilatione faciat emendari. Teste ut supra.

Pro Bertramo de Cryoil, de cervis et damis datis.—Mandatum est constabulario de Tunebrigg' quod faciat habere Bertramo de Cryoyl duos cervos et tres damos in foresta de Tonebrigg' de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro Henrico filio Regis.—Dominus rex concessit Henrico filio Regis quod rationabile tallagium assideat super homines de soka de Waultham tenentes de eodem Henrico. Et mandatum est eisdem hominibus quod in hoc ei sint intendentes et respondentes. Teste rege ut supra.

Consimiles litteras habet Henricus de Scaccario directas hominibus ejusdem manerii tenentibus de eodem Henrico.

Pro abbate de Fiscampo.—Rex Roberto le Sauvage salutem. Sciatis quod ita convenit inter Johannem de Breus' et abbatem de Fiscampo per cyrographum inter eos in curia nostra factum aliquando, quod idem abbas singulis annis habeat quinque damos et quinque damas in foresta Sancti Leonardi, videlicet, quinque damos in gressia et quinque damas in fermisona. Et ideo vobis mandamus quod secundum tenorem cyrographi predicti eidem abbati singulis annis quinque damos et quinque damas in foresta predicta habere faciatis, sicut predictum est, alias libertates in cyrographo ipso contentas predicto abbati teneri facientes. Teste rege ut supra.

Rex vicecomiti Sussex' salutem. Quia nolumus quod prohibitio nostra, quam nuper fieri fecimus ne abbas de Feschamp' venditionem faceret de boscis suis in ballia tua, libertates ejusdem abbatis in aliquo ledat aut eidem abbati prejudicet, tibi precipimus quod, non obstante predicta prohibitione nostra, permittas ipsum abbatem de boscis suis pro voluntate sua vendere et disponere sine inpedimento. Teste ut supra.

Pro Aaron Blundo Judeo London'.—Rex vicecomitibus London' salutem. Precipimus vobis quod diligenter inquiri faciatis per probos et legales homines de parochia de Colechirch' in London' et aliis vicinis parochiis, per quos rei veritas melius sciri poterit, utrum illa domus cum pertinentiis, quam Aaron Blundus Judeus London' aliquando tenuit in predicta parochia de Colechirch' de Petro filio Alof, et unde eundem Aaron disseisivistis, sit de feodo Sancti Thome vel non. Et si per inquisitionem illam inveneritis quod predicta domus non sit de feodo Sancti Thome, tunc ipsi Aaron plenam seisinam de predicta domo sine dilatione habere faciatis. Teste rege ut supra.

1234.
[m. 13.]

Pro Philippo de Pyrie.—Mandatum est Roberto le Sauvage quod faciat habere Philippo de Pirie unum damum in foresta de Essendon', de dono regis. Teste rege apud Roffam, xxvij. die Julii.

Pro priore de Lewes.—Rex Roberto le Sauvage salutem. Monstratum est nobis ex parte dilecti nobis in Christo prioris Lewensis quod Petrus de Rivall', postquam terre Gileberti de Aquila extiterunt in manu sua, pro voluntate sua predictum priorem injuste disseisivit de quodam prato et quodam stagno in Wyledun' ad quandam terram pertinentibus, quam prius coram justiciariis nostris in partibus illis aliquando itinerantibus recuperavit versus Gilebertum de Aquila per judicium curie nostre; et quod vos occasione illius seisine voluntarie quam idem Petrus habuit de predicto prato et stagno, non permittitis ipsum priorem fenum suum inde abducere nec in stagno ipso piscari. Et ideo vobis mandamus quod si constare vobis possit quod predictus Petrus taliter ipsum priorem disseisiverit, non inpediatis ipsum quin libere de prato et stagno suo faciat quod voluerit, et fenum ejusdem prati sui abducere et in eodem stagno piscari: et si quid asportatum fuerit de prato predicto, id ei reddi faciatis. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo Gresley.—Mandatum est constabulario de Tunebrugg' quod faciat habere Willelmo Gresley unum damum in foresta de Tunebrig', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Julii. Per G. de Craucumb'.

Pro Alicia de Trublevill'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Alicie de Trublevill' unum damum in foresta de Waugheberg', de dono regis. Teste rege ut supra. Per Ricardum de Argent'.

Pro Roberto de Creppinges.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Monstravit nobis Robertus de Creppinges quod cum Hubertus de Burgo dimisisset ei custodiam terre et heredis Hugonis de Burton', et eam aliquamdiu tenuisset, Petrus de Rivall' postea pro voluntate sua ipsum Robertum inde disseisivit. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, predicto Roberto custodiam ipsam sine dilatione reddi facias. Teste rege ut supra.

Pro Radulfo de Warevill'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod terram Petri Mimmek', quam ipse Petrus tradidit ad firmam ad terminum qui nondum preteriit, ut dicitur, Radulfo de Warevill', antequam captus esset et imprisonatus per preceptum regis, occasione cujus captionis et imprisonationis terra ipsa capta fuit in manum regis per preceptum regis, reddi faciat predicto Radulfo cum omnibus catallis et instauris sine dilatione, ne pro defectu ipsius Johannis oporteat regem manum apponere.

Pro domino archiepiscopo Cantuariensi.—Mandatum est Roberto le Sauvage quod habere faciat E. Cantuariensi archiepiscopo tres cervos in foresta de Asshendon', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Julii. Per W. de Kirkeham.

1234.
[m. 13.]

Pro Drogone de Trublevill'.—Mandatum est Willelmo May et Willelmo Luvel, venatoribus domini regis, quod faciant habere Willelmo de Sancto Laudo, clerico domini Drogonis de Trublevill', ad opus ipsius Drogonis, tres damos de dono regis de primis damis quos capient per preceptum regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Julii. Per W. de Kirkeham.

Pro J. comite Linc'.—Mandatum est vicecomiti Lincoln' quod demandam quam facit J. comiti Linc' et constabulario Cestrie per summonitionem Scaccarii domini regis de mille marcis domino regi reddendis, ponat in respectum usque in xv. dies a festo Sancti Michaelis, anno etc. xviij. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Julii.

Pro Waltero de Evermuth.—Mandatum est Roberto de Everingeham, forestario de Syrewud', quod faciat habere Waltero de Evermuth' quatuor damos in foresta de Syrewude, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Julii.

Pro Willelmo Gernun.—Dominus rex dedit Willelmo Gernun id quod ad eum pertinet per unum annum et unum diem de terra que fuit Roberti de Faudeye, qui abjuravit regnum Anglie pro latrocinio in Cumpton'. Et mandatum est vicecomiti Berks' quod de predicta terra cum pertinentiis eidem Willelmo seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Julii.

Mandatum est constabulario de Wyndlesor' quod permittat abbatem de Waverl' habere rationabile estoverium suum in bosco suo de Weneberg', qui est infra forestam de Windleshor', ad husbote et heybote, sicut habere consuevit tempore R. regis etc. Teste ut supra.

Pro operatione de Clarendon'.—Mandatum est Henrico filio Nicholai quod in dominicis boscis domini regis, qui sunt in custodia sua, habere faciat magistro Elye de Derham maeremium ad operationem capelle regis de Clarendon' et ad alias operationes quas dominus rex fieri precepit apud Clarendon', sicut idem magister Elyas ei dicet ex parte regis. Teste rege ut supra. Per W. de Kirk'.

Pro magistro Elya de Derham'.—Magister Elyas de Derham habet litteras de protectione clausas directas constabulario Divisarum et vicecomiti Wilt'. Per W. de Kirkeh'.

Mandatum est Roberto le Sauvage quod habere faciat venerabili patri E. Cantuariensi archiepiscopo septem damos in foresta Sancti Leonardi, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Julii. Per W. de Kirkeham.

Pro Petro de Wakering' de fustis datis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat Petro de Wakering' tria fusta in foresta de Havering' ad maeremium et buscam, de dono regis. Teste ut supra. Per W. de Kirkeham.

1234.
[m. 13.]

Pro rege de cervis capiendis.—Rex dilecto et fideli suo Thome de Muleton', forestario suo de Cumberl', salutem. Mittimus ad vos Johannem le Fol' et Philippum de Candevr', venatores nostros, cum canibus nostris cerverettis ad ducentos cervos capiendos in ballia vestra. Et ideo vobis mandamus quod ipsos Johannem et Philippum ad hoc recipiatis, et sitis eisdem in auxilium ad predictos cervos capiendos. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur custodi foreste de Pecco quod sit in auxilium Willelmo filio Walkelini, venatori domini regis, quem rex mittit ad eum ad centum cervos capiendos in ballia sua. Teste rege ut supra.*

De damis capiendis.—Rex Michaeli de Columbariis salutem. Mittimus ad te Rogerum de Stoph', venatorem nostrum, cum canibus nostris damerettis ad damos capiendos in ballia tua in Digerl' et Fingel'. Et ideo tibi mandamus quod predictum Rogerum ad hoc recipias, et sis ei in auxilium ad predictos damos capiendos donec veniamus ad partes illas. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Julii.

Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere vicecomiti Glouc' maeremium in foresta de Sancto Briavello, ad gurgites domini regis de Sabrina faciendos. Teste rege ut supra.

Pro Roberto Passelewe.—Rex vicecomiti Kancie salutem. Precipimus tibi quod non permittas quod executores testamenti Henrici de Cremmavill' faciant flagellari blada Roberti Passelewe apud Soltun' vel apud Graveshend de instanti autumpno anno etc. xviij. occasione bonorum que dicti executores exigunt a prefato Roberto ad executionem testamenti predicti Henrici faciendam. Averia autem vel catalla, si qua dicti executores ceperint occasione testamenti predicti, ea sibi reddi facias. Propria autem catalla predicti Henrici que habuit die qua obiit, si qua inventa fuerint in ballia tua, habere facias executoribus predictis ad executionem predicti testamenti faciendam. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Essex' de bladis ipsius Roberti apud Renham.

De venatione Cumberl' et de Pecco.—Rex constabulario Norht' salutem. Mandamus tibi quod venationem quam tibi mittet vicecomes noster Cumberl', recipias et salvo custodiri facias donec aliud super hoc tibi mandaverimus. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est eidem constabulario de venatione quam custos foreste de Pecco ei liberabit. Teste ut supra.

Pro Alienora consanguinea domini regis de cervis et capreolis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere Alyenore consanguinee domini regis novem cervos in foresta de Munedep', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxxj. die Julii. Per J. Bathoniensem episcopum.

* The latter part of this entry and the next subsequent entry are cancelled quia in rotulo computabitur.

1234.
m. 13.]

Mandatum est constabulario Bristolli quod faciat habere eidem Alienore quinque capreolos in brullis de Keynesham. de dono regis. Teste rege ut supra Per J. Bathoniénsem episcopum.

Pro abbatissa de Fonte Ebroldi.—Rex dilecto et fideli suo Henrico de Trublevill', senescallo suo Wasconie, salutem. Mandamus vobis firmiter injungentes quod sine difficultate aliqua faciatis habere dilecte nobis in Christo abbatisse de Fonte Ebroldi redditus suos ei debitos in balliva vestra, quos ibi habet de dono predecessorum nostrorum regum Anglie et nostro, secundum tenorem litterarum nostrarum quas inde vobis mittimus, scituri quod si pro defectu vestri ad nos clamor inde pervenerit, eidem abbatisse redditus predictos reddi faciemus de terris vestris quas habetis in Anglia. Teste rege apud Westmonasterium, xxxj. die Julii. Per G. de Craucumb'.

Pro Johanne de Nevill' de seisina terrarum suarum et parci de Haunl'. Rex dilectis et fidelibus suis Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi, escaettoribus suis, salutem. Sciatis quod cepimus homagium Johannis filii et heredis Hugonis de Nevill', tam de omnibus terris que fuerunt ipsius Hugonis quam de aliis terris quas de nobis tenuit in capite de hereditate Johanne quondam uxoris sue et matris ipsius Johannis, et que ipsum Johannem hereditarie contingunt. Et ideo vobis mandamus quod predicto Johanni de omnibus terris predictis sine dilatione plenam seisinam habere faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxxj. die Julii.

Dominus rex commisit Johanni de Nevill' parcum de Haunl' juxta Thonecestr' custodiendum. Et mandatum est vicecomiti Norht' quod de predicto parco cum omnibus pertinentiis suis eidem Johanni plenam seisinam habere faciat sine dilatione. Teste rege ut supra.

De camera et capella regis de Havering'.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod faciat habere magistris Nicholao de Aundel', Hugoni de Abben', Simoni de Norhampt' et Willelmo Rutier, carpentariis domini regis, maeremium idoneum in parco de Havering' per visum proborum et legalium hominum ad cameram et capellam domini regis de Havering' reparandam. Teste rege ut supra.

Pro hospitali de Ofspring'.—Dominus rex concessit fratri Galfrido, elemosinario suo, custodi hospitalis de Ofspreng', totum bladum quod seminari fecit in terris ejusdem manerii, et quod concessit aliquando Joldewino de Doe, ad emendationem ejusdem hospitalis, retento semine ad terras predictas seminandas quantum necesse fuerit, de eodem blado, et similiter quantum necesse fuerit ad liberationes famulorum ejusdem manerii. Et mandatum est Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi quod totum residuum bladi predicti eidem elemosinario regis habere faciant, retentis de eodem blado semine ad terras predictas seminandas et liberationibus famulorum, sicut predictum est; et quod faciant habere eidem elemosinario grangias regis ad blada predicta salvo reponenda, et consuetudines regi debitas de hominibus ejusdem manerii in hoc autumpno ad eadem blada metenda et colligenda. Teste rege apud Westmonasterium, xxxj. die Julii.

1234.
[m. 13.] *Pro Henrico de Heliun.*—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod talem seisinam habere faciat Henrico de Heliun de terra que fuit Johannis le Poher in balliva sua cum pertinentiis, et quam postea rex concessit Rogero de Turkilby, qualem inde habuit die quo inde disseisitus fuit per preceptum regis occasione contentionis que fuit inter dominum regem et Hubertum de Burgo, comitem Kancie. Teste rege ut supra.

Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere vicecomiti Buk' sexaginta et sex quercus de integro fusto de longitudine xix. pedum si inveniri possint, in foresta de Brehull' extra Frith' et Pancehal' ad gaiolam domini regis de Aylesbir' faciendam. Et si extra Frith' et Pauncehal' idoneas quercus ad dictam gaiolam non poterit invenire, faciat habere eidem vicecomiti unam medietatem predictarum quercuum in Pauncehal' et le Frith' et aliam medietatem extra Pauncehal' et le Frith' in predicta foresta de Brehull', ad gaiolam predictam faciendam. Teste rege apud Westmonasterium, j. die Augusti.

[m. 12.] *Pro Johanne de Nevill' de seisina terrarum suarum.*—Dominus rex cepit homagium Johannis de Nevill' de omnibus terris que ipsum Johannem hereditarie contingunt de hereditate que fuit Hugonis de Nevill', patris sui, simul et de hereditate que fuit Johanne, matris sue. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod de manerio de Arnhale cum pertinentiis, quod fuit predicti Hugonis, patris sui, et de quo seisitus fuit die quo obiit, ipsi Johanni plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, j. die Augusti.

De assisa inter Philippum de Kyma et H. Lincolniensem episcopum ponenda in respectum.—Rex justiciariis suis, qui proximo itineraturi sunt in comitatu Linc', salutem. Mandamus vobis quod assisam de convincendis xij. juratoribus per xxiiij. milites, quam Philippus de Kyma arramiavit coram justiciariis nostris de Banco versus H. Lincolniensem episcopum de prebenda de Carleton', et quam predicti justiciarii nostri posuerunt postea coram vobis, ponatis in respectum, ita quod eam non capiatis, donec aliud inde preceperimus. Teste ut supra.

Belet. Pro magistro Michaele Belet.—Mandatur camerario domini regis London' quod de vinis regis que sunt in custodia sua, faciat habere magistro Michaeli Belet duo dolia vini, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, ij. die Augusti.

De executione testamenti H. de Nevill'.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod faciat habere executoribus testamenti Hugonis de Nevill' omnia blada et catalla que fuerunt ipsius Hugonis in balliva sua, in cujuscunque manu fuerint inventa, ad respondendum domino regi de debitis que idem Hugo ei debuit. Teste rege apud Westmonasterium, j. die Augusti.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Buk' et Bedeford'; Kancie.

1234.
m. 12.] Rex vicecomiti Essex' salutem. Precipimus tibi quod non permittas quod executores testamenti Hugonis de Nevill' vendant aliquid vel amoveant de bonis que fuerunt ipsius Hugonis in balliva tua, ut de bobus, bladis et aliis instauris, donec certi fuerimus et securi de debitis nostris que idem Hugo nobis debuit; ita tamen quod predicti executores blada instantis autumpni per manus ballivorum qui sunt in maneriis predicti Hugonis colligi faciant et adunari et salvo custodiri, donec aliud inde preceperimus. Nolumus tamen quod occasione hujus precepti nostri eisdem executoribus seisinam aliquam auferas. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Sumerset'.

R. De vinis capiendis ad opus domini regis.—Mandatum est Johanni de Colemere, camerario domini regis London', quod preter vina, que dominus rex ultimo capi precepit per eum ad opus suum, de vinis que proximo ventura sunt apud London' et Sandwicum, adhuc capi faciat ad opud* domini regis sexaginta dolia vini, et ea in celaria domini regis Westmonasterii salvo reponi faciat, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Windes'. Per G. de Craucumb'.

Pro Galfrido de la Fresn'.—Dominus rex remisit Galfrido de la Fresn' indignationem suam quam erga eum concepit eo quod fuit cum R. comite Marescallo contra ipsum regem, et recipit ipsum in gratiam et ad pacem suam; et concessit ei quod quietus sit de redemptione sua ad quam tenebatur pro captione sua in conflictu habito inter gentem domini regis et predictum Marescallum, et quod terre sue capte in manum regis occasione predicta ei restituantur. Et mandatum est justiciario Hibernie quod de omnibus terris quas idem Galfridus habuit in Hibernia die captionis sue, que capte fuerunt in manum regis occasione predicta, eidem Galfrido seisinam habere et de predicta redemptione quietum esse faciat. Teste rege ut supra.

Pro Radulfo de Warevill', canonico Lincolniensi.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod permittat quod Radulfus de Warevill', canonicus Lincolniensis, totam buscam quam perquirrere* poterit in balliva ejusdem Johannis ad focum suum, cariari faciat libere et sine impedimento ad domum suam de Tam'; ita quod idem Radulfus vel homines sui qui buscam illam cariaverint, de chimino non impediantur. Teste rege apud Windes', iiij. die Augusti.

Pro fratribus hospitalis Sancti Thome martiris de Acr', de domo que fuit Aaron Blundi, Judei Lond'.—H. Dei gratia rex Anglie etc. majori et vicecomitibus London' salutem. Sciatis quod satisfaciemus Aaron Blundo et sociis suis, Judeis London', de quadraginta marcis pro fratribus hospitalis Sancti Thome martiris de Acr', quas predicti fratres debuerunt predictis Judeis pro quadam domo in London'

* *Sic in MS.*

1234.
[m. 12.] quam emerunt a predictis Judeis, que quidem domus fuit aliquando Petri filii Alovi. Et ideo vobis precipimus quod in presentia predicti Aaron et sociorum suorum, si presentes fuerint, predictis fratribus de domo predicta cum pertinentiis plenam seisinam habere faciatis. Teste rege apud Windes', iiij. die Augusti.

De terra Savarici de Boun.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod statim visis litteris clamari faciat per totam balliam suam quod nullus vir religiosus vel alius clericus vel laicus aliquid recipiat, sive de dono, sive de empto, sive quocumque alio modo, de terra Savarici de Boun in ballia sua, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste me ipso apud Windesor', v. die Augusti.

Mandatum est custodi gaiole de Newegate quod Willelmum Spronge, probatorem domini regis, quem vicecomes Surr' ei liberabit, recipiat et eum salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Windesor', vij. die Augusti.

R. De assignatis ad prisam vinorum regis apud Suhant'.—Dominus rex assignavit Benedictum Ace et Michaelem de Amblia ad vina regis de prisa apud Suhampton' eligenda et salvo custodienda. Et mandatum est vicecomiti Suhampt' quod in propria persona sua accedat apud Suhampton', et coram eo ipsos venire et jurare faciat quod in propriis personis suis vina regis de prisa fideliter eligent et ea salvo custodient ad opus regis. Et mandatum est eisdem quod accedant ad dictum vicecomitem, cum illuc venerit, ad hoc faciendum. Teste rege ut supra.

Pro Hugone de Camera.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod si Hugo de Camera, qui captus est et detentus in prisona de Norht' pro recto foreste domini regis, invenerit ei xij. legales homines de comitatu suo, qui eum manucapiant habere coram justiciariis regis ad prima placita de foresta, cum in partes illas venerint, ad standum recto si quis versus eum inde loqui voluerit, tunc tradat ipsum predictis xij. in ballium etc. Teste rege apud Windesor', vij. die Augusti. Per W. de Raleg'.

Pro Isabella de Rutherford'.—Rex vicecomiti Suhampt' salutem. Monstravit nobis Isabella de Rutherfeld' quod cum dotata esset de tertia parte terre que fuit Ade de Rutherfeld', quondam viri sui, in Rutherfeld', Thisted' et in Colemere, et pluribus annis elapsis dotem illam pacifice tenuisset, tu occasione justicie nuper facte de Adam de Rutherfeld', filio suo, ipsam Isabellam de dote sua predicta dissaisiri fecisti, et terram ipsius una cum terra predicti Ade, filii sui, in manum nostram cepisti. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, eidem Isabelle de tota dote sua talem seisinam habere facias qualem inde habuit die quo ipsam occasione predicta dissaisiri fecisti, cum omnibus bladis et catallis ipsius Isabelle que in dote predicta capta fuerunt; et si quid inde amotum fuerit vel distructum occasione predicta, id ei sine dilatione reddi facias. Teste ut supra. Per W. de Raleg'.

1234.

m. 12. *Pro custodibus cuneorum.*—Mandatum est Willelmo Hardel, custodii° cambii regis Lond' et Cantuarie, quod decetero faciat habere custodibus cuneorum regis London' et Cantuarie de quibuslibet centum libris tam apud London' quam apud Cantuariam fabricandis, duodecim denarios sicut retroactis temporibus illos percipere consueverunt. Teste rege apud Rading', viij. die Augusti.

Pro Johanne filio Galfridi et Isabella uxore ejus.—Mandatum est Walramo Teutonico, constabulario de Grosso Monte, quod talem seisinam habere faciat Johanni filio Galfridi et Isabelle uxori ejus de terra sua de Penbedel cum pertinentiis suis, qualem ipsa Isabella inde habuit ante guerram quam Ricardus Marescallus, quondam comes Penbr', movit domino regi, et unde disseisita fuit occasione predicte guerre, ut dicitur, nisi alia occasione inde fuisset disseisita. Teste rege apud Sanderford', viij. die Augusti. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro hospitali de Ospring'.—Mandatum est Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi quod permittant fratrem Galfridum, elemosinarium regis, omnia blada seminata in manerio de Ospring', que dominus rex ei concessit ad emendationem hospitalis de Ospring', per manum suam colligere et ea in grangiis domini regis ejusdem manerii reponere et de eisdem bladis ad terras seminandas et ad liberationes Elye, servientis manerii de Ospring' et famulorum, quantum necesse fuerit, estoveria per manum suam invenire. Teste rege ut supra.

Pro comite Oxonie.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod habere faciat Hugoni de Veer, comiti Oxonie, tres damos in bosco de Walthum', de dono regis. Teste rege apud Sandeford', ix. die Augusti. Per Johannem Marescallum.

Pro Johanne de Beauver.—Quia dominus rex intellexit per inquisitionem quam fieri precepit, quod tres bovate terre cum pertinentiis in Anlaweby, que† fuerunt† Willelmi de Anlaweby, utlagati pro morte Ricardi de Middelton', extiterunt in manu sua per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de Johanne de Beauver; mandatum est vicecomiti Eboraci quod eidem Johanni de predicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Merleberg', ix. die Augusti.

Pro Willelmo Bardulf.—Mandatum est Roberto de Everingham quod habere faciat Willelmo Bardulf tres damos in foresta de Shyrwude, de dono regis. Teste rege ut supra.

m. 11. *Pro Willelmo de Reddeburn'.*—Rex dilecto et fideli suo Briano de Insula salutem. Sciatis quod cum Radulfus filius Nigelli, molendinarius, inventus esset in aqua de Rya submersus et vulneratus, de cujus morte Willelmus de Redburn', qui infra etatem est, ut dicitur, rettatus est, et attinctum non sit an idem Willelmus culpabilis sit de morte illa quod illum occiderit vel quod morti ejus occasionem

° *Sic in MS.* † These two words are repeated in the MS.

1234.
[m. 11.] prestiterit, an quod per infortunium submersus sit, mortem illam et rettum illud, quantum ad nos pertinet, eidem Willelmo perdonavimus, ita tamen quod stet recto de morte illa si quis versus eum inde loqui voluerit. Et ideo vobis mandamus quod boves, vaccas, vitulos et alia catalla ipsius Willelmi, que in manum nostram cepistis, eidem Willelmo sine dilatione reddi faciatis. Quod nisi feceritis, a vicecomite Eboraci id fieri precepimus. Teste ut supra.

Et mandatum est justiciariis qui proximo itineraturi sunt in comitatu Eboraci quod nullam sectam faciant vel fieri permittant de morte ipsius Radulfi coram eis, prout fieri consuevit de morte hominis secundum consuetudinem Anglie coram justiciariis itinerantibus per veredictum xij. juratorum. Teste rege ut supra.

Pro Roberto Passelewe.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod averia et alia catalla Roberti Passelewe, que executores testamenti Henrici de Cramavill' ceperunt in comitatu Suff' et inde abduxerunt in comitatum suum Essex' occasione rerum et catallorum que fuerunt predicti Henrici, de quibus idem Robertus nichil recepit, ut dicit, eidem Roberto sine dilatione deliberari faciat; et scire faciat predictis executoribus quod si de predicto Roberto conqueri voluerint quod super rebus et catallis que fuerunt ipsius Henrici, eis injuriam fecerit, ad* regem veniant et plenam eis inde justiciam exhiberi faciet. Teste rege apud Merleberg', ix. die Augusti.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Suff'.

Et mandatum est executoribus testamenti predicti Henrici quod averia, blada et alia catalla ejusdem Roberti, que ceperunt et adhuc detinent occasione rerum et catallorum que fuerunt ipsius Henrici, de quibus idem Robertus nichil recepit, ut dicit, ei sine dilatione restitui faciant, et si de predicto Roberto conqueri voluerint quod super catallis et bonis que fuerunt ipsius Henrici, eis injuriosus extiterit, ad dominum regem accedant et ipse plenam eis inde justiciam exhiberi faciet. Teste ut supra.

De catallis Ade de Rederfeld', de quo justicia facta fuit apud Wintoniam.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod omnia blada et catalla, videlicet duos caballos, unum bovem, duas vaccas et quinque porcos, qui fuerunt Ade de Rederfeld', qui ementulatus fuit et oculos amisit propter roberiam, et que idem vicecomes ea occasione cepit in manum regis, liberari faciat fratri Galfrido, elemosinario domini regis, ad distribuendum uxori et pueris ipsius Ade ad sustentationem suam. Teste rege apud Merleberg', x. die Augusti.

Eodem modo mandatum est ballivis Wintonie de runcino cum hernesio, et armis, pannis et aliis catallis, que fuerunt predicti Ade, que detenta sunt apud eos occasione predicta. Teste rege ut supra.

Pro Eustachio de Stutevill'.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod permittat Eustachium de Stutevill' reddere finem mille librarum, quem fecit cum domino rege, ad terminos contentos in litteris

* 'et' in MS.

1234.
[m. 11.] domini regis quas idem vicecomes inde prius recepit, non obstante summonitione Scaccarii regis eidem vicecomiti inde facta. Averia etiam ipsius Eustachii occasione illius summonitionis capta ei sine dilatione deliberari faciat. Teste rege ut supra.

Pro abbatissa de Wilton'.—Rex ballivis foreste sue de Savernac salutem. Monstravit nobis abbatissa Wilton' quod occasione transgressionis quam Robertus le Messager, Godefridus Salern', et Willelmus frater Henrici capellani de Overton' fecerunt in predicta foresta, ut dicitur, cepistis in manum nostram terram ipsius abbatisse de Ramescumb' et boscum suum de Neweton' et averia et catalla sua. Et ideo vobis mandamus quod, si ita est, tunc predictam terram et predictum boscum cum averiis et catallis suis sine dilatione ei restitui faciatis. Teste rege apud Merleberg', ix. die Augusti.

Pro Isabella conversa.—Rex Joceo filio Petri, aldermanno, et Stephano de Lestrande salutem. Mittimus ad vos Isabellam conversam de Bristollo cum puero suo, mandantes quod eam in domo conversorum London' recipiatis, et eisdem sicut uni de predictis conversis liberationem suam habere faciatis. Teste rege ut supra.

Pro H. comite Hereford'.—Mandatum est Willelmo filio Warini quod habere faciat H. comiti Hereford' decem libras, que ei restant de termino Pasche, anno regni etc. xviij., tempore quo fuit vicecomes Hereford', de viginti libris quas debuit percepisse de comitatu Hereford' nomine comitis Hereford'. Teste rege apud Merleberg', x. die Augusti.

Pro R. comite Cornubie et Pictavie.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in parco de Bruge Walter habere faciat R. comiti Cornubie et Pictavie quinque damos et xxv. damas ad parcos suos instaurandos de dono regis. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro G. comite Marescallo.—Mandatum est Michaeli de Columbariis quod habere faciat G. Marescallo, comiti Penbr', quinque damos et viginti damas in balliva sua ad parcos suos instaurandos de dono regis. Teste rege apud Merleberg', xj. die Augusti. Per ipsum regem.

Mandatum est Galfrido Esturmy quod faciat habere G. Marescallo, comiti Penbr', quinque damos et viginti damas in balliva sua ad parcos suos instaurandos de dono regis. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro Johanne le Franceys de quadam costera bosci claudenda.—Mandatum est Thome de Muleton' quod costeram illam bosci regis de Warnel, quam rex concessit Johanni le Franceis clerico per cartam suam imperpetuum, quam idem Johannes post concessionem regis ei inde factam clausam tenuit, et cujus clausuram Petrus de Rivall' postquam fuit ballivus regis, prosterni fecit, ut dicitur, permittat ipsum Johannem claudere et in eodem statu tenere quo fuit post finem factum cum rege de predicta costera habenda. Teste ut supra. Per ipsum regem.

1234. [m. 11.]

Pro Ermentruda Talebot.—Mandatum est vicecomiti Buk' et Bedeford' quod demandam quam facit Ermentruda Talebot, que est in partibus transmarinis, de sectis comitatuum, hundredorum et de hidagiis et de turno vicecomitis faciendo occasione terre sue de Weng', ponat in respectum usque ad Pascha anno etc. xix., ut ipsa Ermentruda tunc venire possit in Angliam inde responsura. Teste ut supra.

Pro fratre Roberto de Diva.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat fratri Roberto de Diva decem fusta in foresta de Gatel'* ad se hospitandum apud Haderinton' et Winterkeburn' de dono regis. Teste rege ut supra. Per breve prius factum.

Pro Roberto Galiard'.—Mandatum est Ricardo Siward quod talem seisinam habere faciat Roberto Gaylard de terris suis cum pertinentiis in Novo Burgo, qualem inde habuit ante guerram motam inter regem et comitem R. Marescallum, et unde disseisitus fuit occasione ipsius guerre. Teste rege ut supra.

Pro Gileberto Basset.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod totum maeremium quod Petrus de Rivall' abduci fecit de terra Gileberti Basset de Maperderewell' de domibus suis, quas prosterni fecit ibidem in guerra mota inter regem et R. Marescallum comitem Penbrok', et cariari usque Graywell, eidem Gileberto reddi faciat, sive inventum fuerit jacens ad terram sive erectum, ad domum aliam inde construendam, permittens ipsum Gilebertum quod illud cariari faciat quo voluerit. Teste rege etc. Per R. filium Nicolai.

Pro Willelmo de Albiniaco de damis.—Rex dilecto et fideli suo Roberto de Everingham' salutem. Mandamus vobis quod in foresta nostra de Sirewud' habere faciatis dilecto et fideli nostro Willelmo de Albiniaco quinque damos et unum cervum de dono nostro. Teste ut supra. Per Ricardum de Argent'.

Pro Willelmo Scoto, scissore comitis Ricardi.—Rex dilecto et fideli suo Henrico de Trublevill', senescallo Wasconie, salutem. Mandamus vobis quod talem seisinam habere faciatis Willelmo Scotto, scissori dilecti fratris nostri Ricardi, comitis Pictavie et Cornubie, de quadam domo cum pertinentiis in Burdegala que vocatur 'la Umbrere,' quam quidem eidem Willelmo concessimus quamdiu nobis placuerit, qualem inde habuit antequam inde ipsum disseisivistis per voluntatem vestram, ut dicit. Teste ut supra. Per R. filium Nicolai.

Pro J. comite Linc' de quercubus.—Mandatum est Henrico filio Nicholai† quod habere faciat J. comiti Linc' decem quercus in bosco de Gillingeham extra parcum domini regis, ad se hospitandum in manerio suo de Kingeston' de dono regis. Teste rege apud Merlebergʼ, xij. die Augusti.

* Substituted for 'Rokingham.'

† Substituted for 'Ricardo de Wrotham.'

1234.
[m. 11.]

Pro abbate de Gresteng'.—Mandatum est Roberto le Sauvage quod de centum ambris salis quos singulis annis percipere consuevit abbas de Gresteng' de salinis maris ei de Pevenesell' tempore Gileberti de Aquila de dono antecessorum ipsius Gileberti, de quibus Petrus de Rivall', dum terre que fuerunt ipsius Gileberti fuerunt in manu sua, ipsum disseisivit, ut dicit, et de xxix. solidatis redditus, quas singulis annis similiter idem abbas percipere consuevit nomine decime de redditu castellarie de Pevenesel', sine dilatione eidem abbati plenam seisinam habere faciatis. Teste rege apud Merleb', xij. die Augusti, anno regni nostri xviij. Per ipsum regem.

Pro Waltero le Flemeng'.—Rex Hugoni de Albiniaco salutem. Sciatis quod quando commisimus dilecto et fideli nostro Waltero le Flemeng' manerium de Compeden' ad firmam, illud ei commisimus cum omnibus pertinentiis suis, et nullum in eodem manerio tunc recepit fenum, servientes quidem vestri fenum suum de hoc anno regni nostri xviij. ei detinent, ut dicit; unde vobis mandamus, quatinus fenum suum de hoc anno predicto ei reddi faciatis, auxilium siquidem debitum et assisum super homines de burgo de Compeden' simul cum aliis arreragiis suis ipsum Walterum colligere sine impedimento permittatis, ne oporteat eum ad nos iterato conquerendo recurrere. Teste rege apud Merleberg', xij. die Augusti, anno regni nostri xviij.

Pro U. comite Hereford' de damis.—Mandatum est Thome de Saunford' custodi foreste de Braden' quod habere faciat U. comiti de Hereford' tres damos in foresta de Braden', de dono regis. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro Willelmo filio et herede Willelmi Errand'.—Rex Henrico de Trubblevill', senescallo suo Wasconie, salutem. Sciatis quod ad instanciam Hugonis de Vivoniis reddidimus Willelmo filio et heredi Willelmi Errand', qui duxit in uxorem neptem predicti Hugonis, terram que fuit Willelmi in Olerum cum pertinentiis, et quam aliquando commisimus Willelmo de Broil in tenanciam annui feodi sui, et nos eidem Willelmo decetero respondebimus de predicto feodo suo. Et ideo vobis mandamus quod predicto Willelmo, filio et heredi predicti Willelmi Errand', de terra predicta cum pertinentiis plenam saisinam habere faciatis. Mandavimus enim predicto Willelmo de Broil quod volumus predictam terram reddi predicto heredi, et quod decetero intendat nobis de feodo suo predicto. Teste ut supra.

Rex Willelmo de Broyl salutem. Sciatis quod dedimus in mandatis Henrico de Trubblevill', senescallo nostro Wasconie, quod plenam saisinam habere faciat Willelmo filio et heredi Willelmi Errand' de terra que fuit predicti Willelmi, patris sui, in Olerun, et quam vobis commisimus in tenanciam pro annuo feodo vestro. Et ideo vobis mandamus quod idem fieri permittatis, et de feodo vestro decetero nobis sitis intendentes. Teste ut supra.[*]

[*] The following note refers to this and the previous entry:—'et postea facte fuerunt patentes.'

1234.
[m. 11.]

De maeremio ad capellam regis de Clarendon' et ad alias domos ibidem.—Mandatum est Henrico filio Nicholai quod habere faciat vicecomiti Wiltes' maheremium in ballia sua ad capellam regis de Clarendon' construendam, et ad domos ejusdem loci reparandas. Teste ut supra.

Pro Hawisia de Quency.—Mandatum est vicecomiti Linc', sicut alias est ei mandatum, quod sine dilatione plenam seisinam habere faciat Hawisie de Quenci de warenna sua de Mabertorp', que pertinet ad portionem suam, que ei assignata est, de terris que fuerunt Ranulfi, quondam comitis Cestrie et Linc', sicut idem comes warennam illam tenuit, et ipsam in seisina sua manuteneat et protegat, non permittens quod aliquis ei inde ferat molestiam aut gravamen. Teste rege apud Merleberg', xij. die Augusti.

De cervis et damis datis.—Mandatum est forestario regis de Graveling' quod faciat habere Ele, comitisse Sarr', unum cervum in foresta de Graveling', de dono regis. Teste rege apud Merleberg', xiij. die Augusti. Per R. filium Nicholai.

Mandatum est constabulario Divisarum quod faciat habere Willelmo Lungespe tres damos in foresta de Melkesham', de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Mandatum est Michaeli de Columbariis quod habere faciat sorori domini regis, A. comitisse Penbr', decem damos et duos cervos in ballia sua, de dono regis. Teste rege apud Merleberg', xiij. die Augusti. Per R. filium Nicholai.

De quadam galya regis liberanda Willelmo de Gangy.—Mandatum est constabulario de Swenes' quod galyam regis de Kaermerdin, que est in custodia sua apud Suenesc, liberari faciat Willelmo de Gangy ad eundum in servicio domini regis quo ei precepit. Teste ut supra.

Pro Waltero de Ayvill'.—Mandatum est Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi quod habere faciant Waltero de Ayvill' boves et vaccas et oves suas et blada et alia catalla sua, que habet in terra de Sprotton', quam habuit de ballio domini regis, excepto feno ejusdem terre, quod dominus rex retinuit in manu sua. Teste rege ut supra. Per W. de Raleg'.

De vinis domini regis.—Ballivo suo de Gillingeh'. Mittimus ad te dilectum clericum nostrum Willelmum de Pirecot ad commodum nostrum de vinis nostris ibidem faciendum. Et ideo tibi precipimus quod eidem clerico nostro ad commodum nostrum de vinis nostris ibidem faciendum sis consulens et auxilians. Teste me ipso apud Merleb', xiij. die Augusti, anno regni nostri xviij.

Pro Alveredo Alouett' hostiario camere Isabelle sororis domini regis.—Ballivis suis de Glouc'. Sciatis quod commisimus Alveredo Alouett', hostiario camere dilecte sororis nostre Isabelle, quatuor soldas de purpresturis nostris in villa nostra Glouc' ad se sustentandum, quamdiu nobis

1234.
[m. 11.] placuerit. Et ideo tibi precipimus quod de predictis quatuor soldis cum pertinentiis eidem Alvredo plenam seisinam habere faciatis, sicut predictum est. Teste me ipso apud Merleb', xiiij. die Augusti, anno regni nostri xviij.

Pro Mosse filio Isaac Judei Lond'.—Dominus rex concessit Mosse filio Isaac, Judei de Norwico, medietatem bladorum terre Roberti Hauttin in ballia vicecomitis Norf', que terra est vadium predicti Isaac, patris ipsius Mosse, pro debito quod idem Robertus debet eidem Isaac, et quod debitum predictus Isaac dedit eidem Mosse in auxilium tallagii super eum assisi, quod debet domino regi ad hunc terminum Sancti Michaelis, anno etc. xviij., salva eidem Roberto alia medietate. Et mandatum est eidem vicecomiti quod eidem Mosse medietatem bladorum predictorum habere faciat. Teste ut supra.

Pro Richero de Wytewell'.—Rex concessit Richero de Wytewell' per cartam suam totam terram cum pertinentiis, quam Rogerus de Myllers tenuit de ballio domini J. regis, patris hujus regis, in Kingeswinterburn' de terris Normannorum, habendam et tenendam de rege et heredibus suis eidem Richero et heredibus suis cum omnibus ad eam pertinentibus, donec rex vel heredes sui eam reddiderint rectis heredibus per voluntatem suam vel per pacem, reddendo inde singulis annis domino regi et heredibus suis servicium inde debitum. Et mandatum est vicecomiti Dors' quod accepta securitate a predicto Richero de viginti marcis domino regi reddendis de fine suo quem fecit cum domino rege pro predicta terra habenda, eidem Richero de tota predicta terra cum pertinentiis plenam seisinam habere faciat. Teste ut [supra].[a]

Pro executione testamenti H. Herefordensis episcopi.—Mandatur Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi, escaetoribus regis, quod non inpediant executores testamenti H. quondam Herefordensis episcopi, qui nuper obiit, quin de bladis hujus autumpni anno regni domini regis xviij. et aliis bonis, que fuerunt ejusdem episcopi, libere disponere possint ad executionem testamenti sui faciendam, accepta tamen prius securitate a predictis executoribus quod si idem episcopus debitum aliquod regi debuerit, ad Scaccarium inde respondeant de bonis predictis quando rex preceperit. Teste rege apud Farend', xiij. die Augusti.

Pro canonicis de Thurgarton'.—Dominus rex concessit per cartam suam pro se et heredibus suis Deo et ecclesie Beati Petri de Turgarton' et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam, quod ipsi et omnes terre quas habent vel habituri sunt, et homines de terris illis, sint quieti inperpetuum de sectis shirarum, wapentakorum et treingorum et de auxiliis vicecomitis et de murdro et de franco plegio et de visu franci plegii et de auxilio quod appellatur palefridus vicecomitis, et de omnibus auxiliis

[a] This entry is marked 'Nondum habet'

1234.

[m. 11.] que ad vicecomitem vel eorum ballivos pertinent, sicut plenius continetur in carta quam dominus rex predictis canonicis inde fieri fecit. Et mandatum est vicecomiti Noting' quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi et eis teneri faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Farend', xiij. die Augusti.

[m. 10.] *Pro J. matre Herberti filii Mathei de cervis datis.*—Mandatum est Ricardo de Wroteham' quod faciat habere Herberto filio Mathei duos cervos ad opus Johanne, matris sue, in foresta de Menedep', de dono regis. Teste rege apud Abbendon', xiiij. die Augusti. Per Karleolensem episcopum.*

De prisonibus captis et capiendis pro transgressione foreste domini regis per J. de Nevill'.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod omnes prisones captos pro transgressione foreste domini regis et decetero capiendos, cum Johannes de Nevill' illos ei miserit, recipiat et illos in prisona regis Norht' salvo custodiat, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Abbendon', xv. die Augusti.

Pro Henrico de Trublevill'.—H. Dei gratia rex Anglie etc. dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Sciatis quod dilectus et fidelis noster Henricus de Trublevill', senescallus noster Wasconie, est in servicio nostro in Wasconia per preceptum nostrum. Et ideo vobis mandamus quod assisam de morte antecessoris quam Willelmus filius Alani et Agnes uxor ejus aramiant versus ipsum Henricum de terra de Balimagdon' cum pertinentiis, quam Radulfus de Trublevill' avunculus suus tenuit, ponatis in respectum †usque in xv. dies a die Sancti Johannis Baptiste, anno regni nostri decimo nono.† Teste rege apud Abbendon', xvj. die Augusti.

Pro quadam conversa.—Mandatum est Jocco filio Petri et Stephano de la Strand' quod Matillidem latricem etc. conversam, in domum conversorum London' recipiant, et eidem, sicut uni de predictis conversis, liberationem suam habere faciant. Teste rege ut supra.

De prisonibus.—Mandatum est Radulfo Gernun, constabulario castri de Colecestr', quod omnes prisones quos vicecomes Essex' adduci faciet ad eum, recipiat et ipsos in prisona predicti castri salvo custodiri faciat, donec de eis justicia fieri debeat. Teste ut supra.

De mercato de Mersfeld'.—Quia dominus rex accepit per inquisitionem quam inde fieri precepit, quod mercatum de Mersfeld', quod abbas de Caynesham ibidem levavit, est ad nocumentum mercati Bristolli, mandatum est vicecomiti Glouc' quod mercatum illud decetero teneri non permittat. Teste ut supra.

---

* Substituted for 'Radulfum filium Nicholai.'

† Substituted for 'donec aliud inde preceperimus.'

1234.
[m. 10.]

De tradendo in ballium.—Quia rex accepit per inquisitionem quam inde fieri precepit, quod Isabella que fuit uxor Andree de Scaccario, appellat Petrum Mimekan de morte predicti Andree, quondam viri sui, odio et atya et non eo quod inde culpabilis sit, mandatum est vicecomiti Oxonie quod si predictus Petrus inveniat ei xij. liberos et legales homines, qui manucapiant eum habere etc., tunc tradat eum predictis xij. etc.

Quia dominus rex accepit per inquisitionem quam inde fieri precepit a Thoma de Samford', quod non esset ad nocumentum foreste domini regis de Bradene, si concederet Gileberto Basset duas acras bosci sui proprii extra clausum parci sui de Fasterne claudere et inde parcum suum predictum augmentare; mandatum est eidem Thome quod predictas duas acras bosci ipsius Gileberti extra clausum predicti parci sui permittat ipsum Gilebertum claudere, et parcum suum inde augmentare permittat. Teste ut supra.

Pro fratribus minoribus Oxonie et aliis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat fratribus minoribus Oxonie quindecim robora in foresta de Sothovr'; et fratribus predicatoribus Oxonie quindecim robora in eadem foresta ad focum suum; et Annore, recluse de Ghiftel', duo fusta in predicta foresta ad focum suum, de dono regis, nisi predicti fratres prius illa habuerint per aliud breve regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Gray.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod non distringat Johannem de Gray ad reddendum domino regi quadragesimam de manerio de Purl', quod habet de dono regis, quia manerium predictum cum catallis in eo inventis fuit in manu regis tempore quo quadragesimam in regno suo dominus rex fecit assideri. Teste rege ut supra. Per R. filium Nicholai.

Rex Ricardo Syward' salutem. Quia datum est nobis intelligi quod maritagium Agnetis, filie et heredis Willelmi de Mara, de jure pertinebat ad Margaretam de Braus', eo quod servicium predicti Willelmi assignatum fuit eidem Margarete in partem dotis sue, vobis mandamus quod pro fine centum librarum quem Robertus de Penriz fecit cum Petro de Rivall' pro habendo maritagio predicto, decetero non distringatis ipsum Robertum, set finem ipsum solvi permittatis ipsi Margarete, si nondum solutus fuerit: et si quid forte inde fuerit reddendum, id predicte Margarete similiter solvi permittatis, occasione predicti finis nichil ab ipso Roberto exigentes. Teste ut supra.[o]

Pro abbate de Stanleg'.—Rex dilecto et fideli suo Waltero de Godarvill' salutem. Datum est nobis intelligi ex parte abbatis et monacorum de Stanleg' quod, cum Willelmus de Bughedon' pro salute anime sue contulisset ipsi abbati et monachis cum corpore suo medietatem molendini sui de Fuieretti in presencia heredum suorum, qui donum illud ex parte sua concesserunt, et quam

[o] This entry is cancelled 'quia inferius.'

1234.
[m. 10.] concessionem et donationem nos postea ratam habemus et gratam, vos ipsos abbatem et monachos a possessione qua plenius inde gaudebant, post mortem ipsius Willelmi ejecistis. Et ideo vobis mandamus quod si ita est, tunc predictam medietatem eis sine dilatione restitui faciatis, nullam eis inde inferentes molestiam aut gravamen. Teste rege apud Abbend', xvj. die Augusti. Per W. de Raleg'.

Pro Petro Mimekan.—Rex vicecomiti Oxonie salutem. Quia accepimus per inquisitionem quam fieri fecimus, quod Isabella, que fuit uxor Andree de Scaccario, appellavit Petrum Mimekan, captum et detentum in prisona nostra Oxonie de morte predicti Andree, quondam viri sui, odio et atya et non eo quod inde culpabilis sit; tibi precipimus quod si predictus Petrus invenerit tibi duodecim liberos et legales homines de comitatu tuo, qui eum manucapiant habere coram justiciariis nostris ad primam assisam, cum in partes illas venerint, ad standum recto si quis versus eum inde loqui voluerit, tunc tradas eum predictis xij. in baillium, sicut predictum est; et habeas ibi nomina predictorum xij. et hoc breve. Teste ut supra.

Pro Gileberto Basset.—Rex Thome de Saunford' salutem. Quia accepimus per inquisitionem quam a vobis fieri fecimus, quod non esset ad nocumentum foreste nostre de Braden' si concederemus dilecto et fideli nostro Gileberto Basset duas acras bosci sui proprii extra clausum parci sui de Fasterne claudere, et inde parcum suum predictum augmentare: vobis mandamus quod ipsum Gilebertum predictas duas acras bosci sui extra clausum predicti parci sui claudere et parcum suum inde augmentare permittatis. Teste ut supra.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex vicecomiti Glouc' salutem. Precipimus tibi quod demandam triginta marcarum, quam facis dilecto et fideli nostro Radulfo filio Nicolai per summonitionem Scaccarii nostri pro Hugone Poinz, cujus heres est in custodia ipsius Radulfi, poni facias in respectum usque in quindecim dies a festo Sancti Michaelis, anno regni nostri xviij. Teste ut supra.

Pro abbate de Boxleg'.—Rex vicecomiti Kancie salutem. Quia accepimus per inquisitionem quam a te fieri precepimus, quod non erit ad nocumentum alicujus, sive itinerantis sive alterius, si concesserimus abbati de Boxleg' quod viam veterem que se extendit in longum stagni ipsius abbatis juxta abbatiam suam, includere possit stagno predicto ad idem stagnum ampliandum, et quod loco illius veteris vie aliam novam levari juxta viam veterem; tibi precipimus quod permittas predictum abbatem predictam viam veterem, que se extendit juxta stagnum ipsius abbatis, includere ad predictum stagnum ampliandum, dummodo loco illius veteris vie aliam viam novam in terra sua propria levari faciat juxta viam veterem, et quod omnibus itinerantibus pateat aditus adeo largus in via nova, sicut patuit in via veteri. Teste me ipso apud Abbend', xvij. die Augusti.

1234.
[m. 10.] *De Judeo quodam liberando constabulario castri de Norwico donec etc.*—Mandatum est constabulario Turris London' quod Isaac filium Salomonis, Judeum, qui est in prisona in Turri Lond', kariari faciat sumptibus ipsius Judei usque Norwicum, et liberari constabulario castri de Norwico custodiendum in prisona predicti castri, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Abbendon', xvij. die Augusti.

Et mandatum est constabulario castri de Norwico quod predictum Judeum recipiat, et in prisona predicti castri sumptibus ipsius Judei salvo custodiat, donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro abbate de Keynesham.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod demandam quam facit abbati de Keynesham per summonitionem Scaccarii regis de centum solidis, per quas idem abbas finem fecit cum domino rege pro quodam mercato in Meresfeld', ponat in respectum usque in xv. dies a die Sancti Michaelis, anno etc. xviij. Teste ut supra. Per W. de Raleg'.

De quodam de insula de Geres' et uxore ejus.—Rex Nicholao de Molis, custodi insularum de Geres', salutem. Ex quo ita est quod veredictum partium de Gerner' quietum facit Robertum de Dee de malo retto unde rettatus fuit, sicut per litteras vestras nobis significastis; vobis mandamus quod ipsum inde quietum esse et pacem habere permittatis similiter, et Muriellam uxorem ejusdem Roberti, que adhuc detenta est in prisona nostra, eodem modo deliberari faciatis nisi pro alio retto detenta fuerit, de quo si se ponere voluerit super juratam partium suarum, quod non sit inde culpabilis, eam deliberari permittatis. Teste ut supra.

Pro sacrista de Abbendon'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod in foresta regis de Brehull' habere faciat sacriste de Abbendon quatuor quercus ad quandam crucem inde faciendam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro minitoribus Cumb'.—Rex concessit minitoribus de Cumberland' quod habeant easdem libertates quas habuerant tempore H. regis, avi sui. Et mandatum vicecomiti Cumberland' quod permittat predictos minitores ipsas libertates habere, et eas per ballivam suam clamari faciat et teneri. Et mandatur eidem vicecomiti quod capiat securitatem de predictis minitoribus de quinque marcis domino regi reddendis pro habendis libertatibus predictis. Teste ut supra.

Pro Rogero de Verly et Hugone filio ejus.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Sciatis quod precepimus vicecomitibus Bukingeh' et Norfolk' quod extendi faciant terram Rogeri de Verly et Hugonis filii sui, que est vadium Isaac filii Josse, presbyteri Judei London', et Mosse Mecke, Isaac parvi, et Deulecresse filii Deaye le Franc', Judeorum Norwycensium, et extentam illam vobis

1234.
[m. 10.]

mittant a festo Sancti Michaelis in xv. dies sub sigillis suis et sigillis eorum per quos facta fuerit extenta illa. Et ideo vobis mandamus quod ex quo extentam illam receperitis, rationabilem finem et rationabiles terminos ipsis Rogero et Hugoni filio suo habere faciatis ad debitum quod predictis Judeis debent, eis reddendum secundum valorem terre et quantitatem debiti predicti. Teste me ipso apud Abbendun', xvij. die Augusti, anno regni nostri xviij.

Et mandatum est predictis vicecomitibus quod extentam illam fieri faciant modo predicto.

Pro Margareta de Breus' de pueris suis.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod duos pueros Margarete de Breus', qui sunt in custodia Reginaldi de Gosinton', ab eo recipiat, et accepta securitate sufficienti a predicta Margareta quod ad mandatum regis pueros illo* domino regi reddet, postea illos per manum suam eidem Margarete liberet nomine regis nutriendos. Teste rege apud Walingford', xvij. die Augusti.

Pro abbate de Persor' de damis.—Mandatum est baillivis de Feckenham' quod habere faciant abbati de Pershour' tres damos in bailliva sua, de dono regis, nisi prius eos habuerit per baillivos P. de Rivall' dum bailliva illa fuit in manu sua. Teste ut supra.

Pro quibusdam conversis.—Mandatum est magistro Waltero, magistro conversorum Lond', Jocco filio Petri, et Stephano de Strand' quod inveniant Alexandro, Goduse uxori sue et pueris eorum, conversis, liberationes extra domum conversorum quales alii habent infra domum illam, quousque dominus rex veniat illuc, quoniam tunc vult dominus rex scire de illis qua occasione predicti conversi ejecti fuerint a domo illa, et si aliqua ratione possint ibi morari necne. Teste rege, xviij. die Augusti, anno regni nostri xviij.

Pro Johanne de Vallibus.—Mandatum est Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi, escaetoribus domini regis, quod habere faciant Johanni de Vallibus unum damum in parco de Honeden', qui fuit Gileberti de Clara, quondam comitis Glouc', qui ei restat de anno regni etc. xvij, et quendam alium damum in eodem parco de anno regni etc. decimo octavo, quem ipse et antecessores sui singulis annis habere consueverunt in eodem parco de predicto comite et predecessoribus suis, comitibus Hertford'.

Pro priore de Lenton' de decima venationis.—H. Dei gratia rex Anglie etc. Willelmo filio Walkelini, venatori suo, salutem. Precipimus tibi quod per visum constabularii nostri de Pecco facias habere priori de Lenton' decimam venationis nostre quam nunc cepisti in foresta nostra de Pecco, et quam ibidem capies quamdiu ibi fueris cum canibus nostris per preceptum nostrum. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

* *Sic in MS.*

1234.
[m. 10.]

Pro Elya aurifabro.—Quia constat regi per inquisitionem quam fieri precepit quod Johannes de Gosinton', qui occisus fuit apud Kaermerdin, tenuit unam virgatam terre et unum mesuagium cum pertinentiis in Cremhal' de Elya aurifabro per servicium unius paris albarum cirotecarum, salvo forinseco servicio, et ea ratione pertinet ad ipsum Elyam custodia predicte terre et predicti mesuagii cum pertinentiis, quamdiu filius et heres predicti Johannis fuerit infra etatem. Et preceptum est vicecomiti Glouc' quod de predicta terra et de predicto mesuagio cum pertinentiis eidem Elye saisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Petro Blundo de fustis datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Petro Blundo x. fusta in Salceto ad se hospitandum, de dono domini regis. Teste rege apud Rading', xx. die Augusti, anno regni nostri xviij.

Quod vicecomes Glouc' se non intromittat de maneriis episcopatus Hertf' vacantis contra voluntatem escaetorum regis.*—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod de manerio de Prestebir'† vel de maneriis episcopatus Hereford' vacantis vel aliquibus aliis escaetis domini regis in baillia sua contra voluntatem escaetorum domini regis in aliquo se non intromittat, set omnino dispositioni eorum escaetas predictas relinquat ad respondendum inde ad Scaccarium domini regis.

Eodem modo scribitur vicecomiti Hereford' quod de episcopatu Hereford' vel aliis escaetis domini regis in baillia sua in nullo se intromittat, et si quid inde ceperit, id eisdem escaetoribus reddat. Teste rege apud Rading', ut supra.

Pro G. comite Marescallo de quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere G. Marescallo, comiti Penbr', l. quercus in Bernewud' et Pauncehal' sparsim per loca, ubi ad minus nocumentum foreste nostre capi possint, ad maeremium faciendum ad se hospitandum apud Crendon', de dono nostro. Teste rege ut supra. Per ipsum dominum regem.

Pro priore de Walingford'.—Mandatum est constabulario Windles' quod habere faciat priori Walingeford' xiij. robora in foresta Windlesor' ad focum suum, de dono domini regis. Teste rege ut supra.

Pro decano Herefordensi.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod habere faciat magistro Radulfo, decano Herefordensi, quatuor damos in foresta de Den', de dono regis. Teste rege apud Rading', xxj. die Augusti. Per ipsum regem.

Pro comite Marescallo.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod habere faciat G. comiti Marescallo quinquaginta bonas quercus in foresta de Den', ubi commodius et propinquius aque de Waye capi possunt, ad turrim suam de Strigul gistandam, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

* *Sic in MS.* † Substituted for 'Tettebir'.

1234.

[m. 10.] *Pro civibus London'.*—Rex perdonavit civibus London' quinquaginta et novem libras et unam marcam, quas barones de Scaccario ab eis exigunt per summonitionem Scaccarii de quodam tallagio super eos assiso tempore domini J. regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos de illis lix. libris et j. marca quietos esse faciant. Teste ut supra. Per ipsum regem. Coram episcopo Karleolensi et Radulfo filio Nicholai.

Pro operationibus castri Merleberg'. — Mandatum est Galfrido Esturmy quod sine dilatione faciat habere Roberto de Mucegros, constabulario castri de Merleberg', maeremium quantum neccesse fuerit, in foresta de Savernac ad pontem et barbecanum ejusdem castri versus columbarium reparandos. Teste rege apud Rading', xxij. die Augusti. Per ipsum regem.

[m. 9.] *Pro Roberto de Bruera.*—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Roberto de Bruera sex quercus in Salceto ad se hospitandum apud Wymynton', de dono regis. Teste rege apud Rading', xxij. die Augusti. Per ipsum regem.

De vivario regis de Clyva.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat vicecomiti Norhampt' maeremium quantum neccesse fuerit, in balliva sua, ad vivarium domini regis de Cliva faciendum et bayas ejusdem vivarii reparandas. Teste ut supra.

Pro Ricardo filio Hugonis.—Mandatum est Ricardo de la Lade quod in parco de Huneden' habere faciat Ricardo filio Hugonis unum damum, de dono regis. Teste ut supra. Per Henricum de Capella.

Pro J. Bathoniensi episcopo.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod habere faciat J. Bathoniensi episcopo quinquaginta quercus in *Nova Haya cum coperonibus et omnibus aliis eskaettis* ad reparationem domorum suarum de Well', de dono regis. Teste rege apud Rading', xxiij. die Augusti. Per dominum Karleolensem.

Pro uxore Johannis de Gosinton'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod de terra que fuit Johannis de Gosinton', qui mortuus est, quam cepit in manum regis ea occasione quod idem Johannes fuit cum R. Marscallo, quondam comite Penbr', in guerra quam idem comes movit contra dominum regem, Isolde que fuit uxor prefati Johannis, sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege ut supra.

Pro Waltero de Esseurs de terris suis ei reddendis etc.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod non obstante mandato domini regis quod fecit prefato vicecomiti, de terris Walteri de Esseur' capiendis in manum regis, eo quod idem Walterus non reddidit Rogero de Frevill' Margaretam de Kelingethorp, neptem suam, quam rex ei commisit custodiendam, sicut ei preceperat, eidem Waltero sine dilatione reddat

* These words have been substituted for 'foresta de Den'.'

1234.
[m. 9] terras suas predictas. Vuilt* enim dominus rex quod idem Walterus habeat custodiam Margarete, neptis sue predicte, quousque in curia Christianitatis discussum fuerit utrum prefatus Rogerus eam habere debeat uxorem an Baldewinus de Frivill', frater suus. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Eboraci.

Pro Johanne de Crumfard'.—Quia constat domino regi per inquisitionem quam inde fieri fecit, quod duodecim denarate redditus cum pertinentiis, que fuerunt Galfridi le Bunde in Malok', qui utlagatus fuit in comitatu Noting' pro retto latrocinii, extiterunt in manum regis per unum annum et unum diem, et quod redditum illum tenuit de Johanne de Crumfard' in capite; mandatum est vicecomiti Noting' quod eidem Johanni de predicto redditu plenam seisinam sine dilatione habere faciat. Teste rege ut supra.

De vivario de Fekenh' reparando.—Mandatum est Willelmo Pipard, ballivo foreste de Fekenham, quod in predicta foresta per visum forestariorum et viridariorum regis capiat maeremimium* ad vivarium regis ejusdem manerii reparandum. Teste rege apud Odyham', xxiiij. die Augusti. Per G. de Craucumb'.

Pro R. Cicestrensi episcopo de quercubus.—Mandatum est Roberto Salvag' quod habere faciat R. venerabili patri Cycestrensi episcopo, domini regis cancellario, quinquaginta quercus in foresta Sancti Leonardi que est in custodia sua, ad fabricam ecclesie Cycestrensis, de dono regis. Teste rege apud Odiham, xxiiij. die Augusti, anno etc.

Pro abbate de Thichefeld'.—Mandatum est constabulario de Porecestr' quod permittat abbatem de Thichefeld' habere maeremium quod prosterni fecit ad fabricam ecclesie sue de Tichef' in bosco de Chorlewud' et illud inde extrahere, non obstante mandato regis ei inde facto quod arestaretur, eo quod boscus ille est infra forestam regis de la Bere. Teste rege apud Odyham, xxv. die Augusti. Per ipsum regem.

Dominus rex concessit Rodes de Duffeud' quod homines de soka de Snay, qui sunt in manu sua, faciant ei rationabile auxilium, eo quod dominus rex dominica sua talliari fecit per Angliam. Et mandatum est eisdem hominibus quod eidem Rodes rationabile auxilium faciant, sicut predictum est. Teste rege ut supra.†

Pro Rodes de Duffeld'.—Rex probis hominibus de soka de Snay, qui sunt in manu Rodes de Duffeld', salutem. Quia dominica nostra talliari fecimus per Angliam, et soka predicta aliquando fuit de dominico predecessorum nostrorum, regum Anglie, concessimus predicto Rodes quod rationabile auxilium ei faciatis. Et ideo vobis precipimus quod eidem Rodes inde intendentes sitis et respondentes. Teste rege apud Odyham, xxvj. die Augusti.

* *Sic in MS.* † This entry is cancelled.

1234.
[m. 9.]

Pro testamento Hugonis de Saunford'.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod non permittat quod Baldewinus de Gynes aliquid amoveat vel capiat de bladis, que Hugo de Saunford' seminari fecit in manerio de Bastenden' dum fuit in manu sua, set illud habere faciat executoribus testamenti ipsius Hugonis ad testamentum suum exequendum. Teste rege ut supra.

Pro Johanne de Burgo.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod demandam, quam facit Johanni de Burgo per summonitionem Scaccarii pro fine quem fecit cum domino rege pro custodia terre et heredis Willelmi de Eyneford', ponat in respectum, donec aliud inde habuerit mandatum. Per ipsum regem.

Pro Willelmo de Radeclive, capellano Hibernico.—Rex Ade filio Willelmi et Ricardo de la Lade, escaetoribus suis, salutem. Sciatis quod concessimus intuitu Dei Willelmo de Radeclive, capellano nostro, quantum ad nos pertinet, decimas de dominico manerii de Tettebir', vacantes et ad nostram donationem spectantes ratione custodie terre et heredis Johannis de Breus' in manu nostra existentis. Et ideo vobis mandamus quod ipsum capellanum in possessionem earundem decimarum mitti faciatis, nisi forte ad episcopum loci aliquid pertineat de decimis predictis. Inquisita autem diligentius rei veritate utrum ad nos pertineat vel ad episcopum predictum mittere in possessionem earundem decimarum, si inveneritis quod ad episcopum pertineat, tunc predictum capellanum cum litteris nostris quas idem capellanus ex habundanti secum defert, accedere faciatis; sin autem, quod nostrum est in hac parte exequamini. Teste ut supra.

Pro H. Lincolniensi episcopo.—Mandatum est Roberto de Everingh' quod habere faciat venerabili patri H. Lincolniensi episcopo decem damos in foresta de Syrwude, de dono etc. Teste rege apud Guldef', xxvj. die Augusti.

Pro J. Bathoniensi episcopo.—Mandatum est custodi foreste de Pecco quod habere faciat eidem episcopo Lincolniensi[*] quinque cervos in foresta de Pecco, de dono regis. Teste ut supra.

De cameraria Scaccarii Dublin'.—Dominus rex commisit Warino de Fifacr', clerico, camerariam Scaccarii sui Dublin' custodiendam quamdiu domino regi placuerit. Et mandatum est eidem Warino quod camerariam illam recipiat et eam salvo et fideliter custodiat, et ad hoc diligenter intendat, ita quod diligentiam suam ad hoc appositam dominus rex merito commendatam habere debeat.

Et mandatum est G. de Turevill', archidiacono Dublinensi et thesaurario Scaccarii sui Dublin', quod de predicta cameraria seisinam ei habere faciat. Teste rege apud Odyham, xxviij. die Augusti.

[*] *Sic in MS.*

1234.
[m. 9.]

Pro Waltero de Funteynes.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod sine dilatione plenam seisinam habere faciat Waltero de Funteynes de terra sua in Parva Waledon', que capta fuit in manum regis eo quod dicebatur ipsum fuisse contra dominum regem nuper in exercitu regis Francie in Brittannia, quia dominus rex bene dicit quod idem Walterus neque ibi neque alibi fuit contra eum. Teste rege apud Guldeford', xxix. die Augusti.

Eodem modo mandatum est Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi, escaetoribus regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Cirencestr'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod nullam occasionem querat versus abbatem Cirencestr' nec ipsum vexet duobus nuntiis falsis quos de mandato cancellarii domini regis et W. de Raleg' cepit, eo quod unus eorum falso se faciebat nuntium predicti cancellarii et alter nuntium predicti Willelmi, qui postea de custodia predicti abbatis evaserunt. Dominus enim rex non vult quod ea occasione ipsum abbatem gravet vel molestet. Teste rege ut supra.

Pro Radulfo Gernun de perdonatione.—Rex perdonavit Radulfo Gernun unum palefridum de tribus palefridis, per quos finem fecit cum domino rege pro habenda seisina de quadraginta et tribus solidatis redditus cum pertinentiis in Horkesleg' et Leiland', unde Hubertus de Burgo tempore quo fuit justiciarius Anglie, ipsum Radulfum disseisivit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predicto palefrido ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Hamone Pecche.—Rex vicecomiti Essex' salutem. Scias quod commisimus dilecto et fideli nostro Hamoni Pecche omnes terras omnes terras* quas Walterus de Langeton' tenuit in balliva tua de hereditate Dionisie filie et heredis Nicholai de Anesty, uxoris sue, neptis predicti Hamonis, custodiendas donec predicta Dionisia ad nos venerit et nobis fecerit de terris predictis quod inde nobis de jure facere debet. Et ideo tibi precipimus quod eidem Hamoni de omnibus terris predictis plenam seisinam habere facias, sicut predictum est. Teste rege apud Certes', xxx. die Augusti. Per Karleolensem episcopum.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Surr', Eboraci, et Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi, escaetoribus suis. Per Karleolensem episcopum.

Pro Roberto Hautein.—Rex vicecomiti Norf' et Suff' salutem. Precipimus tibi quod occasione mandati nostri quod nuper tibi fecimus pro Mosseo filio Isaac, Judeo de Norwico, quod faceres eidem Mosseo habere medietatem bladi de terra Roberti Hautein in balliva tua, manum non mittas ad bladum vel ad terram predicti Roberti, set pacem inde eidem Roberto habere facias usque in xv. dies a festo Sancti Michaelis, anno regni nostri xviij. ut idem Robertus

* *Sic in MS.*

1234.
[m. 9.] tunc veniat coram justiciariis nostris ad custodiam Judeorum assignatis ad finem cum predicto Judeo faciendum competentem de debito quod ei debet. Teste ut supra. Per Karleolensem episcopum.

Pro Roberto filio Walteri.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat Roberto filio Walteri unum cervum in balliva sua, de dono regis. Teste rege apud Certes', xxxj. die Augusti. Per ipsum regem.

Pro A. comitissa Penbr'.—Mandatum est vicecomiti Bedeford' et Buk' quod permittat sororem domini regis, A. comitissam Penbr', tenere terras suas et tenementa que habet in balliva sua cum eisdem libertatibus et liberis consuetudinibus cum quibus W. Marscallus junior, quondam comes Penbr', vir suus, illas tenuit in vita sua, et sicut eadem comitissa illas tenuit hucusque, ita quod ipsam inde non impedias quominus uti possit predictis libertatibus et liberis consuetudinibus. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Berkes' pro eadem comitissa. Per W. de Ral'.

Pro Waltero de Gadarvill' de terra in Burton'.—Mandatum est Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi quod terram Walteri de Godarvill' et Hyllarie, uxoris sue, quam habent in manerio de Burton' et quam ceperunt in manum regis occasione manerii de Burthon', ipsis Waltero et Hillarie sine dilatione reddi faciant. Teste rege apud Certes', j. die Septembris.

Pro hominibus de Erdendon'.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod si homines de Eardendon' fecerint eum securum quod satisfacient domino regi ad Scaccarium regis in octabis Sancti Michaelis, anno etc. xviij. de xlviij. solidis et undecim denariis, qui ab eis exiguntur per summonitionem Scaccarii regis, tunc averia eorundem hominum, que pro debito predicto cepit, interim eis deliberari faciat. Teste rege apud Windesor', ij. die Septembris.

De parco de Hatfeld'.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat Johanni de Nevill', cui rex commisit parcum de Hathfeld' custodiendum quamdiu regi placuerit, quatuor quercus in forinseco bosco de Hathfeld' ad eundem parcum claudendum. Teste rege apud Windes', ij. die Septembris.

Pro Hamone Peche.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod habere faciat Hamoni Peche duos damos in balliva sua, de dono regis. Teste rege apud Windesor', ij. die Septembris.

Pro Waltero le Poher.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod per probos et legales homines de comitatu suo extendi faciat totam terram Walteri le Poher in comitatu suo, que est vadium Jocei, Judei Wigornie, et extentam illam factam sub sigillo suo et sigillis

1234.

m. 9. eorum per quos facta fuerit, mittat justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis a die Sancti Michaelis in xv. dies; et interim predicto Waltero pacem habere faciat de debito quod debet predicto Judeo, ita quod inde non currant usure. Teste rege ut supra. Per W. de Raleg'.

Pro Thoma de Hemmegrave.—Mandatum est Ricardo de la Lade quod habere faciat Thome de Hemmegrave duos damos in parco de Huneden', qui est in custodia sua, de dono regis. Teste rege apud Windes', iij. die Septembris. Per Radulfum filium Nicholai.

[m. 8.] *Pro Roberto Haghet.*—Mandatum est vicecomiti Suhant' quod si Robertus Haghet invenerit ei bonam et sufficientem securitatem quod reddet domino regi ad Scaccarium regis in crastino Sancti Michaelis, anno etc. xviij. super compotum ipsius vicecomitis debita, que idem vicecomes ab eo exigit per summonitionem ejusdem Scaccarii, tunc averia sua que occasione predicta cepit, eidem Roberto deliberari faciat. Teste ut supra.

De coronatoribus.—Rex loco Sewal' filii Henrici, coronatoris comitatus Derb', qui insufficiens est, substituit Thomam Haunselin coronatorem suum. Et mandatum est vicecomiti Derb' quod recepto ab eo sacramento in pleno comitatu suo, quod unacum sociis suis, coronatoribus ejusdem comitatus, faciet et conservabit ea que pertinent ad coronam regis in eodem comitatu, ipsum Thomam ad hoc admittat. Teste rege apud Wind', iiij. die Septembris.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Noting' quod admittat etc. Rogerum de Mersey, quem dominus rex substituit coronatorem loco Eustachii de Morteng', quondam coronatoris ejusdem comitatus. Teste ut supra.

Pro Radulfo Haghet.—Mandatum est vicecomiti Hertford' quod non obstante mandato quod dominus rex ei fecit de tali saisina facienda Willelmo Blanegernun de terris et tenementis suis in ballia sua, de quibus dissaisitus fuit occasione guerre mote inter dominum regem et comitem R. Marescallum, qualem inde habuit antequam inde fuit disseisitus occasione predicta, unde non fuit dissaisitus ea occasione, ut dicitur, plenam saisinam habere faciat Radulfo Haghet de terra predicta in Farenham. Teste rege ut supra. Per ipsum dominum regem.

Pro Michaele de Stamford' et Editha uxore ejus.—Rex baillivo suo de Odiham. Quia constat nobis per inquisitionem quam a te nuper fieri fecimus, quod Nicholaus de Greiwll' terram suam quam tenuit de maritagio Mabilie, quondam uxoris sue, in Greiwll' de feodo Gileberti de Aquila, dimisit ad firmam Ricardo Cumin ad terminum cruce signatorum, qui preterit antequam idem Nicholaus iter arriperet peregrinationis sue in Terram Sanctam, in quo itinere obiit, ut dicitur, et quod Gilebertus de Aquila postea audita morte ejusdem Nicholai

1234.
[m. 8.] terram illam cepit in manum suam *unacum aliis terris que fuerunt ipsius Gileberti. occasione donationis,* et quod Petrus de Rivall' similiter terram illam seisivit in manum suam unacum aliis terris que fuerunt ipsius Gileberti, occasione donationis quam eidem Petro inde fecimus, et quod Editha, filia predicte Mabilie, uxor Michaelis de Stamford' propinquior heres est ipsius Mabilie, et terra illa jure hereditario ad eam pertinet; tibi precipimus quod predictis Michaeli et Edithe, uxori sue, de terra predicta cum pertinentiis in Greiwll', quam idem Nicholaus modo predicto dimisit predicto Ricardo Cumin ad firmam, sine dilatione plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Wyndesor', iiij. die Septembris, anno regni nostri xviij.

Pro herede Ade de Derewentewater.—Quia rex accepit per inquisitionem quam fieri fecit, quod Johannes filius Ricardi de Talentyr, qui utlagatus est pro morte Willelmi filii Sigherid, tenuit iiij. bovatas terre in Talentyr de herede Ade de Derewentewater, qui est in custodia W. comitis Albem', et quod terra illa extitit in manu regis per unum annum et unum diem; mandatum est viceecomiti Cumb' quod saisinam habere faciat predicto heredi de illis iiij. bovatis terre. Teste rege ut supra.

Pro Jordano de Monte Martini.—Rex concessit Jordano de Monte Martini terram illam cum pertinentiis quam Nicholaus le Chaundeler tenuit de ballio regis in Trieneston' de terris Normannorum, ad se sustentandum in servicio regis quamdiu regi placuerit. Et mandatum est vicecomiti Kancie quod de predicta terra cum pertinentiis eidem Jordano plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege ut supra.

Pro Henrico Teutonico de damo dato.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Henrico Teutonico unum damum in foresta de Brehull', de dono regis. Teste rege apud Wind', v. die Septembris.

Pro Radulfo Prudume replegiando.—Rex Johanni de Nevill' salutem. Si Robertus Prudume, quem tu cepisti et captum tenes in prisona nostra, eo quod inventus fuit cum arcu et sagittis in foresta nostra de Rokingh', fecerit te securum per bonos et salvos plegios quod erit coram justiciariis nostris proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu Norht' ad respondendum de transgressione predicta, tunc ipsum Robertum replegiari et a prisona nostra deliberari facias. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste ut supra. Coram Bathoniensi episcopo, R. filio Nicholai et W. de Raleg'.

De parco de Hanuleg'.—Rex Johanni de Nevill'. Quia accepimus per inquisitionem quam fieri fecimus quod parcus noster de Hanlegh' non pertinet ad custodiam foreste comitatus Norht', parcum illum commisimus vicecomiti Norht' custodiendum quamdiu nobis placuerit.

* These words 'unacum . . . donationis' are struck out.

1234.
[m. 8

Et ideo tibi precipimus quod de predicto parco eidem vicecomiti plenam saisinam habere facias, sicut predictum est. Teste rege apud Wyndesor', v. die Septembris, anno regni xviij.

De operatione in castro Wintonie.—Rex Matheo de Columbariis salutem. Precipimus vobis quod habere faciatis vicecomiti nostro Suhant' centum cheverones in brullio nostro de Fincgel', convenientes et sufficientes ad quandam aleam faciendam in castro nostro Wintonie inter magnam cameram et capellam nostram Sancti Thome Wintonie, et alium* macremium ad illud opus faciendum. Teste rege, v. die Septembris.

Pro Willelmo filio Warini Dunemawe.—Mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod sine dilatione scire faciat domino regi qua occasione Willelmus de Albo Monasterio, ballivus suus, cepit in manum regis terram Willelmi filii Warini de Dunmawe in Fulebum'. Teste rege apud Wind', vj. die Septembris.

Pro Henrico de Gaunt.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod faciat deliberari averia Henrici de Gaunt, qui est unus executorum Mauricii de Gaunt, que cepit occasione demande quam facit ei per summonitionem Scaccarii pro debito quod predictus Mauricius domino regi debebat, quoniam executores ejusdem Mauricii manuceperunt quod solvent domino regi debitum illud. Teste rege ut supra.

Pro Gratia que fuit uxor Briani de Insula.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod sine dilatione plenam seisinam habere faciat Gratie, que fuit uxor Briani de Insula, de omnibus terris et redditibus cum pertinentiis suis, que ipsam Gretiam hereditarie contingunt in balliva sua, et quas cepit in manum regis per preceptum regis occasione mortis ipsius Briani.

Mandatum est vicecomiti Berk' quod sine dilatione plenam seisinam habere faciat eidem Gratie de terris suis cum pertinentiis in balliva sua, que ipsam contingunt nomine dotis sue de terris que fuerunt Ade de Nevill', primi viri sui, et quas cepit in manum regis per preceptum regis occasione morte* predicti Briani. Teste ut supra.

Pro executoribus testamenti Briani de Insula.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod sine dilatione faciat habere executoribus testamenti Briani de Insula omnia mobilia sua, tam blada, boves, averos quam alia catalla sua in balliva sua, ad vendendum per visum eorundem executorum vel per visum alicujus ex parte eorum ad hoc assignati, et per visum alicujus ex parte ipsius vicecomitis, et per visum unius probi et legalis hominis singularum villarum ubi blada et alia catalla, que fuerunt ipsius Briani, sunt vendenda, et similiter per visum unius hominis de hominibus qui fuerunt ejusdem Briani, ita quod denarii provenientes de bladis et catallis predictis, colligantur et salvo reponantur in aliqua domo religionis

* *Sic in MS.*

1234.
[m. 8.]

sub sigillis predictorum executorum et sigillo illius quem idem vicecomes ex parte sua ad hoc assignaverit, et sigillis aliorum predictorum qui predicte venditioni interfuerint, occasione debiti quo idem Brianus domino regi tenebatur, donec dominus rex aliud inde preceperit, salva Gratie que fuit uxor ipsius Briani quadragena sua in terra propria ipsius Gratie in balliva sua; ita tamen quod de catallis ejusdem Briani habeat ipsa Gratia rationabile estoverium suum per visum predictorum executorum et aliorum predictorum, donec dos sua ei rationabiliter assignetur infra quadragenam illam de terris que fuerunt predicti Briani. Teste ut supra.

Et mandatum predicto vicecomiti Linc' directum, significatum est predictis executoribus, et mandatum est ipsis executoribus quod omnia mobilia predicta que dictus vicecomes eis liberabit, recipiant et ea vendi et inde fieri permittant, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Matheo de Haveresech' de quodam austurco habendo et de quodam sperrario liberato Roberto Lupo custodiendo ad opus regis.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod austurcum qui est in muta apud terram que fuit Briani de Insula de Rasn', reddat Matheo de Haversech', qui dicit austurcum ipsum esse suum, et spervarium qui ibidem est, tradat Roberto Lupo custodiendum ad opus regis. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto Lupo quod spervarium qui est in muta apud terram que fuit Briani de Insula apud Rasn', et qui fuit ipsius Briani, quem vicecomes Linc' ei tradet, recipiat et ad opus regis bene custodiat. Teste rege ut supra.

Pro Johanne de Cobeham.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod, non obstante precepto quod dominus rex ei fecit de terris cum catallis Hugonis de Nevill' in manum suam capiendis, plenam seisinam habere faciat Johanni de Cobeham de terris cum catallis ipsius Johannis in Chauk', quas sicut dominus rex intellexit, predictus Hugo eidem Johanni dimisit ad terminum qui nondum preteriit. Teste rege apud Wyndes', vij. die Septembris, anno regni sui xviij.

Pro Baldewino de Ver.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Baldewino de Ver iiij. damos in foresta de Rokingeham, de dono regis. Teste rege apud Windles', viij. die Septembris.

Pro Huberto Huse.—Eodem modo scribitur constabulario Divisarum pro Huberto Huse de iij. damis habendis in foresta de Chipeham.

Rex ballivis suis Suhamt' salutem. Precipimus vobis quod septem dolia vini que custodes vinorum nostrorum Suhamt' vobis liberabunt per preceptum nostrum, sine dilatione cariari faciatis apud Merleberg' ad opus nostrum. Et custum quod ad hoc posueritis, computabitur vobis ad Scaccarium. Teste rege ut supra.*

* This entry is cancelled 'quia in rotulo de liberate.'

1234.
[m. 7.]

Pro magistro milicie Templi de manerio de Roel'.—Rex vicecomiti Leic' salutem. Quia didicimus per inquisitionem quam fieri precepimus, et quam nobis misisti, quod H. rex, avus noster, tempore suo et alii reges Anglie antecessores nostri habuerunt duas carucatas terre in dominico et centum et xviij. solidatas redditus assisi in Roel' preter boscum et molendinum ejusdem ville, et quod messuerunt communiter totum bladum ipsius regis ad unum prandium ipsius regis per diem, et carecte ipsius regis cariaverunt bladum suum ad grangias suas cum auxilio ejusdem ville, et quod homines ejusdem ville fuerunt custumarii, et quod predictus H. rex avus noster cepit ab eis auxilium ad placitum suum, et quod homines de Roel' tenent quoddam essartum pro quo nobis reddere solebant xxij. solidos per cartam nostram quam inde habuerunt et quam nobis reddiderunt; tibi precipimus quod diligenter inquiras qui tenent predictas duas carucatas terre et predictas c. et xviij. solidatas redditus assisi, et de illis duabus carucatis terre in dominico et de illis c. et xviij. solidatis redditus assisi cum predictis bosco et molendino et de essarto predicto sine dilatione plenam saisinam habere facias magistro et fratribus milicie Templi in Anglia, quibus manerium de Roel' dedimus cum corpore nostro. Et injungas et firmiter precipias ex parte nostra predictis hominibus de Roel' quod decetero faciant predictis magistro et fratribus easdem consuetudines quas predicto H. regi avo nostro et aliis predecessoribus nostris regibus Anglie facere consueverunt, quamdiu manerium de Roel' fuit in manibus ipsorum regum, et antequam illud dedimus predictis magistro et fratribus. Teste rege apud Windlesor', ix. die Septembris, anno xviij.

Pro abbatissa de Godestowe.—Mandatum est Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi quod terram illam quam Annora de Mortuo Mari dedit abbatisse de Godestowe de manerio de Tettebir', et de qua terra P. de Ryvall' ipsam abbatissam traxit in placitum in curia domini regis occasione custodie terrarum et heredis Johannis de Breos' existentis in manu sua de voluntate domini regis, et de qua eadem abbatissa finem fecit cum predicto Petro pro habenda terra illa usque ad etatem heredis predicti Johannis, permittant ipsam abbatissam tenere pacifice usque ad etatem predicti heredis. Teste ut supra.

De quadam navi deliberanda.—Mandatum est constabulario de Plymton' quod navem Ricardi de Seinte Bene de Rothomago, quam arestari fecit apud Plymton' cum hominibus ejusdem navis et rebus et mercandisis contentis in ipsa nave, eo quod fuit de potestate regis Francie, sine dilatione deliberari faciat, et quo voluerint sine impedimento abire permittat; quia dominus rex licentiam dedit et concessit mercatoribus de potestate regis Francie quod salvo et secure veniant in terram et potestatem domini regis cum rebus et mercandisis suis ad negociandum ibidem, faciendo inde rectas et debitas consuetudines. Teste rege apud Windesor', ix. die Septembris.

Pro Petro Marescallo.—Rex vicecomiti Essex' salutem. Quia accepimus per inquisitionem quam fieri fecimus, quod Eustachius de la Grave, qui suspensus fuit pro latrocinio, tenuit xij. acras terre

1234.
[m. 7.] cum pertinentiis in Riwenhal' de Petro Marescallo, et quod terra illa extitit in manu nostra per unum annum et unum diem; tibi precipimus quod de illis xij. acris terre cum pertinentiis predicto Petro sine dilatione plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Windesor', x. die Septembris.

Mandatum est vicecomiti Devonie quod dominus rex concessit decano et capitulo Exoniensibus quod habeant inperpetuum singulis annis unam feriam apud Sydebyr' duraturam per tres dies, videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Michaelis, nisi feria illa etc. Et mandatum est vicecomiti quod feriam illam per bailliam suam clamari faciat et ibidem teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo Aguyllun.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro Willelmo Aguyllun per cartam nostram, quam ei inde fieri fecimus, terram que fuit Roberti de Curcy in Emelwrth' et in Werblington' in redditibus et homagiis, et quam predictus Willelmus prius tenuit de baillio domini J. regis patris nostri, habendam et tenendam de nobis et heredibus nostris sibi et heredibus suis quousque terram illam reddiderimus rectis heredibus ejusdem terre per voluntatem nostram vel per pacem, reddendo inde nobis et heredibus nostris ipse et heredes sui singulis annis ad Pasca unum par calcarium deauratorum. Et ideo vobis mandamus quod sic fieri et inrotulari faciatis, et firmam predictam ejusdem Willelmi singulis annis ad terminum predictum recipiatis. Teste rege apud Wyndes', x. die Septembris, anno regni nostri xviij.

De quercubus datis ad reparationem pontis Windles'.—Mandatum est constabulario de Windles' quod faciat habere custodi magni pontis de Wyndles' x. quercus ad reparationem ejusdem pontis in foresta de Windles', ubi commodius et vicinius predicte ville de Windles' et ad minus nocumentum ejusdem foreste capi poterunt. Teste ut supra.

Mandatum est constabulario Windles' quod faciat habere camerario Rading' ad molendinum suum de Windles' reparandum tres fagos in ballia sua, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Becco de feria habenda.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod rex concessit abbati de Becco per cartam suam quam ei fieri fecit, quod feria illa quam prius ei concessimus tenendam apud manerium suum de Swinescumbe per tres dies, scilicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Martini, decetero ibidem teneatur in vigilia et in die et in crastino Translationis Sancti Thome martiris, et quod feriam illam per totam balliam suam clamari faciat et teneri ibidem, sicut predictum est. Teste rege apud Wyndlesor', xj. die Septembris.

De Judeis Warewic'.—Mandatum est vicecomiti Warewic' quod non obstante precepto quod dominus rex fecit, ne permitteret aliquem Judeum morari in aliqua villa in ballia sua nisi in villa ubi

1234.
[m. 7.]

antiquitus manere consuevit, permittat Judeos de Warewic' morari ibidem usque in unum mensem a die Sancti Michaelis anno regni nostri xviij., ut interim colligere possint debita sua et tallagia et alia que ei* debentur in eadem villa, ad satisfaciendum regi in predicto festo Sancti Michaelis de tallagio suo quod regi debent. Teste ut supra.

Pro Hugone de Gurnay.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod averia H. de Gurnay, que cepit occasione debiti quod ei debet per summonitionem Scaccarii, ei replegiari faciat usque in xv. dies a die Sancti Michaelis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Alicia filia Vitalis deliberanda.—Rex constabulario castri sui Windles' salutem. Precipimus tibi quod si Alicia filia Vitalis, capta et detenta in prisona de Windles', non est rettata neque appellata de morte Jordani le Torneer, set quadam levi suspicione occasione illius mortis capta et detenta est, invenerit ei* salvos plegios ad standum recto coram justiciariis itinerantibus, si quis versus eam inde loqui voluerit, tunc eam a prisona deliberari facias. Teste ut supra. Per W. de Ralegh'.†

Pro priorissa de Bromhal'.—Rex constabulario Windles' salutem. Scias quod concessimus priorisse de Bromhal' quod habeat singulis annis inperpetuum proprios porcos suos ad pessonam in foresta de Windles'. Et ideo tibi precipimus quod predictam priorissam porcos suos proprios in predicta foresta ad pessonam habere permittas. Teste ut supra.

De quodam cervo dato.—Mandatum est Hugoni des Loges quod habere faciat in foresta de Canoc magistro Waltero de Lench', decano Stafford', unum cervum de dono regis. Teste rege apud' Rading', xiij. die Septembris.

Pro Alicia filia Vitalis deliberanda.—Quia dominus rex accepit per inquisitionem, quam rex fieri precepit, quod Alicia filia Vitalis, capta et detenta in prisona regis apud Windles' pro morte Jordani le Turneur, non est culpabilis de morte ipsius: mandatum est constabulario Windles' quod ipsam sine dilatione a prisona domini regis deliberari faciat, et quo voluerit, abire sine impedimento permittat. Teste rege apud Sanderford', xiij. die Septembris,‡ anno regni nostri xviij.

Pro G. comite Marescallo.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod permittat G. Marescallum, comitem Penbrok, habere easdem libertates de sectis comitatus et hundredi in baillia sua, et alias libertates quas comes W. Marescallus senior et comes W. Marescallus junior et comes R. Marescallus, fratres ipsius comitis, temporibus suis habuerunt. Teste ut supra.

---

* *Sic in MS.* † This entry is cancelled 'quia aliter inferius.'
‡ Omitted in MS.

1234.
[m. 7.] *De xxx. fustis datis.*—Mandatum est Hasculfo de Hathelakeston' quod habere faciat priori Sancti Johannis de Landa xxx. fusta in bosco de Frithewud' ad operationem ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Merleberg', xvj. die Septembris.

Pro Isabella sorore domini regis.—Mandatum est Johanni de Colemer', camerario suo Lond', quod habere faciat Ysabelle, sorori domini regis moranti in Turri London',* duo dolia vini de vinis que sunt in cellario nostro apud Westmonasterium. Teste ut supra.

De viridariis eligendis.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod, convocato comitatu suo, per eundem comitatum eligi faciat de fidelibus et discretis militibus ejusdem comitatus duos milites qui melius possint esse viridarii in foresta de Gravelinges, et similiter unum militem qui possit esse viridarius in foresta de Pauncet; et qui prestito sacramento etc. Teste ut supra.

Pro hominibus de Kaermerdin.—Mandatum est constabulario de Kaermerdyn quod nichil exigat a probis hominibus domini regis de Kaermerdyn de firma ejusdem ville, quam dominus rex eis concessit ad eandem villam claudendam. Per W. de Ral'. Teste ut supra.

Pro Cradac filio Johannis.—Mandatum est Willelmo de Bello Campo quod Craddoc filium Johannis et hominem †dilecti et fidelis nostri† G. Marscalli comitis Penbroc', qui est in prisona sua, et qui captus fuit in guerra que nuper fuit inter ipsum dominum regem et R. comitem Marscallum, sine dilatione a prisona deliberari faciat. Teste ut supra.

De prisonibus deliberandis.—Mandatum est Henrico de Longo Campo quod Yorvorth filium Johannis et Kennoric' filium suum, homines G. Marscalli, comitis Penbr', qui sunt in prisona sua, et qui capti fuerunt in guerra nuper inter ipsum dominum regem et R. comitem Marscallum, sine dilatione a prisona deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Margareta de Braos'.—Rex baillivis suis de Wych' salutem. Precipimus vobis quod redditum illum salis, quem Johannes de Braos' recipere consuevit in vita sua in villa vestra, decetero reddatis Margarete de Braos' que fuit uxor ipsius Johannis, sicut idem Johannes redditum illum recipere consuevit tempore suo. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Buk' quod distringat homines Margarete de Braos' de Buk', quod reddant ei vj. marcas, que ei restant de tallagio quod P. de Ryvall' assideri fecit super ipsos homines, dum habuit villam illam in manu sua per preceptum regis.

*Altered from 'in custodia sua apud London.

†—†These words are struck out.

1234.
[m. 7.]

De testamento Herefordensis episcopi.—Rex Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi, escaetoribus suis, salutem. Sciatis quod quando concessimus archiepiscopis et episcopis quod conderint testamentum suum de rebus suis mobilibus et immobilibus, non fuit intentionis nostre concedere eis redditus futuros a tempore mortis sue et exitus vinearum, gardinorum, molendinorum, theloneorum et pannagiorum ad testamentum suum faciendum, set quod haberent blada dominicorum suorum, et boves et averos et alia mobilia sua consimilia. Et ideo vobis mandamus quod de bladis omnium dominicorum que fuerunt H. quondam Herefordensis episcopi, et bobus et avris, karris et carectis ipsius, executoribus suis liberam amministrationem habere permittatis. Fenum etiam et furragium anni preteriti eisdem executoribus habere faciatis ad executionem testamenti ejusdem episcopi faciendam, retento in manu nostra feno hujus anni regni nostri xviij. et aliis supradictis. Teste ut supra.

De scothala prohibita.—Rex Engelardo de Cygoyny salutem. Quia inter ceteras libertates quas per cartam nostram concessimus probis hominibus nostris de regno nostro, continetur quod nullus baillivus noster vel alterius faciat escothalam in regno nostro, vobis mandamus quod nullam escothalam fieri faciatis per vos vel baillivos vestros nec fieri permittatis in manerio nostro de Bray, vel alibi in aliis maneriis nostris in baillia vestra. Teste ut supra.

Pro comite Marescallo de damis datis.—Mandatum est baillivis foreste de Fekenham quod in foresta de Fekenham faciant habere comiti Marescallo xx. damas et v. damos ad parcum suum de Inteberegh' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eodem modo constabulario Divisarum de v. damis et xx. damis datis eidem comiti in foresta de Chippeham, ad parcum suum de Hamsted' instaurandum. Teste rege ut supra.

Pro priore et conventu de Abbendon'.—Mandatum est Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi quod occasione abbatie de Abbendon' vacantis et in manu regis existentis, non inpediant priorem et conventum Abbendon' quin liberam possint habere amministrationem de maneriis ejusdem abbatie deputatis ad sustentationem predictorum prioris et conventus in victu et vestitu, set monachos obedientiarios ejusdem domus assignetis* ad custodiam eorundem maneriorum inde disponere permittant ad commodum et voluntatem suam. Et si quid inde capi fecerint, id eis reddi faciant. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Haya.—Rex vicecomiti Linc' salutem. Monstravit nobis Radulfus de Haya quod occasione cujusdam brevis nostri tibi directi de mercato suo de manerio de Burewell' non tenendo una cum mercato Briani de Insula de Saleby, licet prius aliud inde preceptum nostrum non receperis quod mercatum illud prohiberi faceres, mercatum illud prohiberi fecisti. Et ideo tibi precipimus

* *Sic in MS.*

1234.

[m. 7.] quod, si ita est, mercatum predictum in eo statu teneri facias in quo teneri consuevit antequam illud prohiberi fecisti occasione predicta. Teste ut supra.

[m. 6.] *Pro Richero de Wittewell'.*—Rex concessit Richero de Whitewell' per cartam suam quam ei fieri fecit, totam terram cum pertinentiis quam Rogerus de Millers, avunculus ejusdem Richeri, tenuit de ballio J. regis, patris etc. in Kingeswinterburn' de terris Normannorum, habendam et tenendam de rege et heredibus suis sibi et heredibus suis cum omnibus ad eam pertinentibus, donec rex vel heredes sui eam reddiderint rectis heredibus per pacem vel voluntatem etc., reddendo inde regi et heredibus suis servicium inde debitum. Et mandatum est vicecomiti* Dors' quod de predicta terra cum pertinentiis in Kingeswinterburn' eidem Richero plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Merleberge, xviij. die Septembris.

Pro abbate et monachis de Ford' et hominibus suis de Turnewurth' etc.—Rex concessit abbati et monachis de Ford' quod pro dimidia marca quam singulis annis nobis reddent ad Scaccarium nostrum, ipsi et homines sui de Turnewurth' et de Turnecumb' quieti sint de sectis faciendis ad curiam de Craneburn' et de Pimperne, que est in manu nostra occasione custodie terre et heredis G. de Clar' quondam comitis Glouc', quamdiu predicta custodia extiterit in manu nostra. Et mandatum est Ricardo de la Lade quod accepta securitate a predicto abbate de dimidia marca nobis singulis annis† reddenda, quamdiu predicta custodia fuerit in manu nostra, de sectis predictis ipsum et homines suos predictos quietos esse permittatis,‡ sicut predictum est. Teste ut supra. Per Karleolensem.

De malefactoribus foreste de Wichewud'.—Mandatum est Thome de Langel' quod malefactores foreste de Wichewud', quos cepit in eadem foresta et habet in custodia sua, liberet constabulario Oxonie, cui mandatum est quod illos recipiat et salvo custodiat donec dominus rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Merleberg', ut supra.

Pro Fulcone filio Warini.—Mandatum est Thome de Saford' quod faciat habere Fulconi filio Warini viij. damas et duos damos vivos in foresta de Braden' ad instaurandum parcum suum de Alewestan', de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est constabulario Divisarum de viij. damis et duobus damis in foresta de Chippeham ad parcum suum de Alewestan'.

Pro J. Bathoniensi episcopo.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod sine impedimento permittat omnes illos qui emere voluerint frondes et alias escaetas provenientes de l. quercubus quas dedimus nuper venerabili patri J. Bathoniensi episcopo in nova§ haya de foresta nostra de Den', facere de escaetis illis carbonem et alias commodum suum, prout voluerint, in eadem foresta. Teste ut supra.

* This word is repeated in the MS. † Omitted in MS.
‡ So in MS. § Changed from 'una.'

1234.
[m. 6.]

Pro R. Sarresburiensi episcopo.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod permittat venerabilem patrem R. Sarresburiensem episcopum habere chaciam suam in la Rugge, sicut R. quondam Sarresburiensis episcopus, predecessor suus, chaciam illam habuit, antequam postularetur in episcopum Dunelmensem. Teste ut supra.

Pro Radulfo Russel.—Mandatum est custodi foreste de Blakemor' quod faciat habere Radulfo Russel unum damum in foresta predicta, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Eva de Braos'.—Quia dominus rex fecit dominica sua talliari in regno Anglie, mandatum est hominibus Eve de Braos' de Toteneys quod dominus rex concessit ei quod talliari faciat predictam villam, et quod id fieri permittant, et ei ad hoc sint intendentes. Teste ut supra.

Pro Huberto Huse.—Rex baronibus de Scaccario salutem. Sciatis quod perdonavimus Huberto Huse octo libras quas ab eo exigitis per summonitionem Scaccarii pro Ricardo filio et herede Ricardi Walensis, qui est in custodia sua, de prestito facto predicto Ricardo Walensi, patri predicti heredis, in Hybernia tempore domini J. regis, patris nostri. Et ideo vobis mandamus quod de predictis viij. libris ipsum quietum esse faciatis. Teste rege ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro Ricardo de Witewell'.—Mandatum est vicecomiti Rotel',° quia acceptum fuit nuper coram Willelmo de Insula, Roberto de Salceto et sociis suis, justiciariis assignatis ad gaiolam Norhamt' deliberandam, quod Ricardus de Witewell' non est culpabilis de morte duorum monachorum de Weston', pro qua captus fuit et inprisonatus, et postea per eosdem justiciarios nostros a prisona nostra deliberatus, quod catalla ipsius Ricardi que occasione predicta cepit et adhuc detinet, et blada sua que prior de Weston' ei detinet, ei sine dilatione reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Hugone Peverel de Godemaneston' et aliis.—Rex vicecomiti Oxonie salutem. Quia Willelmus Peverel de Godemanneston', Thomas Peverel, Guido Crespyn, Henricus Luvel, Johannes Arael', Ricardus Vilein, Walterus Russel, Willelmus Prat, et Willelmus de Samford', capti et detenti in prisona nostra pro transgressione facta in foresta nostra Wichewud', fecerunt nos securos per plegios subscriptos, videlicet, Gilebertum Basset, Herebertum filium Mathei, Adam de Pirinton', Alanum Basset, et Petrum Blund', et Robertum Tregoz, quod stabunt recto de transgressione predicta tam pro se quam hominibus suis secum inventis in foresta predicta et secum captis, coram nobis quando preceperimus, vel coram justiciariis nostris proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu Oxonie, tunc ipsos Willelmum, Thomam, Guidonem, Henricum, Johannem, Ricardum, Walterum, Willelmum,

° Substituted for 'Norhamt.'

1234.
[m. 6.]

et Willelmum per plevinam predictam dimittas, et a prisona nostra deliberes. Equos etiam et hernesium predicti Willelmi et hominum suorum predictorum occasione predicta cum ipsis arestata, eis deliberari et reddi facias. Teste rege ut supra.

Pro electione facta de Luca quondam camerario Abbendon' in abbatem ejusdem domus.—Dominus rex adhibuit assensum regium electioni facte de Luca quondam camerario Abbendon' in abbatem Abbendon'. Et mandatum est Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi quod de predicta abbatia et omnibus terris, rebus, redditibus et omnibus possessionibus ad ipsam abbatiam pertinentibus, eidem electo plenam saisinam habere faciant. Teste rege apud Merleberg', xxij. die Septembris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Berk'.

Mandatum est per litteras patentes militibus, liberis hominibus et aliis tenentibus de abbatia Abbendon' quod eidem L. tamquam domino suo in omnibus que ad predictam abbatiam pertinent, intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norhamt' quod saisinam habere faciat heredibus Briani de Insula de omnibus terris et redditibus que fuerunt ejusdem Briani in baillia sua, et de quibus idem Brianus saisitus fuit ut de feodo die quo obiit, et que capta fuerunt in manum regis per preceptum regis post mortem ipsius Briani. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Wiltes', Dereb', Dors', Eboraci, Linc', Sussex'.

Pro Willelmo Peverel et hominibus suis.—Mandatum est Thome de Langel' quod sine dilatione reddat Willelmo Peverel et hominibus suis equos et totam hernesium suum, que cepit cum ipsis in foresta de Wdeuud', ita quod nichil ea occasione inde retineat.

Pro uxore G. de Craucumb'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Alicie uxori G. de Cracumb' quindecim robora ad focum suum in bosco de Sotora, de dono regis. Teste rege apud Merl', xxiiij. die Septembris, anno regni sui xviij.

Pro Gilberto Basset.—Mandatum est constabulario Divisarum quod si Gilbertus Basset non habuerit prius decem quercus in foresta de Melkesham, quas dominus rex ei concessit, quod loco illarum faciat ei habere decem quercus in foresta de Chipeham, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne filio Galfridi.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat Johanni filio Galfridi l. cheverones in baillia sua ubi commodius et propinquius capi poterunt ad ipsum Johannem hospitandum apud Querendon', et ad minus nocumentum foreste, de dono regis. Teste rege apud Merleberg', xxv. die Septembris.

1234.
[m. 6.]

Pro Thoma de Drayton'.—Rex vicecomiti Beres' salutem. Quia constat nobis per inquisitionem quam a te fieri precepimus, quod Alicia que fuit uxor Willelmi de Hanneya, appellat Thomam de Drayton' odio et atya de morte predicti Willelmi, quondam viri sui, et non eo quod inde culpabilis est; tibi precipimus quod si idem Thomas invenerit tibi xij. liberos et legales homines qui eum manucapiant habere coram justiciariis nostris ad primam assisam, cum in partes illas venerint, ad standum inde recto si quis versus eum inde loqui voluerit, tunc ipsum Thomam a prisona nostra deliberes, et in ballio tradas predictis xij. hominibus in ballio, sicut predictum est. Et habeas ibi nomina predictorum xij. et hoc breve. Teste ut supra.

Hibernia. Pro W. Ossoriensi episcopo.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hybernie, quod talem saisinam habere faciat venerabili patri W. Osseriensi episcopo de omnibus terris et tenementis ad episcopatum suum pertinentibus, qualem P. quondam Osseriensis episcopus, predecessor suus, inde habuit die quo habuit.* Teste rege ut supra. Per regem.

Pro operatione hospitalis Oxonie.—Rex Galfrido Esturmy salutem. Precipimus tibi quod habere facias fratri Galfrido, elemosinario nostro, ad operationem hospitalis nostri Oxonie c. quercus in foresta nostra de Savernac sparsim per loca et ubi competentius capi possi[n]t ad minus nocumentum ejusdem foreste, habentes longitudinem et grassitudinem quam carpentarii nostri qui ad te venient ad eligendum predictas quercus, tibi ostende[n]t ad eandem operationem. Teste rege ut supra.

Pro Nicholao de Alna.—Rex vicecomiti Sumerset' salutem. Scias quod concessimus Nycholao de Alna quod terram quam tenet de villenagio nostro in Sumerton' nomine Christiane, uxoris sue, de qua consuetudines et operationes valent per annum sex solidos et septem denarios, et unde consuevit reddere nobis per annum decem solidos et quatuor denarios de firma secundum inquisitionem inde factam per preceptum nostrum, teneat toto tempore vite sue de nobis et heredibus nostris, reddendo inde nobis vel heredibus nostris predictum annuum redditum decem solidorum et quatuor denariorum pro omni servicio, ita quod quamdiu idem Nicholaus vixerit, quietus sit de predictis consuetudinibus et operationibus nobis et heredibus nostris faciendis. Et ideo tibi precipimus quod permittas predictum Nicholaum tenere toto tempore vite sue predictam terram, faciendo inde nobis et heredibus nostris predictum annuum redditum decem solidorum et quatuor denariorum, sicut predictum est. Teste rege apud Merleb', xxv. die Septembris, anno regni xviij.

Pro Willelmo de Ferrariis.—Dominus rex concessit Willelmo de Ferrariis quod habeat unum mercatum per diem Martis apud Wudeham, et quod habeat j. feriam ibidem, duraturam per iiij. dies, videlicet

* *Sic in MS.*

1234.

[m. 6.] in vigilia et in die Clausi Pasche et per duos dies sequentes, nisi etc. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod clamari faciat et teneri ibidem, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro monialibus de Tichefed'.—Rex Eboracensi archiepiscopo et Dunelmensi episcopo et omnibus aliis terras habentibus inter Usam et Derwentam salutem. Sciatis quod perdonavimus monialibus de Tykcheved sex marcas et quatuor solidos, quos super eas assideri fecistis pro portione que ad ipsas pertinet de octingentis marcis per quas finem fecistis nobiscum pro deafforestanda foresta nostra inter Usam et Derwentam. Et ideo vobis mandamus quod predictis monialibus pacem inde habere permittatis, *et nichil inde ab eis exigatis,* et nos prefatas sex marcas et quatuor solidos vobis allocari faciemus ad Scaccarium in fine predicto.

Pro L. Dublinensi archiepiscopo.—Rex reddidit venerabili patri L. Dublinensi archiepiscopo et ecclesie sue Dublin' villam de Scagunning cum pertinentiis suis tanquam jus ejusdem ecclesie Dublin'. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod de predicta villa cum pertinentiis suis eidem archiepiscopo sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Merleberg', xxvj. die Septembris.

Pro Roberto de Stopham.—Rex Ade de Stavel' salutem. Monstravit nobis Robertus de Stopham quod vos, occasione mortis Briani de Insula, avunculi sui, de terra quadam in Reppel' quam tenuit de dono predicti Briani a Pascha proximo preterito usque ad mortem ipsius, ipsum disseisivistis. Et ideo vobis mandamus quod si ita est, tunc ipsi Roberto de terra predicta cum pertinentiis talem seisinam habere faciatis, qualem inde habuit die quo ipsum inde disseisivistis. Et si quid de rebus et catallis ipsius Roberti cepistis occasione predicta, id ei sine dilatione reddi faciatis. Teste rege apud Merleberg', xvij. die Septembris.

Pro Johanne Belet.—Rex vicecomiti Oxonie salutem. Precipimus tibi quod si Johannes Belet fecerit te securum †quod satisfaciet nobis coram baronibus nostris de Scaccario in octabis Sancti Michaelis, anno regni nostri xviij. de scutagio illo quod ab eo exigis per summonitionem Scaccarii nostri, tunc ipsum Johannem de scutagio illo interim pacem habere permittas, et averia sua que eadem occasione cepisti, interim ei deliberari facias. Teste rege ut supra.

[m. 5.] *Hybernia. Pro Mauricio filio Geroldi.*—Rex justiciario Hybernie etc. Scias quod concessimus dilecto et fideli nostro Mauricio filio Geroldi quod ipse et heredes sui habeant imperpetuum unum mercatum singulis septimanis per diem Sabbati apud manerium suum de Yehyll', et quod habeant imperpetuum unam feriam ibidem singulis annis duraturam per xv. dies, videlicet, in vigilia et in die Sancti Michaelis

* These words are struck out.

† The words 'de clameo suo prosequendo' are here struck out.

1234.
[m 5.]

per tresdecim dies sequentes, et quod habeant inperpetuum unam feriam apud manerium suum de Gren' duraturam singulis annis per xv. dies, videlicet in vigilia et in die Nativitatis Sancti Johannis Baptiste et per xiij. dies sequentes, nisi predictum mercatum et predicte ferie sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Et ideo vobis mandamus quod predictum mercatum et predictas ferias clamari faciatis et ibidem teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Merleb', xxvj. die Septembris, anno regni nostri xviij.

Pro David Barri.—Rex dilecto et fideli suo Mauricio filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Sciatis quod concessimus dilecto et fideli nostro David Barri quod ipse et heredes sui habeant unum mercatum singulis septimanis per diem Sabbati apud manerium suum de Butavant, et quod ipse et heredes sui habeant unam feriam ibidem singulis annis duraturam per octo dies, videlicet, in vigilia et in die Sancti Luce Ewangeliste et per sex dies sequentes, et quod ipse et heredes sui habeant unum mercatum per diem Veneris apud manerium suum de Karectohell', nisi predicta mercata et predicta feria sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Et ideo vobis mandamus quod predicta mercata et predictam feriam clamari faciatis et teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

Hibernia: Pro J. Fernensi episcopo.—Rex dilectis et fidelibus suis Mauricio filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, et G. archidiacono Dublinensi, thesaurario suo Hibernie, salutem. Sciatis quod perdonavimus venerabili patri J. Fernensi episcopo pro bono et fideli obsequio suo quinquaginta libras, in quibus nobis tenebatur de prestito sibi facto tempore quo fuit thesaurarius noster. Et ideo vobis mandamus quod sic inrotulari et ipsum episcopum quietum esse de predictis l. libris faciatis. Teste rege apud Merleberg', xxvij. die Septembris.

De inquisitione facienda qui fuerunt contra regem in bello cum R. comite Marescallo.—Rex dilecto et fideli suo Mauricio filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Mandamus vobis quod diligenter inquiri faciatis qui milites et alii de Hibernia, preter illos quorum nomina nobis ostendistis inrotulata cum nuper essetis in Anglia, fuerunt contra nos in bello in Hibernia cum R. Marescallo, quondam comite Penbr', et postea cum inde certi fueritis, in presentia venerabilis patris L. Dublinensis archiepiscopi et aliorum fidelium nostrorum de Hibernia, quot videritis expedire, finem ab ipsis capiatis pro transgressione sua quam fecerunt stando in bello predicto contra nos. Et finem singulorum inrotulari faciatis cum eorundem nominibus, et unum rotulum de fine illo distincte et aperte factum sub sigillo vestro et sigillo predicti archiepiscopi nobis mittatis in Angliam, et alium rotulum inde penes vos retineatis. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Burgo de terra suo in Cunnoc.*—Dominus rex reddidit Ricardo de Burgo totam terram suam de Cunnoc cum

* Sic in MS.

1234.

[m. 5.] pertinentiis, quam prius habuit de dono regis. Et mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod predicto Ricardo de predicta terra cum pertinentiis talem seisinam habere faciat qualem inde habuit die quo rex ipsum inde disseisiri precepit. Teste rege ut supra.

Et hoc significatum est predicto Ricardo, et mandatum est eidem quod de terra predicta perquirenda viriliter et potenter se intromittat, ita quod diligentia sua sibi ad commodum et domino regi cedat ad honorem, et quod ea occasione domino regi aut terre sue Hibernie per eum dampnum non eveniat aut periculum. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Harecurt.—Mandatum est vicecomiti War' et Leic' quod sine dilatione plenam seisinam habere faciat Ricardo de Harecurt de Normannia de omnibus terris suis in balliva sua cum omnibus bladis et catallis ejusdem Ricardi in eis inventis, que in manum domini regis capte fuerunt per preceptum regis, eo quod dicebatur ipsum nuper fuisse in exercitu regis Francie contra P. comitem Brittannie; et si quid inde receperit, eidem Ricardo reddi faciat. Teste rege apud Noubir', xxvij. die Septembris. Per Radulfum filium Nicholai.

Hibernia. Pro Hugone Purcel.—Dominus rex perdonavit Hugoni Purcel indignationem suam, quam erga eum conceperat eo quod stetit contra eum in guerra mota inter ipsum regem et R. Marescallum, quondam comitem Penbr', et ipsum in gratiam suam recepit per finem quem fecit cum domino rege, sicut M. filius Geroldi, justiciarius Hibernie, scit. Et mandatum est eidem justiciario quod accepta securitate a predicto Hugone de fine predicto, de terra sua que est in manu regis occasione predicte guerre, et de omnibus rebus et catallis in ea inventis post pacem domini regis clamatam, eidem Hugoni plenam seisinam habere faciat, ita quod finis ille computetur G. Marescallo, comiti Penbr', in mille marcis quas dominus rex ei concessit de redemptione hominum suorum Hibernie. Teste rege apud Sandelford', xxviij. die Septembris.

Et hoc significatum est thesaurario et camerario Dublin', ut predictum finem et allocationem sic inrotulari faciant. Teste ut supra.

Pro Johanne filio Galfridi de Mariscis.—Rex dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Sciatis quod Johannes filius Galfridi de Mariscis toto tempore guerre mote inter nos et R. Marescallum, quondam comitem Penbr', in Hibernia, fuit in Anglia cum dilecto et fideli nostro comite Warennie. Et ideo vobis mandamus quod prefato Johanni de omnibus terris suis cum catallis et omnibus rebus suis, que capte fuerunt in manum nostram occasione predicte guerre, plenam seisinam habere faciatis. Teste rege ut supra.[a]

[a] This entry is cancelled 'quia aliter in patentibus.'

1234.
[m. 5.]

De fine Duncani de Carbrac.—Rex dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Sciatis quod Dunecanus de Carbrac finem fecit nobiscum per quadringentas marcas pro gratia nostra habenda, et ut ipsi indignationem nostram remittamus, quam erga ipsum conceperamus pro eo quod contra nos stetit in guerra mota inter nos et R. Marescallum, quondam comitis Penbr', ita quod sub eodem fine teneat adhuc terram illam quam de nobis ad firmam tenet, in eo statu in quo modo eam tenet, quamdiu nobis placuerit. Et ideo vobis mandamus quod accepta securitate a predicto Dunecano de predictis quadringentis marcis ad opus nostrum, ipsum Dunecanum predictam terram cum pertinentiis tenere permittatis, sicut predictum est, salvis nobis arreragiis nostris de firma predicte terre nobis debita de tempore preterito, quo terra illa extitit in manu sua, et inde nobis in nullo satisfecit, ut dicitur. Teste ut supra.

Et hoc idem significatum est thesaurario Dublin', ut finem illum inrotulari faciat. Teste ut supra.

Pro Waltero de Ridelford'.—Rex dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Mandamus vobis quod permittatis dilectum et fidelem nostrum Walterum de Ridelford' tenere tres carucatas terre, quas tenet de ballio nostro in Theachkony, Kilmacche et Kilminen cum pertinentiis, et quas clamat esse jus suum per cartam H. regis, avi nostri, et per confirmationem domini J. regis, patris nostri, quas inde habet, ut dicitur, quousque venerimus ad partes illas vel alio modo inde providerimus. Teste ut supra.

Pro Reginaldo de Bernevall'.—Rex dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis de thesauro nostro Dublin' dilecto et fideli nostro Reginaldo de Bernevall' viginti libras, videlicet, decem libras ad Pascha anno regni nostri xix. et decem libras ad festum Sancti Michaelis anno eodem, in parte solutionis arreragiorum suorum de quindecim libris annuis, quas percipere consuevit ad Scaccarium nostrum in Anglia ad se sustentandum in servicio nostro. Mandavimus enim thesaurario et camerario nostris Dublin' quod ad mandatum vestrum predictas viginti libras ad terminos predictos ei habere faciant. Teste ut supra.

Liberate.—Rex thesaurario et camerario suis Dublin' salutem. Liberate de thesauro nostro ad mandatum dilecti et fidelis nostri M. filii Geroldi, justiciarii nostri Hibernie, dilecto et fideli nostro Reginaldo de Bernevall' viginti libras, videlicet, decem libras ad Pascha anno regni nostri decimo nono, et ad festum Sancti Michaelis anno eodem decem libras, in parte solutionis arreragiorum suorum de quindecim libris annuis, quas percipere consuevit ad Scaccarium nostrum in Anglia ad se sustentandum in servicio nostro. Teste ut supra.

Pro A. comitissa Penbr'.—Rex justiciario suo Hibernie salutem. Mandamus vobis quatinus sine dilatione vendi faciatis de bladis et catallis que sunt G. Marescalli, comitis Penbr', usque ad summam

1234.
[m. 5.] quingentarum librarum, et eas certo nuncio dilecte sororis nostre A. comitisse Penbr' has litteras nostras vobis deferenti habere faciatis ad opus ipsius comitisse, salvo ipsi comiti semine de bladis predictis ad terras ipsius comitis in Hybernia excolendas et seminandas. Teste ut supra, anno xviij.

Pro Johanne de Munemuth'.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Johanni de Monem' in foresta de Den' duos cervos, de dono regis. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro uxore Willelmi de Ferrariis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere uxori Willelmi de Ferrariis in foresta de Wytlewud' decem robora ad focum suum vel ad carbonem inde faciendum, si voluerit, de dono. Teste rege apud Sandreford', xxix. die Septembris. Per Radulfum filium Nicholai.

Liberate pro justiciario Hybernie.—Rex thesaurario et camerario suis Dublin' salutem. Liberate de thesauro nostro dilecto et fideli nostro Mauricio filio Geroldi, quamdiu fuerit justiciarius noster Hybernie, singulis annis quingentas libras, quas ei concessimus percipiendas singulis annis ad Scaccarium nostrum Dublin' ad se sustentandum in officio justiciarie nostre Hybernie. Teste rege apud Merleb', xxvj. die Septembris.

Pro Galfrido de Leveland'.—Rex vicecomiti Suhampt' salutem. Monstravit nobis Galfridus de Leveland' quod, cum per spacium duorum annorum antequam Adam de Rutheresfeld' forisfecisset terram suam quam tenuit, et justicia de eo facta fuisset, teneret quandam terram in Haltham de dono predicti Ade, tu occasione predicte justicie de eo facte et eo quod terram suam in manum nostram capi fecimus, terram predicti Galfridi cepisti in manum nostram unacum terris illis quas predictus Adam tenuit die quo terras suas forisfecit. Et ideo tibi precipimus quod si ita est, tunc ipsi Galfrido de terra sua predicta cum pertinentiis plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Pro Roberto de Grendon'.—Rex justiciario Hybernie salutem. Sciatis quod ad instanciam dilecte sororis nostre A. comitisse Penbr' quietas clamavimus Roberto de Grendon' quadraginta marcas, per quas finem fecit nobiscum pro habenda gratia nostra, et ut remittamus ei iram et indignationem nostram quam erga ipsum conceperamus, eo quod stetit in guerra nuper mota inter nos et R. Marescallum, quondam comitem Penbr', in Hybernia. Et ideo vobis mandamus quod ipsum de illis xl. marcis quietum esse faciatis, et pacem ei inde habere permittatis. Teste ut supra. Per W. de Kirkeham.

Consimiles habet litteras patentes eidem directas xiiij. die Aprilis, anno regni xix. apud Windlor'.

1234.
[m. 5.] *Pro Waltero de Godarvill'.*—Rex dedit et concessit et carta sua confirmavit Waltero de Godarvill' illam virgatam terre cum pertinentiis in Chipham' de qua rex percipere consuevit singulis annis quatuor solidos et duos denarios et idem Walterus tres solidos, habendam et tenendam de rege et heredibus sui* eidem Waltero et heredibus suis inperpetuum, reddendo inde domino regi et heredibus suis singulis annis ad Scaccarium Sancti Michaelis unum arcum de auburn'. Et mandatum est vicecomiti Wilt' quod eidem Waltero de predicta virgata terre cum pertinentiis plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Rading', xxix. die Septembris.

Pro Ricardo de Stanton'.—Rex constabulario suo de Sancto Briavello salutem. Quia intelleximus quod escaete de quercubus per nos datis ad maceremium faciendum in foresta nostra de Dene pertinent ad forestarios nostros de feodo, tibi precipimus quod Ricardo de Staunton', forestario nostro de feodo de predicta foresta, facias habere escaetas de quinquaginta quercubus, quas dedimus in eadem foresta venerabili patri J. Bathoniensi episcopo, et ibi sunt prostrate, salvo hoc ipsi episcopo quod inde ad meremium accidere poterit. Facias etiam habere eidem Ricardo escaetas de decem quercubus, quas eidem episcopo dedimus in eadem foresta preter predictas l. quercus. Teste rege apud Rading', xix. die Septembris, anno regni xviij.

Pro Bathoniensi episcopo.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod faciat habere Bathoniensi episcopo decem quercus in foresta de Den' preter l. quercus quas dominus rex dederat eidem episcopo in eadem foresta. Teste rege ut supra.

Pro Matillide de Clipseby.—Rex vicecomiti Linc' salutem. Quia dominica nostra per Angliam nuper fecimus talliari, tibi precipimus quod Matillidi de hominibus suis de manerio de Clipseby, quod est de dominico nostro, rationabile auxilium habere facias. Teste me ipso apud Rading', xxix. die Septembris.

De musto regis cariando.—Rex custodibus vinorum Suhampt' salutem. Precipimus tibi quod unum dolium musti de prisa nostra, quod est in custodia vestra, habere faciatis ballivis nostris Suhampt' cariandum ad nos usque Rading'. Teste rege apud Merleberg', xxviii. die Septembris.

De parco de Havering' agistando et porcis etc.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod agistari faciat parcum domini regis de Havering' in hac seisona, et porcos provenientes pro pannagio et de agistatione ejusdem parci occidi et saliri, ut bacones inde fieri et bene custodiri faciat ad opus regis, et de exitibus que ad opus domini regis servari non possunt, commodum regis faciat. Teste rege apud Rading', xxix. die Septembris.

* *Sic in MS.*

1234.
[m 4.] *Pro Johanne de Gray.*—Mandatum est Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi, escaetoribus domini regis, quod blada que seminata fuerunt in manerio de Purl', dum fuit in manu regis et antequam rex illud concessisset Johanni de Gray, eidem Johanni habere faciant, salvis Willelmo de Sancto Leodegario bladis suis que habet in terra quam habuit* de dono regis in eadem villa. Teste rege ut supra.

Pro Radulfo de Picheford'.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod habere faciat Radulfo de Picheford', constabulario domini regis de Drogheda, rationabilem sustentationem suam ad predictum castrum de Drogheda custodiendum, sicut alii constabularii ejusdem castri antequam idem Radulfus predictum castrum recepit de domino rege custodiendum, percipere consueverunt ad custodiam ejusdem castri. Teste rege ut supra.

Pro Waltero de Bello Campo.—Mandatum est Galfrido Esturmy quod faciat habere Waltero de Bello Campo decem damas et tres damos in foresta de Savernac ad instaurandum parcum de Aumele, de dono regis. Teste rege apud Rading', xxx. die Septembris.

Pro electo de Grimesby.—Rex electioni facte de fratre Reginaldo, quondam priore de Grimesby, in abbatem de Grimesby, assensum adhibuit et favorem. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod de predicta abbatia cum terris, redditibus et omnibus possessionibus ad ipsam abbatiam pertinentibus in balliva sua, eidem electo sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi, escaetoribus domini regis, pro electo predicto, si forte dictam abbatiam in manum regis seisierint. Teste ut supra.

Pro civibus Dublin'.—Rex M. filio Geroldi, justiciario suo Hybernie, salutem. Mandamus vobis quod quadringentas et sexdecim libras et decem et octo solidos et quatuor denarios, quos nomine nostro debetis civibus nostris Dublin', qui pecuniam illam mutuo vobis dimiserunt ad guerram motam inter nos et R. Marscallum, quondam comitem Penbr', sustinendam, quam cito poteritis, de denariis nostris ad Scaccarium nostrum venientibus eisdem civibus nostris reddatis. Teste rege apud Rading', xxx. die Septembris, anno regni xviij.

Pro electo Herefordensi.—Dominus rex electioni facte de magistro R. de Maidestan, quondam decano Herefordensi, in episcopum Herefordensem assensum adhibuit et favorem. Et mandatum est Ricardo de Lad' et Ade filio Willelmi, escaetoribus regis, quod de omnibus terris et tenementis et omnibus aliis ad predictum episcopatum pertinentibus, et que sunt in custodia sua, talem seisinam predicto electo habere faciant qualem H. quondam Herefordensis episcopus, predecessor suus, inde habuit die quo obiit. De feno etiam et foragio ejusdem episcopatus nichil amoveri faciant, et totum predicto electo illud fenum et foragium habere faciant. Teste ut supra.

* Substituted for 'habet.'

1234.

[m. 4.] *Pro L. Dublinensi archiepiscopo.*—Rex justiciario suo Hibernie salutem. Sciatis quod ad instantiam venerabilis patris L. Dublinensis archiepiscopi concessimus eidem archiepiscopo quod habeat custodiam terrarum que fuerunt Ricardi Fanyn, qui mortuus fuit contra nos in bello nuper habito in Hibernia inter nos et R. Marescallum, quondam comitem Penbr', quas tenuit de eodem archiepiscopo, donec heredes predicti Ricardi ad nos venerint et finem nobiscum fecerint pro transgressione predicti Ricardi, quam fecit stando contra nos in bello predicto. Et ideo vobis mandamus quod eidem archiepiscopo de omnibus terris que fuerunt predicti Ricardi et quas tenuit de feodo predicto predicti archiepiscopi, plenam seisinam habere faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro Bartholomeo de Horepol.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere Bartholomeo de Horepol duas quercus ad duos postes tortos faciendos, in balliva sua, de dono regis. Testa ut supra. Per R. de Kirkeh'.

Pro L. Dublinensi archiepiscopo.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod faciat habere venerabili patri L. Dublinensi archiepiscopo quinque damas in foresta de Wichewud,* de dono regis. Teste rege apud Rading', primo die Octobris. Per W. de Kirkeh'.

Pro J. Bathoniensi episcopo.—Rex Ricardo de Wrotham salutem. Scias quod concessimus venerabili patri J. Bathoniensi episcopo quod libere et sine inpedimento essartari faciat xx. acras bosci ad perticam nostram in aliquo de boscis suis de Cedro in quo voluerit, et acras illas excoli et in culturam redigi faciat, non obstante eo quod boscus ille infra forestam nostram est. Et ideo tibi precipimus quod ipsum episcopum non inpedias quin predictas xx. acras bosci essartari et excoli faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Rad', primo die Octobris.†

De forestis et parcis regis agistandis.—Rex Johanni de Nevill' salutem. Precipimus tibi quod agistari facias forestas nostras de Bruhull', Wauberge, de Clive, de Witlewud', de la Sauc', de Sotthovr' et de Rokingh', et parcos nostros de Clive et de Brikestok', et alios boscos nostros qui sunt in baillia tua in hac seisona, et porcos provenientes pro pannagio de agistatione earundem forestarum et parcorum occidi et saliri et bacones inde fieri et bene custodiri ad opus nostrum: et de exitibus qui ad opus nostrum servari non possunt, commodum nostrum facias. Teste rege apud Rad', primo die Octobris.

De conductu Westmonasterii.—Rex magistro Odoni aurifabro, custodi operationis Westmonasterii, salutem. ‡Mittimus ad te‡ magistrum Willelmum conductarium, qui secundum quod ei diximus,

* Corrected from 'Wicheford. † This entry is marked 'nondum habet.'

‡—‡ These words are repeated in the MS.

1234.
[m. 4.] conducet aquam usque ad curiam nostram Westmonasterii. Et ideo tibi precipimus quod eidem magistro Willelmo in veniendo illuc et ibidem morando et inde redeundo usque Rading' expensas necessarias invenias. Et custum quod ad hoc posueris, faciemus tibi allocari. Teste rege apud Rading', ij. die Octobris.

Pro burgensibus de Kaermerdin. — Rex Mauricio filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Sciatis quod licenciam dedimus burgensibus nostris de Kaermerdin quod libere et sine inpedimento emi faciant unam navatam bladi in terra nostra Hibernie ad propriam sustentationem suam. Et ideo vobis mandamus quod ipsos burgenses vel nuntios suos, quos pro blado predicto emendo miserint, non impediatis vel inpediri permittatis quin bladum predictum emere possint et usque Kaermerdin cariare, sicut predictum est. Teste rege apud Rading', j. die Octobris.

Pro capellano ministrante in capella Sancti Thome in castro Wintonie. — Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod faciat habere Thome, capellano regis ministranti in capella Sancti Thome in castro Wintonie, id quod ei a retro est de tempore suo de denariis quos a rege percipit per annum ad sustentationem suam. Teste rege apud Kenynton',* iij. die Octobris.

Pro Johanne le Blund.—Rex vicecomiti Sussex' salutem. Scias quod Johannes Blundus et Alicia filia Simonis finem fecerunt nobiscum pro transgressione sua de hoc quod idem Johannes ipsam Aliciam, que est de donatione nostra, duxit in uxorem, et de hoc quod ipsa Alicia eundem Johannem cepit in virum sine licencia et voluntate nostra. Et ideo tibi precipimus quod eidem Johanni et Alicie inde pacem habere permittas, et de terra que occasione predicta capta fuit in manum nostram, si socagium sit, eidem Johanni et Alicie sine dilatione plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Westmonasterium, vj. die Octobris.

Pro W. comite Warennie.—Rex justiciariis suis itinerantibus in comitatu Norf' salutem. Mandamus vobis quod omnes loquelas que mote sunt vel summonite coram vobis versus W. comitem Warennie, ponatis in respectum de die in diem in itinere vestro Norff' et Suff' a die Dominica proxima ante festum Sancti Dionisii, anno regni nostri xviij. in unum mensem, eo quod predictus comes nobiscum est per preceptum nostrum, ita quod predictis loquelis personaliter interesse non poterit ante terminum predictum. Teste rege apud Westmonasterium, vij. die Octobris.

Pro Alano filio Henrici de Joheleby.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Quia accepimus per inquisitionem quam fieri fecisti per preceptum nostrum quod de terra que fuit Alexandri le Clerc de Joheleby in Joheleby, qui utlagatus est pro morte Henrici de Joheleby,

* Corrected from 'Rading'.'

1234.
[m. 4.]

unde rettatus fuit, extitit in manu nostra per unum annum et unum diem, et idem Alexander terram illam tenuit de Alano filio Henrici de Joheleby; tibi precipimus quod eidem Alano de terra illa cum pertinentiis, quam predictus Alexander de eo tenuit in Joheleby, plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

Pro Thoma filio Willelmi filii Ranulfi.—Rex vicecomiti Eboraci salutem. Quia constat nobis per inquisitionem quam a te nuper fieri precepimus, quod Willelmus filius Willelmi de Anleby, qui utlagatus est pro morte hominis, tenuit duas partes duarum bovatarum terre cum pertinentiis in Clyf de Thoma filio Willelmi filii Ranulfi, et quod terra illa extitit in manu nostra per unum annum et unum diem; tibi precipimus quod de predicta terra cum pertinentiis predicto Thome plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Westmonasterium, viij. die Octobris.

Pro P. comite Brittannie de loquela ponenda in respectum.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Linc' quod loquela, que est coram eis inter Rogerum de Huntingfeud', petentem, et P. comitem Brittannie, tenentem, de tribus acris terre cum pertinentiis in Framton', ponant in respectum usque in xv. dies a die Sancti Martini, anno etc. xix. coram eidem* justiciariis in itinere suo. Teste ut supra.

Pro nuntio regis Norwegie de quadam nave arestata.—Mandatum est ballivis domini regis de Lenn' quod permittant Ricardum de Sancto Albano, nuntium regis Norwegie, habere unam de quatuor navibus, que arestate sunt in portu suo occasione contentionis que est inter quandam gentem de potestate ipsius regis Norwegie et quosdam de potestate domini regis, ad redeundum ad partes Norwegie et ad loquendum cum predicto rege de predicta contentione sedanda. Teste rege apud Westmonasterium, ix. die Octobris.

Pro J. Bathoniensi episcopo.—Dominus rex concessit J. Bathoniensi episcopo quod libere et sine impedimento essartari faciat viginti acras bosci ad perticam regis in uno de boscis suis de Ceddre, non obstante eo quod bosci illi sunt infra forestam regis. Et mandatum est Ricardo de Wrotham' quod ipsum episcopum non impediat quin predictas viginti acras bosci libere essartari faciat ad perticam regis, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Octobris. Per episcopum Karleolensem.

Pro Hugone Bardulf' de extenta facienda.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo extendi faciat terras et tenementa Hugonis Bardulf in balliva sua, que sunt vadium Aaron, Leonis et Joscei de Kent, Judeorum de Eboraco, et extentam illam sub sigillo suo et sigillis eorum per quos facta fuerit, habere faciat justiciariis domini regis ad custodiam Judeorum assignatis, apud Westmonasterium in octabis Sancti Hillarii, anno regni etc. xix. Mandatum est etiam

* *Sic in MS.*

1234.
[m. 4.] prefatis justiciariis quod ex quo extentam illam receperint, rationabilem finem et rationabiles terminos predicto Hugoni habere faciant ad debitum quod predictis Judeis debet, reddendum secundum valorem terrarum predictarum et quantitatem debiti predicti. Et mandatum est eidem vicecomiti quod interim eidem Hugoni de predicto debito pacem habere permittat, ita quod in debito predicto non currant usure. Teste ut supra.

Linc'. De amerciamentis de itinere justiciariorum itinerantium in comitatu Linc'.—Mandatum est justiciariis domini regis itinerantibus in comitatu Linc' quatinus rotulos de amerciamentis factis in itinere suo Linc' fieri et sub sigillis suis vicecomiti Lincoln' liberari faciant, ita quod dominus rex unam medietatem habere possit de amerciamentis predictis ad Scaccarium Sancti Hillarii anno etc. xix., et ad Scaccarium Pasche anno eodem aliam medietatem. Et preceptum est vicecomiti Linc' quod ex quo rotulos illos receperit pro amerciamentis predictis, districtionem faciat, ita quod inde domino regi respondere possit ad terminos predictos ad Scaccarium suum. Teste ut supra.

Pro priore et monachis de la Sele.—Mandatum est Roberto le Sauvage quod permittat priorem et monachos de la Sele sine impedimento percipere decimas salinarum hominum de Bendeng', que quidem saline sunt in parochia de la Sele, ut dicitur, ita quod non impediat homines quorum saline predicte sunt, ad decimas predictas predictis priori et monachis de cetero solvendas. Teste rege ut supra.

Pro Godefrido de Craucumb'.—Rex concessit Godefrido de Craucumb' per cartam suam quam ei fieri fecit, manerium de Pydinton' cum pertinentiis suis, quod fuit comitis Bolonie, habendum et tenendum de rege et heredibus suis eidem Godefrido et heredibus suis cum omnibus ad manerium illud pertinentibus, donec rex vel heredes sui illud reddiderint rectis heredibus per pacem vel voluntatem suam, reddendo inde regi et heredibus suis singulis annis servitium inde debitum. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod eidem Godefrido de predicto manerio de Pydinton' cum pertinentiis suis plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Engerard' de Cygony'.—Mandatum est Johanni de Venuz quod faciat habere Engerad' de Cyguny quatuor quercus ad maeremium faciendum in balliva sua, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Octobris. Per G. de Craucumb'.

Pro priorissa Sancti Michaelis extra Staunford'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod permittat priorissam et sanctimoniales Sancti Michaelis extra Staunford' habere singulis diebus sine impedimento unam carettatam de spinis vel de mortuo bosco in foresta nostra de Clive, sicut eam habuerunt tempore domini J. regis, patris istius regis, et tempore istius regis, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem coram consilio suo.

1234.

[m. 4.] *Pro J. Bathoniensi episcopo.*—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod permittat J. Bathoniensem episcopum per visum forestariorum regis habere rationabile estoverium esuum*, ut in husbot' et heybote, in boscis suis de Ceddr'. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

[m. 3.] *Pro W. comite de Ferariis de damis datis.*—Mandatum est Johanni de Nevill' quod habere faciat W. de Ferariis, comiti Dereby, decem damas et duos damos in foresta de Wauberg', de dono regis, ponendos in parco suo de Hecham. Teste ut supra.

Pro H. de Burgo comite Kancie.—Mandatum est vicecomiti Lancastr' quod faciat habere H. de Burgo, comiti Kancie, omnia catalla sua que distracta fuerunt in balliva sua occasione indignationis quam erga ipsum concepimus, ubicunque inventa fuerint in balliva sua, nisi aliqua de catallis illis vendita fuerint a ballivis regis per preceptum regis. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Octobris.

Hibernia. De fine Ricardi de Burgo.—Rex dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Sciatis quod dilectus et fidelis noster Ricardus de Burgo finem fecit nobiscum per tria milia marcarum pro habenda seisina de terra sua Connactie, quam inde habuit die qua eum dissaisiri fecimus occasione compoti sui, quem de eo exigebamus de tempore quo fuit justiciarius noster Hibernie, et contentionis mote inter nos et H. de Burgo, comitem Kancie, avunculum suum, habenda et tenenda de nobis et heredibus nostris ipsi Ricardo et heredibus suis, reddendo inde nobis et heredibus nostris singulis annis ad Scaccarium nostrum Dublin' quingentas marcas, videlicet, medietatem ad Scaccarium Pasche, et aliam medietatem ad Scaccarium Sancti Michaelis, et preterea faciendo nobis et heredibus nostris servitium feodorum viginti militum pro omni servitio ad nos et heredes nostros pertinente, salvis nobis et heredibus nostris et retentis in manu nostra quinque cantredis de eadem terra Connactie melioribus, videlicet, ejusdem terre, et competentioribus et propinquioribus castro nostro de Athlon, salvis nobis et heredibus nostris donationibus crotiarum ejusdem terre Connactie, salvis etiam nobis et heredibus nostris regalibus dignitatibus nostris, et salva nobis et heredibus nostris justicia predicte terre Connactie ad regalem dignitatem pertinente, sicut plenius continetur in carta quam eidem R. et heredibus suis pro nobis et heredibus nostris fecimus de predicta terra Connactie. Preterea remisimus eidem Ricardo et heredibus suis per predictum finem pro nobis et heredibus nostris et pro fideli servitio quod nobis fecit in Hibernia in guerra mota inter nos et Ricardum Marscallum, quondam comitem Penbr', iram et indignationem nostram, quam erga ipsum concepimus occasione ire et indignationis nostre, quam erga ipsum H. comitem Kancie prius conceperamus. Quietum etiam clamavimus pro nobis et heredibus nostris ipsum Ricardum et heredes suos de omnibus receptis, misis, ratiociniis, compotis, et de omnibus aliis que ipsum Ricardum et heredes suos contingunt versus

* *Sic in MS.*

1234.

[m. 3.] nos et heredes nostros de toto tempore quo fuit justiciarius noster Hibernie, sicut predictum est. Idem vero Ricardus faciet nobis securitatem pro se et heredibus suis per cartam suam et obsides suos quod ipse et heredes sui nobis et heredibus nostris fideliter servient et a fidelitate nostra et heredum nostrorum nullatenus recedent. Et ideo vobis mandamus quod in presentia venerabilis patris L. Dublinensis archiepiscopi, et thesaurarii Scaccarii nostri Dublin', et clerici gerentis vices venerabilis patris R. Cycestrensis episcopi, cancellarii nostri in Hibernia, et camerarii nostri Dublin', capiatis securitatem a predicto Ricardo de predicto fine nobis reddendo ad terminos subscriptos, videlicet, de ducentis et quinquaginta marcis reddendis nobis ad Scaccarium Pasche, et de ducentis et quinquaginta marcis reddendis nobis ad Scaccarium Sancti Michaelis, et sic de anno in annum ad eosdem terminos quingentas marcas, quousque predictus finis nobis persolvatur, et similiter de predicta securitate nobis facienda per obsides et per cartam suam, sicut predictum est. Et finem illum inrotulari faciatis in rotulis Scaccarii nostri Dublin', et sub sigillo vestro et sigillis predictorum archiepiscopi, thesaurarii, camerarii et clerici gerentis vices predicti cancellarii, quibus idem mandavimus, securitatem predictam nobis scire faciatis. Mandavimus etiam predictis thesaurario et camerario quod ex quo predictam securitatem receperitis, ad mandatum vestrum predictum finem inrotulari faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xiij. die Octobris.

Istud etiam totum significatum est L. Dublinensi archiepiscopo usque ad clausulam illam, 'Et finem illum inrotulari faciatis' etc. Et mandatum est ei quod ex quo dictus justiciarius predictam securitatem receperit, sub sigillo suo et sigillis predictorum justiciarii, thesaurarii, camerarii et clerici predicti cancellarii domini regis, quibus dominus rex idem mandavit, securitatem predictam domino regi scire faciat. Teste ut supra.

Idem etiam significatum est thesaurario et camerario Dublin' et clerico gerenti vices venerabilis patris R. Cicestrensis episcopi, cancellarii domini regis, usque ad clausulam predictam. Et mandatum est eis quod ex quo dictus justiciarius predictam securitatem receperit, et eis scire fecerit, ad mandatum ipsius justiciarii predictum finem in rotulis Scaccarii Dublin' inrotulari faciant, sicut predictum est, et sub sigillis predicti archiepiscopi et dicti justiciarii et sigillis suis predictam securitatem domino regi scire faciant. Teste ut supra.

De terra commissa Roberto de Cantuaria, clerico capelle regis.—Rex commisit Roberto de Cantuaria, clerico suo de capella sua, terram cum pertinentiis, que fuit Gilberti de Miners in Berton', et quam Brianus de Insula tenuit de ballio domini J. regis, patris hujus regis, ad se sustentandum in servitio suo, quamdiu domino regi placuerit. Et mandatum est Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi, escaetoribus domini regis, quod predicto Roberto de predicta terra cum pertinentiis plenam seisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Octobris. Per ipsum regem.

1234.

[m. 3.] *Pro Nicholao de Nevill'.*—Dominus rex concessit Nicholao de Nevill' domos cum pertinentiis que fuerunt Ricardi Skeil, quondam canonici de Hereford', in Hereford', que spectant ad donationem regis ratione episcopatus Hereford' tunc vacantis et in manu regis existentis. Et mandatum est R. Herefordensi episcopo quod de predictis domibus cum pertinentiis plenam ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Roberto de Curtenay de bissis datis.—Mandatum est Johanni filio Galfridi quod faciat habere Roberto de Curtenay sex bissas in foresta de Gautris, de dono regis. Teste rege ut supra. Per G. de Craucumb'.

Pro Willelmo de Geytinton' capellano.—Mandatum est H. Lincolniensi episcopo quod si Stephanus de Segrave presentavit ei Willelmum de Geytinton' ad ecclesiam de Pilleham' tempore quo manerium de Pilleham' fuit in manu ipsius Stephani, et ipse ad presentationem suam capellanum ipsum tempore predicto admisit ad ecclesiam predictam, dominus rex bene vult quod factum ipsius ratum sit ad presens et stabile, non obstante eo quod rex ad ecclesiam ipsam postea clericum alium presentavit. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Octobris.

Pro Warnero Engayn' et uxore ejus.—Mandatum est justiciariis domini regis itinerantibus in comitatu Linc' quod loquelam que summonita est coram eis inter Joceum filium Jordani et Johannem filium Jordani, petentes, et Warnerum Engayn' et Petronillam, que fuit uxor Johannis filii Jordani, tenentes, de uno mesuagio cum pertinentiis in villa Sancti Botulfi, ponant in respectum in itinere suo de die in diem usque in xv. dies a festo Sancti Martini, anno etc. xix. Teste ut supra.

Pro comite Warennie de manerio de Poleye.—Rex commisit W. comiti Warennie manerium de Poleye cum pertinentiis, quod Brianus de Insula tenuit de feodo ejusdem comitis, et quod est de terris Normannorum, habendum in manu sua quamdiu domino regi placuerit. Et mandatum est Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi quod de predicto manerio cum pertinentiis eidem comiti seisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Octobris.

Pro Henrico Teutonico de fustis.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod permittat Henricum Theothonicum capere triginta fusta in bosco suo de Grend', sparsim per loca, ad quoddam molendinum ad ventum faciendum, de dono nostro. Teste ut supra.

Pro Jordano Talevaz et aliis de respectu.—Mandatum est justiciariis qui proximo itineraturi sunt in comitatu Eboraci, quod loquelam que summonita est coram eis inter Isabellam de Aquila, petentem, et Jordanum Talevaz et Michaelem Talevaz et participes suos, tenentes, de terra in Sourebysyr', ponant in respectum usque in xv. dies a die Sancti Martini, anno etc. xix. Teste ut supra.

1234.

[m. 3.] *Pro Isabella que fuit uxor Ricardi de Dagewurth.*[1]—Mandatum est Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi quod faciant habere Ysabelle, que fuit uxor Ricardi de Dagewurth', rationabilem dotem suam de terris que fuerunt ipsius Ricardi in Dudingehurst et Leyland'; et ex quo dos sua ei inde fuerit assignata, diligenter inquirant quantum residuum earundem terrarum valeat per annum in redditibus, servitiis et aliis exitibus et inquisitionem inde factam sub sigillis suis etc. mittant domino regi. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Octobris.

[m. 2.] *Pro Philippo de Albiniaco.*—Mandatum est Thome de Saunford' quod faciat habere Philippo de Albiniaco tres quercus in foresta de Braden' ad buscam ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Octobris. Per G. de Craucumb'.

Pro Johanne Saraceno de respectu.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod loquelam, que est in comitatu suo per breve regis de recto inter Thomam Corbet, petentem, et Johannem Saracenum, tenentem, de una virgata terre et tribus solidatis redditus cum pertinentiis in Walton', ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post Pascha, anno etc. decimo nono. Teste rege ut supra.

Pro Gileberto Basset de postibus et cheveronibus datis.—Mandatum est Engerardo de Cygony quod faciat habere Gileberto Basset octo postes tortas et quadraginta cheverones in bosco de Greywell', qui est in custodia sua, ad se hospitandum de dono regis. Teste rege ut supra.

De terris manerii de Greywell' seminandis.—Mandatum est eidem Engerardo quod de bladis manerii de Greiwell', quod est in custodia sua per preceptum regis, dominicas terras ejusdem manerii seminari faciat. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro Waltero de Langeton'.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod, licet prius aliquod a domino rege preceptum habuerit de terra, que fuit Walteri de Langeton' in Langeton', capienda in manum regis vel in manum alicujus Judei pro debito Judeorum, quod idem Walterus eis debuit, manum non mittat nec mitti permittat ad terram predictam occasione debiti alicujus quod predictis Judeis debeatur, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Octobris.

Pro abbate de Rames'.—Mandatum est Johanni de Nevill' quod permittat abbatem de Rames' sine impedimento agistare porcos suos in propriis boscis suis in balliva sua, sicut facere consuevit tempore Hugonis de Nevill', patris sui. Teste ut supra.

De turri castri de Corf gistanda.—Mandatum est Henrico filio Nicholai quod faciat habere vicecomiti Dors' sexaginta quercus in parco de Gillingeh' ad turrim castri regis de Corf gistandam, sparsim per loca et ubi capi possint ad minus nocumentum ejusdem parci. Teste ut supra.

1234.
[m. 2.] Rex concessit abbati de Tyntern' quod pro dampnis que sustinuit tempore guerre mote inter regem et Ricardum Marescallum, quondam comitem Penbr', quamdiu regi placuerit, habeat quadraginta equas in foresta regis de Den' cum secta predictarum equarum trium annorum. Et mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod permittat ipsum abbatem predictas xl. equas cum secta sua trium annorum habere in predicta foresta, sicut predictum est. Teste ut supra.

Hybernia. Pro W. Ossoriensi episcopo.—Mandatum est M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, quod faciat habere venerabili patri W. Ossoriensi episcopo omnes exitus qui provenerunt de episcopatu Ossoriensi tempore quo nunc ultimo vacavit et in manu domini regis extitit, et qui non cesserunt in usus regis tempore predicto nec recepti fuerunt ad Scaccarium regis Dublin' ad opus regis. Teste rege apud Westmonasterium, xviij. die Octobris. Per W. de Kirkeh'.

Pro Willelmo de Huttecumb'.—Mandatum est Ricardo de la Lade et Ade filio Willelmi quod plenam seisinam habere faciant Willelmo de Huntecumb' de terra que fuit Joldewini de Doc. cum pertinentiis in Wrastlingwurth', et que est de terris que fuerunt aliquando comitis Bolonie. Teste rege ut supra.

Pro Herberto de Nevill' de manerio de Harnhal'.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod talem seisinam habere faciat Herberto de Nevill' de manerio de Harnhal' cum pertinentiis qualem inde habuit tempore Hugonis de Nevill', patris sui, de cujus dono manerium illud habuit, ut dicitur. Teste rege ut supra.

Pro H. Lincolniensi episcopo de feria.—Rex concessit H. Lincolniensi episcopo per cartam suam quam ei fecit, quod ipse episcopus et successores sui inperpetuum habeant ferias apud Marton', quas idem episcopus habere consuevit apud Stouwe, videlicet, unam in Assumptione Beate Marie et aliam in Nativitate Beate Marie et terciam in festo Sancti Michaelis, ita quod quelibet earundem feriarum per tot dies duret apud Marton' per quot durare consuevit apud Stouwe; et quod idem episcopus et successores ejus habeant easdem libertates et liberas consuetudines in predictis feriis apud Marton' quas prius habuerunt in feriis apud Stowe. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod predictas ferias clamari per totum comitatum suum et teneri faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro J. Bathoniensi episcopo.—Rex baronibus suis de Scaccario salutem. Mandamus vobis quod cartas quas fieri fecimus venerabili patri in Christo J. Bathoniensi episcopo de libertatibus et quietantiis quas ei concessimus, ad Scaccarium nostrum legi et inrotulari et libertates et quietancias in eis cartis contentas eidem episcopo firmiter teneri faciatis. Teste rege ut supra.

Pro Jordano de Mariscis.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod de terris que fuerunt Jordani de Mariscis in balliva tua,[a] et

[a] *Sic in MS.*

1234.
[m. 2.]

que capte fuerunt in manum regis per preceptum suum occasione guerre mote inter regem et R. Marescallum, quondam comitem Penbr', Willelmo de Mariscis, filio et heredi ipsius Jordani, plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Octobris.

De prisone liberando.—Mandatum est priori de Cruce Roys quod Thomam filium Roberti le Goyz, rettatum latrocinio, quem detinet in prisona sua apud Crucem Roys, eo quod captus fuit infra libertatem suam, usque London' venire faciat, liberandum ibidem custodi gaiole regis de Newegat', cui rex precepit quod illum recipiat et salvo custodiri faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est custodi predicte gaiole quod illum recipiat etc. Teste ut supra.

Dominus rex commisit quamdiu ei placuerit sorori sue Johanne, regine Scocie, manerium de Stanton', quod fuit Agnetis de Rupe, in comitatu Cantebrig'. Et mandatum est custodibus escaettarum domini regis quod de predicto manerio plenam seisinam ei habere faciant, sicut predictum est, salvis regi bladis suis que sunt in eodem manerio de autumpno proximo preterito. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.*

Pro Bozone de Mastac.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod de balistis regis, que sunt in custodia sua in predicta Turri, habere faciat Bozoni de Mastac, comiti Bygor', duas balistas de cornu ad duos pedes, de dono regis. Teste ut supra.

Pro J. regina Scocie, sorore domini regis.—Dominus rex commisit, quamdiu ei placuerit, sorori sue Johanne, regine Scocie, manerium de Stanton' cum pertinentiis, quod fuit Agnetis de Rupe, in comitatu Huntind'. Et mandatum est Ricardo de la Lad et Ade filio Willelmi, escaetoribus domini regis, quod de predicto manerio cum pertinentiis ei plena seisinam habere faciant cum carucis et bladis in eodem manerio inventis. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Octobris.

Pro civibus Karleol'.—Rex concessit probis hominibus suis, civibus Carleol', quasdam libertates et quietantias contentas in carta sua quam eis inde fieri fecit. Et mandatum est vicecomiti Cumbrie quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi, et ipsas libertates et quietantias eis teneri faciat. Teste ut supra.

Justiciariis. De tronagio civitatis Eboraci.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Eboraci quod, cum fuerint super placita civitatis Eboraci tenenda, diligenter inquirant quale commodum rex consequi poterit pro tronagio ejusdem civitatis ad feodi firmam tradendo et pro aliis que pertinent ad pondus et mensuram in eadem civitate, et unde nichil hucusque dominus rex percepit, ut ei datum

* This entry is cancelled 'quia aliter inferius.'

1234.
[m. 2.] est intelligi. Et facta inde inquisitione, si expedire viderint, tronagium illud et alia predicta concedant Henrico Calabre de Eboraco ex parte regis, tenenda de rege pro xl. solidis inde domino regi reddendis, sicut ipse nuper optulit domino regi; et si regi non expediat quod eidem Henrico tradatur, tunc de hoc commodum regis faciant ad melius quod viderint expedire. Teste rege ut supra.

Pro Isabella matre Ade de Reyfeld'.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod de terra quam Isabella mater Ade de Reyhefeld' tenuit in dotem, et unde disseisita est eo quod terra illa inventa fuit in manu predicti Ade, quando terram suam forisfecit per latrocinium, de concessione predicte Isabelle, ad exhibitionem suam eidem Isabelle sine dilatione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Isabella sorore domini regis.—Mandatum est Johanni de Colemere, camerario domini regis Lond', quod habere faciat Isabelle, sorori domini regis, moranti in Turri Lond', tria dolia vini de celario domini regis Westmonasterii, et unum dolium musti de prisa domini regis London', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxj. die Octobris.

Pro Willelmo de Huntecumb'.—Mandatum est custodibus escaettarum domini regis quod blada que fuerunt Joldewini de Doe in Wrestlingwurth', per probos et legales homines faciant appreciari, et per idem precium ea dimittant Willelmo de Huntecumb', accepta ab eo securitate quod de eodem precio sine difficultate et dilatione satisfaciet executoribus predicti Joldewini ad executionem testamenti sui, si super hoc a predictis executoribus fuerit requisitus. Teste rege apud Walingford', xxvj. die Octobris. Per G. de Craucumb.'

Eodem modo mandatum est vicecomiti Hereford' de caruca que fuit predicti Jodewini in eadem villa, et quam Johannes de Pelham, ballivus ipsius Joldewini, usque in ballivam ipsius vicecomitis fugari fecit, quod carucam illam faciat appreciari etc. ut supra in alio brevi. Teste ut supra.

Pro Henrico Teutonico.—Rex concessit Henrico Teutonico illam medietatem pannagii de hoc anno etc. xviij., que ad regem pertinet, de bosco de Grendun'. Et mandatum est Johanni de Nevill' quod predictam medietatem pannagii ei habere faciat. Teste rege apud Wudest', xxvij. die Octobris.

Pro Baudewino de Ver.—Quia rex accepit per inquisitionem quam inde fieri fecit, quod non erit ad nocumentum foreste sue, si concedat Baldewino de Ver quod boscum suum de Dereburc, qui continet duas acras et dimidiam, assartari et terram arabilem inde fieri faciat, nisi in tantum quod coopertum foreste de tanta placia minuetur, concessit eidem Baldewino et licenciam dedit quod dictum boscum assartari et terram arabilem inde fieri faciat. Et mandatum est Johanni de Nevill' quod ipsum Baldewinum sine inpedimento hoc facere permittat. Teste ut supra.

1234.

[m. 2.] *De prisone deliberando.*—Mandatum est Henrico de Longo Campo, sicut alias ei fuit mandatum, quod Joverth filium Yweyn, prisonem qui captus fuit in guerra mota inter dominum regem et R. comitem Marescallum, sine dilatione faciat deliberari. Et nisi hoc ad mandatum regis fecerit, mandatum est vicecomiti Hereford' quod ipsum deliberari faciat. Teste ut supra.

[m. 1.] *Hybernia. Pro David Basset.*—Rex dilecto et fideli suo M. filio Geroldi, justiciario suo Hybernie, salutem. Sciatis quod remisimus dilecto et fideli nostro David Basset omnem iram et indignationem nostram quam adversus eum conceperamus eo quod fuit contra nos cum R. Marescallo, quondam comite Penbr', in bello de Kyldar', in quo captus fuit, et eundem David in plenam gratiam nostram recepimus. Concessimus etiam dilecto et fideli nostro G. Marescallo, comiti Penbr', cui dedimus quandam certam summam pecunie de redemptionibus eorum qui capti fuerunt in predicto bello, quod centum marce,* in quibus predictus David nobis tenebatur pro redemptione sua, eidem comiti allocentur in predicta summa quam ei dedimus, ita quod predictus David de redemptione predicta erga nos penitus quietus remaneat. Et ideo vobis mandamus quod ipsum quietum esse permittatis. Teste rege apud Wudestok', xxvij. die Octobris.†

Pro Ricardo de Sancto Michaele.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod de omnibus terris et tenementis, de quibus Ricardus de Sancto Michaele disseisitus fuit in balliva sua occasione guerre mote inter dominum regem et R. comitem Marescallum, eo quod credebatur ipsum fuisse cum R. Marescallo in Hibernia contra dominum regem, cum esset cum eo, plenam eidem Ricardo seisinam habere faciat. Teste rege apud Wudest', xxviij. die Octobris.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Devonie pro eodem Ricardo. Teste ut supra.‡

Pro eodem.—Mandatum est Ricardo Suward, ballivo regis de Glamorgan, quod de omnibus terris et tenementis, de quibus Ricardus de Sancto Michaele disseisitus fuit occasione guerre mote inter regem et R. comitem Marescallum, et que sunt in manu domini regis, eidem Ricardo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro H. Roffensi episcopo.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Suff' quod loquelam que fuit coram justiciariis apud Westmonasterium, et que posita est coram eis in itinere suo in comitatu Suff', inter abbatem Sancti Eadmundi et venerabilem patrem H. Roffensem episcopum de quibusdam furchiis levatis in manerio predicti episcopi in Frankeham, ponant in respectum usque ad reditum justiciariorum apud Westmonasterium ad Bancum. Teste rege apud Wudestok', xxvj. die Octobris.

* Altered from 'libre.

† The following note is attached to this entry :—'Postea facte fuerunt patentes xij. die Aprilis anno etc. xix.'

‡ This paragraph is cancelled 'quia vacat.'

1234.
[m. 1.] *Pro priore de Kilpec.*—Quia rex accepit per inquisitionem quam inde fieri fecit, quod Petrus de Rivall' injuste et sine judicio per voluntatem suam disseisivit priorem de Kilpec de xvj. acris terre in Deweschirch', que sunt in manu regis, et que non sunt in manu sua alia ratione nisi per disseisinam predictam; mandatum est vicecomiti Heref' quod de predictis xvj. acris terre eidem priori plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

1233.
[m. 3*d*.] Mandatum est vicecomiti Wigornie quod visis literis istis cum omni festinatione per totum comitatum suum clamari faciat, quod omnes servientes pedites ejusdem comitatus qui solidos capere voluerint, festinanter veniant ante occursum regis versus partes Heref' ad eundum in servicio regis cum corpore regis, scituri pro certo quod rex liberationes suas bene et plene eis faciet pacari. Teste rege apud Winchecumbe, xxviij. die Octobris.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Heref', Staff' et Salopie.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod omnes batellos qui sunt in flumine Sabrine inter Bristollum et Glouc', et similiter inter Glouc' et Wigorniam infra ballivam suam, scilicet, tam batellos de molendinis quam alibi, cujuscunque fuerint, sine dilatione venire faciat usque Glouc' et ibidem morari sub salva custodia, ita quod inde nusquam recedant, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wigornie de batellis qui sunt in flumine Sabrine inter Glouc' et Wigorniam infra ballivam suam faciendis venire usque Wigorniam.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod quamdiu rex fuerit in expeditione sua, non permittat quod aliquod mercatum teneatur in balliva sua, set per totam ballivam suam clamari faciat quod omnes mercatores cum victualibus et aliis mercandisis sequantur regem, quocunque divertat, scituri pro certo quod rex plenas et bonas sine dilatione pacationes pro rebus et mercandisis suis ei* fieri faciet. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Wigornie, Heref'.

Mandatum est vicecomiti Wigornie quod visis literis per totum comitatum suum publice clamari faciat quod nullus de comitatu suo, sicut corpus suum et omnia sua diligit, aliqua victualia vendat Walensibus, vel aliis qui ea deferant ipsis Walensibus vendenda, quoniam si aliquis super eo convictus fuerit, ad corpus suum et ad omnia sua rex se graviter capiet, et ipse vicecomes, sicut se ipsum diligit, id idem firmiter faciet observari. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Heref', Staff' et Salopie.

Mandatum est vicecomiti Sussex' quod, sicut se ipsum diligit, domos R. comitis Marescalli apud Boseham sine dilatione funditus prosterni faciat, faciens similiter ibidem gardina sua radicitus

* *Sic in MS.*

1233.

[m. 35d.] extirpari, et per visum et testimonium legalium hominum parcum suum vendi, taliter se inde intromittens ne pro defectu sui rex ad eum se capere debeat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Berk' de domibus et gardinis ipsius comitis de Hamsted'; vicecomiti Glouc' de domibus et gardinis ipsius comitis apud Becheworth'; vicecomiti Buk' de domibus et gardinis ipsius comitis apud Crendon'; Oxonie etc. apud Caveresham; Dors' etc. Walteri Marescalli apud Sturministr'.

Et mandatum est vicecomiti Wigornie quod, sicut se ipsum diligit, convocato cum festinatione toto comitatu suo apud Inteberg', castrum predicti comitis Marescalli de Inteberg' funditus prosterni faciat; et similiter parcum ipsius ibidem comitis vendi faciat ad opus regis per visum legalium hominum; et clamari faciat per totam ballivam suam quod omnes qui maeremium vel buscam emere voluerint, illuc ad hoc veniant. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomitibus Wilt', War', Berk', Glouc', Bed', Staff', quod sicut se ipsum diligit, domos Ricardi Suward' in balliva sua prosterni faciat et gardina sua extirpari, et per visum etc. parcos vel boscos si quos habet, vendi faciat, taliter etc. ut supra.

Eodem modo scribitur [vicecomiti] Wygornie de domibus, gardinis etc. Hamonis le Gras; Glouc' et Wilt' etc. Willelmi le Gras; Surr', Wilt', Suht' etc. Gileberti Basset; Essex', Norht', Philippi Basset; Suht' etc. Henrici de Brayboef.

Rex vicecomiti Wigornie salutem. Quod castrum de Inteberg' nondum fecisti prosterni, sicut alias tibi precepimus, movemur et miramur, firmiter tibi precipientes quod castrum predictum prosterni facias et gardina comitis R. Marescalli ibidem extirpari sine ulteriori dilatione, sicut te ipsum et tua diligis, et occasione precepti nostri quod tibi fecimus de boscis ipsius comitis prosternendis et vendendis, ad boscum Hamonis Crassi, qui est infra regardum, manum non mittas, set de bosco suo extra regardum et de boscis ipsius comitis Marescalli infra regardum et extra, commodum nostrum facias. Teste rege apud Heref', ij. die Novembris. Per P. de Rivall'.

Mandatum est R. Cycestrensi episcopo etc. quod Hamonem de Crevequer et Randulfum de Hurle, quos rex mittit ad eum usque Bristollum ad gerendum curam et custodiam navium et batellorum que rex muniri precepit apud Bristollum, sicut rex eidem episcopo injunxit, ex parte regis ad hoc assignet et admitti faciat, ita quod omnes de predictis navibus et batellis predictis Hamoni et Ranulfo ad hoc sint intendentes. Teste rege apud Heref', vj. die Novembris.

Mandatum est majori et communie Burdegale quod galias regis, que fuerunt in custodia H. de Trubleville, ad regem mittant in Angliam versus costeras Bristolli, bene munitas bona gente et armis

1233.
[m. 35*d*.] et aliis neccessariis, scituri quod rex illis qui eas ducent, solidos suos bene faciet pacari. Et sicut regem et honorem suum diligunt, istud nullo modo facere differant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur duci Britannie de galia que fuit S. de Malo Leone; et majori et probis hominibus Dublin' de galia sua mittenda in Angliam.

Mandatum est justiciario Hibernie et E. de Leveland', thesaurario Hibernie, quod per totam terram Hibernie publice clamari faciant et firmiter observari, quod nulla victualia de terra Hibernie deferantur per mare ad aliquas partes Wallie; et ad hoc observandum talem et tam diligentem curam adhibeant ne per negligentiam suam in hac parte commoditas accrescat inimicis regis ipsum gravandi. Teste ut supra.

Essex'.—Rogerus de Quercu attornavit Henricum de Lond' in loquela etc. inter ipsos Rogerum et Agnetem, uxorem ejus, petentes, et Adam Dispensarium et Salomonem filium Radulfi et Osbertum filium Benedicti, de xij. acris terre in Berking'.

Heref'.—Abbas Glouc' attornavit Willelmum de Caukeberg' et Ricardum de Bredon' contra Walterum Biset petentem, de consuetudinibus etc. in Pencumbe.

Wigornia.—Laurentius de Aldithel' attornavit Robertum de Aldithel' et Willelmum de Claverle contra Rohesiam Crec de Wigornia petentem, de uno mesuagio in Wigornia.

War'.—Thomas Mallore attornavit Nicholaum de Boby contra Mauricium Pincernam, de hoc quod idem Mauricius eum acquietet de servicio quod comes War' ab eo exigit etc, in Billesleg'.

Sumers'.—Robertus de Gurnay attornavit Willelmum de Beverestan' contra Emodesham tenentem, de j. virgata et quarta parte unius virgate et xx. acris terre et duobus molendinis in Babinton'.

Johannes de Bello Campo attornavit Robertum Marescallum et Walterum de Ivelcestr' contra Johannem de Offinton' et Beatricem, uxorem ejus, et Thomam de Verdun tenentes, de feodo unius militis cum pertinentiis in Hedeneworth'.

H. rex etc. vicecomiti Sumers' et Dors' salutem. Precipimus tibi quod [per] totam ballivam tuam clamari facias quod vigilie et custodie fiant in singulis villis in forma qua eas fieri precepimus in estate preterita, ita quod si aliqua gens armata transitum per eas faciat, et specialiter Ricardus Syward', Gilbertus Basset et Philippus Basset, quos habemus manifestos inimicos, homines predictam vigiliam facientes eos arestent, si possint. Et si per se hoc facere non possint, in continenti levent clamorem et hutesium super eos et sequantur de villa in villam, donec sic per populum confluentem capiantur et arestentur. Et taliter id in balliva tua facias observari ne pro defectu tui ad te nos graviter capere debeamus. Teste me ipso apud Hereford', ij. die Novembris, anno regni nostri xviij.

1233.

[m. 35*d*.] Eodem modo scribitur vicecomitibus Staff' et Salopie, Glouc', Wigornie, Wiltes'.

Mandatum est vicecomiti Kancie quod, visis literis istis, per totam ballivam suam clamari faciat quod omnes, qui de rege in capite vel honore vel warda in manu regis existente tenent feodum dimidii militis vel plus in balliva sua, exceptis illis qui finem fecerunt cum rege pro militibus suis, sicut regem et honorem suum diligunt, sine dilatione veniant ad regem usque Hereford' cum equis et armis, ita quod sint ibi in octabis Sancti Martini, anno xviij., taliter parati quod rex eis grates scire debeat. Teste rege apud Hereford', iij. die Novembris.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie preter Cumbrie, Westmeril', Norhumbrie, Eboraci, Lanc', Cornubie.

Johannes Ruffus venit coram rege apud Hereford' die Sabbati ante festum Sancti Edmundi et petiit* terram suam in Emmemere, quam Radulfus de Wyliton' clamat versus eum in Banco, sibi replegiari, et que capta est in manum regis per defaltam.

[m. 34*d*.] Rex vicecomiti Wilt' salutem. Bene recolimus quod cum H. de Burgo de prisona nostra ad ecclesiam Divisarum evasisset, Ricardus Suward', G. Basset et eorum complices, quorum nomina tibi mittimus, ipsum H., Willelmum de Millers, Thomam camerarium, qui cum eo in ecclesia fuerant, contra pacem nostram per assensum et voluntatem ipsius H. a predicta ecclesia extraxerunt et eosdem in terra comitis Ricardi Marescalli, ubi adhuc recceptati sunt, cum vi armata adduxerunt. Et ideo tibi precipimus quod ipsos H., W. et Thomam de comitatu in comitatum clamare et interrogare facias, quousque secundum legem et consuetudinem regni nostri fuerint utlagati, allocato eis pro uno comitatu quod ipsi coram justiciariis nostris ad hoc assignatis requisiti et interrogati coram toto comitatu ad pacem nostram venire recusaverunt. Facias etiam clamare et interrogare predictos Ricardum, Gilebertum et alios quorum nomina tibi mittimus, et omnes illos de quibus inquirere poteris, quod ad roberiam illam faciendam fuerunt, de comitatu in comitatum quousque per sectam et appellum eorum qui ad custodiam predicti H. fuerint deputati, secundum legem et consuetudinem regni nostri fuerint utlagati. Teste me ipso apud Heref', xviij. die Novembris.

Postea mandatum fuit eidem vicecomiti quod non obstante mandato illo, eos faciat interrogare et clamare ad tres comitatus et ad quartum comitatum eos secundum legem et consuetudinem regni utlagari faciat. Teste rege apud Glouc', viij. die Januarii.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod alveos qui venerunt nuper usque Glouc' de Bristollo cum vinis regis, discarcari faciat et mitti usque Newham, et bonam custodiam apponat ne aliquis per eos ex parte inimicorum regis hinc inde transfretet; et scire faciat hominibus ducentibus alveos illos quod antequam illuc venerint, scire faciant constabulario Bristolli, R. de Bray, Hamoni de Crevequor et Radulfo de Hurle adventum eorum usque Neuham. xxiij. die Novembris.

* Omitted in MS.

1233.

[m. 34d.] Et mandatum est eisdem constabulario et aliis quod ex quo significaverint eis adventum suum usque Neuham, batellos existentes in custodia sua mittant illuc in occursum eorum ad eos conducendos usque Bristollum.

Balliva de Mudford'.—Thoroldus Hereman, Ricardus Mos et Willelmus de Cove attornaverunt Warinum Hereman contra Adam Walensem de iij. acris terre et dimidia in Giselham.

[m. 33d.] Placent regi obsides quos Johannes filius Alani ei optulit per comitem Linc' pro castris suis de Clune et de Albo Monasterio habendis et liberandis, prout idem comes regi significavit, scilicet, Simoni de Haburdin castrum de Clune et Ricardo de Lech' castrum de Albo Monasterio. Et mandatum est eidem comiti quod predictos obsides recipiat et liberet vicecomiti Salopie, salvo et honorifice custodiendos in castro de Brug', cui rex mandavit quod eos recipiat.

Et mandatum est Baldewino de Ver et Huberto Hose quod, dimissa in eisdem castris salva custodia, veniant ad regem cum eo inde locuturi.

Et mandatum est vicecomiti Salopie quod obsides quos Johannes filius Alani regi daturus est de castris predictis salvo custodiendis et quo (*sic*) comes Linc' eidem vicecomiti liberabit, recipiat etc. ut supra. Teste rege apud Heref', j. die Decembris.

Mandatum est H. de Nevill' quod castrum de Stok' Curcy gente neccessaria faciat muniri ad partes illas custodiendas et portum, ne aliqua gens ibi applicet ad partes illas gravandas; et in castro illo personaliter moretur, et si aliquis extraneus ibi applicet, arestetur donec rex aliud preceperit.

Et mandatum est H. de Tracy quod in castro suo de Berdestapl' moretur et ad custodiam partum illarum intendat, et si aliquis extraneus etc. ut supra.

Walterus de Burgo die Jovis proxima post festum Sancti Nicholai venit coram rege et petiit terram suam in Calwudel' sibi replegiari, quam Milo de Calwudel' clamat versus eum, et que capta est etc. per defaltam Et hoc significatum est justiciariis de Banco.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod ad faciendum sectam comitatus et wapentacii quam exigit a Thoma de Hasting', attornatum ipsius Thome loco suo recipiat. Teste rege apud Heref', viij. die Decembris.

Eodem modo scribitur ballivo comitis Britannie de Stratford' de secta ad curiam ipsius comitis, quam ab eo exigit.

Rex significavit Reymundo de Suly quod bene placet regi quod ipse et alii probi homines de partibus suis veniant ad fidem et servicium regis, dum tamen securitatem faciant de bono et fideli servicio. Teste rege apud Ledebir', xv. die Decembris.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod omnes batellos et alveos comitatus sui de aqua Sabrine, quos per preceptum regis venire

1233.

[m. 33d.] fecit usque Glouc' et ibidem arestari, libere descendere permittat et ascendere cum victualibus et aliis neccessariis venalibus usque Glouc', donec rex aliud inde preceperit, accepta ab eorum singulis quorum ipsi batelli et alvei fuerint, securitate quod nullo modo in eis aliquem transvehent ultra fluvium Sabrine. Teste rege apud Wigorniam, xviij. die Decembris. Per Wintoniensem et justiciarium.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wigornie de batellis et alveis comitatus sui etc. usque Glouc', donec etc. ut supra.

1234.

[m. 32d.] Rex assignavit Amauricum de Sancto Amando et N. de Lettres superiores constabularios gentis sue et garnisionum regis in partibus Marchie ad morandum in partibus de Monem' ad tuitionem partium illarum usque ad Purificationem Beate Marie.* Et mandatum est utrique illorum quod moram faciat in partibus illis usque ad eundem terminum, retentis secum in servicio regis militibus et servientibus qui pro servicio aliorum sunt apud Monem'. Rex enim mandavit garnisioni de Monem' et vicecomiti Heref' et garnisionibus de Haya, Ewyas et de Sancto Briavello et de Blenleveny et de Dynas, quod eis tanquam superioribus constabulariis suis sint intendentes, et si consilio et auxilio suo neccesse habeant, ipsi A. et N. scire faciant. Mandavit etiam rex Reginaldo de Fednes et Willelmo Bardulf quod apud Monem' usque ad terminum predictum moram faciant, et eis sint intendentes. Teste rege apud Glouc', x. die Januarii.

Et mandatum est militibus subscriptis quod usque ad terminum Purificationis predictum moram faciant apud Salopiam ad tuitionem illarum partium, videlicet, Willelmo de Lanc', se tertio; Willelmo de Ros se tertio; Herveo de Staff' se tertio; Henrico de Aldithel' se quinto; Rogero de Sumery se altero; filio Roberti de Everingham se secundo; Radulfo Basset se secundo.

Willelmus de Putot, Gwibertus de Rue, deputati sunt ad custodiam passagii de Hauteclive.

Roberto de Gurnay et Ricardo de Greinvill' mandatum est quod ipsis W. et G. ad hoc sint intendentes.

Glouc'.—Walerannus de Norhcot' attornavit Robertum filium suum contra Willelmum Stikehar' et Petronillam, uxorem ejus, de una virgata terre et dimidia et uno mesuagio cum pertinentiis in Hagenepenne, et contra Simonem le Templer de dimidia virgata terre in eadem villa.

[m. 31d.] Mandatum est majori et probis hominibus Burdegale quod de omnibus denariis, quos ad opus regis receperunt a tempore quo Hugo de Vivonia factus fuit senescallus Wasconie, respondeant eidem Hugoni, et illos ei reddant ad negocia regis in partibus illis expedienda. Teste rege apud Clarendon', xx. die Januarii.

Mandatum est senescallo Wasconie quod denariis in proximo prescriptis et de trescentis marcis quas major et probi homines Burdegale ei habere facient de prestito ad preces regis, ut in rotulo

* Omitted in MS.

1234.
[m. 31*d*.] patentium, satisfaciat Willelmo de Perapoil de trescentis marcis et de custo posito in custodia castri de Rocheford' de tempore quo fuit in custodia sua, ad castrum ipsum de manibus ejus deliberandum, ad quod summopere laboret; et si non habuerit illas trescentas marcas de prestito nec aliunde habeat unde castrum illud redimat, computato custo custodie predicti castri, illud regi scire faciat, et ei ad hoc pecuniam mittet. Capiat etiam in manum regis terram de Ortigatremere, et de avalagio vinorum Burdegale faciat habere Willelmo le Gaoler l. libras quas rex ei concessit in escambium pro dicta terra, quamdiu vixerit, et terram que fuit Petri Gaveret capiat in manum regis et salvo custodiat ad opus regis, donec rex aliud preceperit. Cum autem constiterit regi de voluntate matris filii ipsius Petri et parentum ipsius filii, an consentire velint quod ducat in uxorem filiam predicti senescalli, gratiam ei inde faciet, per quam etc. Teste ut supra.

Rex concessit Sampsoni Foliot quod faciat attornatum suum ad sectam faciendam loco suo ad comitatum Oxonie in hiis que ad regem pertinent. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod illum quem predictus Sampson' tibi presentaverit, attornatum suum ad predictam sectam faciendam loco suo recipiat. Teste rege apud Merleberg', xvj. die Januarii.

Norf'.—Henricus filius Rogeri, Willelmus de Depdal', Robertus Talcefer, Gaufridus de Depdal', Henricus Cosman, Matheus filius Godwini, Gaufridus Cosman, Willelmus Lomb, Robertus frater ejus, Martinus le Rus et Martinus filius Rogeri fuerunt coram domino rege die Sabbati in crastino Sancti Hillarii et petiverunt terras suas sibi replegiari, quas Agnes que fuit uxor Ade, clamat versus eos in dotem coram justiciariis domini regis de Banco, et que capte sunt in manum domini regis propter defaltam quam fecerunt coram predictis justiciariis, ut dicunt. Et hoc significatum est eisdem justiciariis. Teste rege apud Merleberg', xv. die Januarii, anno etc. xviij.

Norf'.[*]—Si Gaufridus de Dunstanvill', Rogerus de Wimbervill' et Ricardus Hereward' fecerint te etc., tunc diligenter inquiras qui fuerunt recognitores assise nove disseisine que nuper capta fuit apud Exoniam coram justiciariis ad hoc assignatis inter Johannem de Dunesland' querentem, et predictos Gaufridum, Rogerum et Ricardum, de tenemento in Ernescumb', et eos habeat[*] coram justiciariis apud Westmonasterium in octabis Purificationis Beate Marie ad certificandum eosdem justiciarios de sacramento quod inde fecerunt. Et summoneri etc. predictum Johannem quod tunc sit ibi auditurus illam certificationem; et habeas ibi nomina recognitorum, summonitionem, et hoc breve. Teste me ipso apud Merleberg', xv. die Januarii, anno regni nostri xviij. Per justiciarios.

---

* *Sic in MS.*

1234.

[m.31d.] *Linc'*.—Gilebertus de Gaunt attornavit Radulfum de Hekedon' contra Willelmum Lungesp' et Idoniam uxorem ejus, deforciantes, de consuetudinibus etc. in Risum, Brotelby, Austorp', Netelham et Barlinges.

[m.30d.] Rex vicecomiti* Salopie salutem. Mittimus ad te ducentas libras per Baldewinum de Ver ad pacationem militum qui sunt apud Salopiam, et militum et servientum qui sunt apud Muntgomery ad solidos nostros faciendam, precipientes tibi quod predictas ducentas libras ab eo recipias et milites et servientes pacari facias ad viginti dies per visum predicti Baldewini, videlicet, a Purificatione usque in xx. dies completos utraque die computata. Et id quod residuum fuerit de predictis ducentis libris, per visum predicti B. facias reservari, et inde predictos milites et servientes, cum neccesse fuerit, pacari faciat.† Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Februarii.

Eodem modo scribitur A. de Sancto Amando, N. de Lettres de d. libris ad eos missis usque Munem' per vicecomitem Glouc,‡ ad pacationem faciendam militibus et servientibus apud Munem' etc. ut supra.

Postea mandatum fuit vicecomiti Salopie quod Willelmo de Boeles, constabulario de Muntgomery, faciat habere x. libras de predictis denariis.

Mandatum est Amaurico de Sancto Amando et N. de Lettres quod Laurencium de Turgovill', militem, et duos servientes quos rex illuc mittit ad morandum cum eis apud Monem', recipiant et liberationes suas, sicut aliis, habere faciant.

Postea mandatum fuit predicto Amaurico quod de predictis denariis capiat ad opus suum x. libras, de dono regis. Teste rege apud Waleden', x. die Februarii.

Eodem modo scribitur Nicholao de Lettres de aliis x. libris capiendis ad opus suum de eisdem denariis.

Buk'.—Matildis uxor Willelmi de Thorleg' attornavit Robertum de Thorleg' et Fabianum de Radewint' contra Radulfum Acc petentem, de una virgata terre in Senel'.

Surr'.—Willelmus Blundus attornavit Willelmum filium Galfridi contra Rogerum de Clare et Aliciam, uxorem ejus, de secta facienda ad curiam ipsorum Rogeri et Alicie.

Balliva.§—Rogerus de Turvill' attornavit Galfridum de la Sale contra Ricardum filium Johannis petentem, de medietate unius molendini in Aulton'.

Balliva Ludingland'.—Rogerus de Ludham et Salerna uxor ejus attornaverunt Walterum de Blundeston' contra Stephanum de Lavethorp' tenentem, de uno mesuagio in Lavethorp'.

* That word is repeated. † *Sic in MS.*
‡ Substituted for "Walterum de Godervill". § The name of the *balliva* is omitted.

1234.
[m. 30*d*.]

Balliva Jernem'.—Ricardus filius Reginaldi de Repp' attornavit Simonem de Clipesby contra Pelerinum Ruffum deforciantem, de uno mesuagio in Jernem'.

Norf'.—Reginaldus le Gros attornavit Bartholomeum le Gros contra Bartholomeum de Stivekel' tenentem, de lvij. acris terre in Irsted'.

Norf'.—Rogerus filius Hengest et Walterus, frater ejus, attornaverunt Henricum filium Rogeri contra Margaretam, que fuit uxor Ricardi de Mildehal', et Adam filium suum, tenentes, de xl. acris terre et uno mesuagio in Wiggehal'.

Godefridus Sire et Johannes, frater ejus, attornaverunt Galfridum Sire contra Alexandrum Cok', Adam filium Ricardi et Alanum filium Ricardi, tenentes, de una acra et dimidia et una roda terre in Kangham.

Reginaldus filius Warini attornavit Ricardum filium Warini contra Ricardum le Marchant tenentem, de v. acris terre in Wendling'.

Hunt'.—Willelmus filius Hamelini attornavit Johannem filium Simonis contra Johannem filium Galfridi et Agnetem, uxorem ejus, tenentes, de iiij. acris terre in Mulesworth', et contra Johannem Frankelein tenentem, de dimidia roda terre in eadem villa.

Linc'.—Cecilia uxor Hugonis de Bernak' attornavit ipsum Hugonem contra Adam le Porter tenentem, de uno mesuagio in Stanford'.

Mandatum est Ade filio Willelmo* et Willelmo de Sancto Edmundo quod accedant usque Plesset' ad Matildem comitissam Essex', que languida est, ut dicitur, ad audiendum etc. in loquela que est in comitatu Buk' inter Johannem de Swaneburn' petentem, et ipsam comitissam tenentem, de manerio de Querendon', et id significent predicto vicecomiti Buk', cui rex precepit etc.

Et mandatum est vicecomiti Buk' quod ex quo ipsi significaverint per literas suas quem† eadem comitissa attornaverit, illum ad hoc recipiat.

Mandatum est constabulario Dovr' quod decetero non permittat quod aliquis serviens vel alius applicans cum equis et armis in balliva sua ulterius in terram regis procedat, nisi prius accepta prius bona et sufficiente securitate ab eodem quod ad alterius servicium quam regis se non divertet; et quam cito ballivis de Witsand' scire faciat quod hujusmodi servientes vel alios in terram regis venire volentes premuniant quod sine mandato regis cum equis et armis nullatenus terram regis intrare presumant.

Sussex'.—Beatricia uxor Henrici filii Alani attornavit Ricardum de Cycestr' contra Thomam filium Roberti petentem, de duobus virgatis terre in Fokingh'.

* *Sic in MS.* † 'Que' in MS.

1234.

[m. 30d.] *Norht'*.—Thomas magister hospitalis Sancti Johannis de Norht' attornavit Willelmum Bibias et Hugonem de Hospitali contra Henricum de Stowe petentem, de una virgata terre in Kiselingebir'.

[m. 29d.] Rex vicecomiti Kancie salutem. Scias quod per commune consilium regni nostri provisum est quod quilibet liber homo qui sectas debet nobis in comitatibus, hundredis, wapentacis et aliis curiis nostris, libere faciat attornatum suum coram ballivo nostro ad sectam illam faciendam et curias domini sui et libertates exigendas, et ad loquelas prosequendas et defendendas pro dominis suis motas in comitatibus, hundredis, wapentacis et aliis curiis nostris sine litteris nostris. Provisum est etiam quod quilibet liber homo qui sectam debet ad curiam cujuscunque sive ecclesiastice persone sive laice, attornatum suum faciat sine difficultate ad sectam pro eo faciendam et ad curias domini sui et libertates exigendas, et ad loquelas prosequendas et defendendas pro dominis suis motas in curiis predictis sine litteris nostris, ut predictum est; precipue cum in carta de libertatibus concessis probis hominibus regni nostri contineatur quod tales libertates quales nos pro nobis et heredibus nostris eis concessimus, tales teneant suis et aliis in curiis et libertatibus suis. Et ideo tibi precipimus quod hanc provisionem nostram et concessionem clamari facias et teneri per totam ballivam tuam. Et si quis distringatur ad sectam faciendam in curiis vel libertatibus alicujus vel impediatur quominus possit attornatum suum facere ad loquelas prosequendas et defendendas pro dominis suis motas sine litteris nostris in curiis et libertatibus predictis, contra hanc provisionem nostram, tunc averia sua propter hoc capta sine dilatione deliberari et plenam justiciam inde exhiberi facias. Teste me ipso apud Sanctum Edmundum, xij. die Februarii.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Mandatum est Roberto Passel' quod mille libras, si tantum fuerit in thesauraria regis, sine dilatione aliqua cariari faciat usque Norht' contra adventum regis; et si tantum non habuerit, accepto eo quod habet et perquisito de mutuo vel aliter quocunque modo poterit quantum defecerit de mille libris, eas illuc cum festinatione faciat cariari. Teste rege apud Chipeham, xxj. die Februarii.

Leic'.—Robertus de Monte attornavit Radulfum de Halecton' contra Willelmum filium Willelmi tenentem, de dimidia virgata et vj. rodis terre in Morton'.

Oxonia.—Willelmus filius Osberti attornavit Willelmum filium Roberti contra Robertum le Bonde et Margaretam, uxorem ejus, tenentes, de uno mesuagio et ij. acris terre in Cliffton'.

Frater Radulfus, camerarius Lewes', attornatus prioris Lewes', essoniavit se de malo lecti versus regem per Widonem filium Ricardi in octabis Purificationis de placito terre. Et datus est ei dies etc. a crastino earundem octabarum in tres septimanas. Affidavit.

1234.

[m. 28d.] Rex majori et vicecomitibus Lond' salutem. Bene recolimus quod cum ultimo essemus apud Lond', ad emendationem civitatis nostre Lond' et ad tollendam caritudinem bladi, de communi consilio nostro providimus et statuimus quod a venientibus mercatoribus cum blado venali usque Lond' nullus emeret bladum in solidum reponendum in domibus suis et postea per manum suam carius vendendum, set singuli mercatores per manum suam bladum suum venderent. Verum quia audivimus quod mercatores illuc venientes non habent nisi spatium viij. dierum ad naves suas blado carcatas discarcandas, nec ipsi possent infra terminum predictum bladum° suum vendendo particulari venditione naves suas evacuare, volumus et concedimus quod ipsi mercatores, non obstante constitutione predicta viij. dierum, post terminum illum bladum suum discarcare et in domibus reponere possint, vendendum per manum suam secundum communem venditionem civitatis nostre Lond'. Et ideo vobis mandamus quod ita fieri permittatis et observari faciatis. Teste rege apud Norht', viij. die Marcii.

Post multa verba que rex scripsit justiciario Hibernie de commendatione servicii sui, mandatum est eidem justiciario quod si auxilium quod rex quibusdam villis Hibernie concessit aliquando ad eas claudendas, eis non sufficiat, vel si forte auxilium illud eis denegetur, sicut regi nuntiaverunt, tunc de firmis villarum illarum auxilium competens, prout viderit expedire singulis, eis faciat una cum auxilio quod de suo proprio ad hoc apponent; et similiter fieri faciat de aliis villis regis auxilio urgenti indigentibus, quibus rex auxilium prius non concesserat, et que auxilium consimile a rege quesierunt. Dedit etiam rex in mandatis thesaurario et camerariis Scaccarii Dublin' quod cum necesse fuerit, et prout ipse viderit expedire, de suo et eorum consilio eidem justiciario habere faciant de thesauro regis ad pacem terre Hibernie conservandam et guerram sustinendam. Teste rege apud Norhampt', ix. die Marcii.

Rex justiciario Hibernie salutem. Datum est nobis intelligi ex parte proborum hominum nostrorum Dublin' quod, cum tempore domini J. regis, patris nostri, allevata esset consuetudo quedam in villa nostra Dublin' de prisa quadam capienda de cervisia ad opus constabularii castri Dublin', quam idem rex, pater noster, postea concessit abbati et canonicis Sancti Thome martiris Dublin' in elemosinam, constabularius noster Dublin' nihilominus jam prisam aliam de cervisia exigit et ipsos ad eam dandam injuste distringit. Et ideo vobis mandamus quod si occasione predicte prise quam predictus abbas° percipit de dono predicti patris nostri, predictus constabularius exigat sive capiat prisam aliam, sicut predictum est, id decetero fieri non permittatis. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Burgo quod non omittat quin fiducialiter ad regem veniat in Angliam cum rege locuturus. Cum enim venerit ad regem, nullam ei nec alii justiciam denegabit, set quod cum equitate facere poterit, libenter eis faciet. Teste ut supra.

° This word is repeated.

1234.
[m. 28d.] Mandatum est justiciario Hibernie quod rex non vult quod magna galia Dublin' ad presens recedat de partibus illis, set vult quod ibidem remaneat propter conservationem et tuitionem partium illarum. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod de denariis regis quos vicecomes Notingh' ei liberavit per preceptum regis, liberet Amaurico de Sancto Amando vel ejus certo nuntio secundum quod idem Amauricus ei scire faciet, ad liberationes munitionum castrorum de Monem', de Sancto Briavello, de Albo Monasterio, de Ewyas et de Haya faciendas, sicut rex ei injunxit. Teste rege apud Norht', x. die Marcii. Per P. de Rivall'.

Et mandatum est eidem Amaurico quod Willelmo de Orgeriis, Johanni de Busceb', Elye de Ekinham, Jacobo filio Willelmi, Willelmo Bluet, Ricardo de Alencun, Waltero de Kilvingholm', Ade de Brikesmenill' et Weremundo de Sancto Leodegario habere faciat liberationes suas, sicut aliis militibus de castro de Munem', et eos mittat usque Bristollum ad H. de Trubl' ad eundum cum eo in servicio regis. Rex enim mittit ad ipsum Amauricum W. comitem Albem', Willelmum Bardulf et N. de Lettres cum gente sufficiente ad munitionem de Munem'. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem quod de predictis denariis recipiat de eodem vicecomite Glouc', secundum quod neccesse fuerit, ad liberationes predictas faciendas per consilium et testimonium N. de Lettres, quem rex ad hoc intendere una' cum eo. Teste ut supra. Per eundem P.

Mandatum est B. de Ver quod de denariis regis quos rex ei mittet, per manum suam fieri faciat liberationes munitionum de Salopia, et de Muntgomery. Teste ut supra.

Mandatum est B. de Ver quod retentis secum Johanne Talebot, Gerardo Talebot, Roberto de Kima, Hereberto de Say et Galfrido de Abrincis, reliquos milites qui diu morati sunt in villa et castro de Salopia, ad partes suas ire permittat, quia rex mittit usque Salopiam comitem Linc', H. Wac, Johannem de Gray cum gente sufficiente ad predictam munitionem. Teste ut supra.

A. Coventrensis et H. Roffensis episcopi, missi ex parte domini Cantuariensis electi et coepiscoporum suorum ad L. principem de Abbefrau et comitem Marescallum, ex parte eorundem electi et episcoporum ceperunt treugas inter regem et dictos principem et comitem, duraturas usque ad festum Sancti Jacobi, anno etc. xviij., si predictas treugas acceptaremus. Et quia ad eorum instantiam treugis ipsis assensum prebuit rex, mandatum est J. de Munem' quod easdem treugas quantum in se est, firmiter et fideliter teneat et teneri faciat. Teste rege apud Bitlesden', xj. die Marcii.

Eodem modo scribitur Radulfo de Thoen', Willelmo filio Warini; constabulariis de Sancto Briavello, Blanchastel, Ewyas, Muntgomery, Haya; vicecomitibus Staff' et Salopie, Glouc', Heref'; Baldewino de Ver, A. de Sancto Amando, quod redeant cum Baldewino de Gisnes et garnisionibus de Monem' et de Salopia.

1234.

[m. 28d.] Mandatum est probis hominibus de Kaermerdin quod si contingat constabularium de Kaermerdin pati defectum victualium antequam uberius in victualibus ei fuerit provisum, usque ad terminum duarum vel trium ebdomadarum de suo ei prestitum faciant, scituri pro certo quod rex eis sufficienter faciet responderi. Teste apud Wudestok', xij. die Marcii.

Mandatum est Amaurico de Sancto Amando et B. de Gisnes quod occasione mandati regis quod eis ultimo fecit de veniendo ad regem cum militibus et servientibus cum eo* existentibus apud Monem', nullo modo inde recedat, et si forte inde recesserit antequam ad eum veniat hoc mandatum regis, in continenti illuc reverti non omittat. Et scire faciat militibus et servientibus qui in partibus marchie sunt in garnisionibus, quod inde non recedant, set ibidem morentur, nulli de marchia aliquod malum facientes, donec rex aliud inde preceperit.

Eodem modo scribitur Baldewino de Ver apud Salopiam.

Willelmo de Boel scribitur quod nullum de garnisione sua recedere permittat, set etc.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod omnes homines de comitatu suo juratos ad arcus et sagittas et hachias. quos venire fecit usque Flexl' ad vigilias faciendas ibidem occasione quorundam servientum de gente comitis R. Marescalli qui ad abbatiam de Flexl' fugerunt, ad partes suas sine inpedimento redire permittat ad terras suas excolendas. Ceteros vero, juratos ad loricas, purpunctos et hauberjunos quos ibidem ad hoc venire fecit, faciat ibidem morari ad vigilias faciendas, ita quod quidam unius patrie et alii patrie successive vigilias illas faciant. Teste rege apud Wudestok', xv. die Marcii. Per episcopum Wintoniensem et justiciarium.

Mandatum est Amaurico de Sancto Amando et Johanni Maunsel quod militibus et servientibus commorantibus in garnisione apud Hayam pacationes suas habere faciant eo modo quo eas prius habere consueverunt, et illis qui equos suos in servicio regis amiserunt, per testimonium constabularii de Haya dampnum equorum suorum reddi faciant. Teste rege apud Wudestok', xviij. die Marcii. Per P. de Rivall'.

Quia datum fuit intelligi domino regi quod Rogerus de Sancta Trinitate homicidium perpetravit in civitate London' et quedam alia contra coronam et dignitatem domini regis attemptavit, precepit dominus rex ipsius corpus arestari, quod quidem domino Londoniensi episcopo litteris suis significavit. Precepit etiam dominus rex quod ex quo ipse episcopus sive officialis suus ipsum exegerit, ipsi vel ejus officiali liberetur ad habendum eum coram ipso rege ad standum recto super hiis que ei imponuntur ad mandatum domini regis. Teste rege apud Westmonasterium, xxv. die Marcii. Per ipsum regem.

* Sic in MS., the words 'et B. de Gisnes' having been added after the completion of the entry.

1234.
[m. 27*d*.]

Bukingh'.—Prior Sancti Bartholomei London' attornavit Willelmum filium Milonis, concanonicum suum, contra Ricardum de Ydebir' tenentem, de dimidia virgata terre cum pertinentiis in Mentemor'.

Midd'.—Nicholaus de Henred attornavit Willelmum de Tatteshal' contra Robertum le Hunte petentem, de una virgata et sex acris terre in Kensinton'.

Surr'.—Johannes de Paye attornavit Robertum Lenveise contra Ricardum de Bruningfald' deforciantem, de consuetudinibus etc. in Brumleg'.

Balliva Oxonie.—Robertus de Haya attornavit Walterum de Covel' contra Johannem Sewy petentem, de uno mesuagio in Oxonia.

Buk'.—Willelmus Alard et Alienora mater ejus attornaverunt Galfridum de Cliveden' contra Radulfum filium Rogeri petentem, de dimidia virgata et ij. acris terre et dimidia in Burnham.

Ostensum est regi ex parte Isaac de Cantuaria, Judei, quod cum emerit de abbate Sancti Augustini Kantuarie quandam domum in Cantuaria, que fuit Augustini conversi, et quam idem Augustinus, postquam se converterat, dederat predicte domui Sancti Augustini, Chera Judea, que fuit uxor predicti Augustini, petit versus predictum Isaac dotem suam de domo predicta. Quia vero contra justiciam est quod ipsa Chera dotem petat vel habeat de tenemento quod fuit ipsius viri sui, ex quo in conversione sua noluit ei adherere et cum eo converti; mandatum est justiciariis ad custodiam etc. quod si ita est, decetero placitum inde non teneant. Teste rege apud Cantuariam, v. die Aprilis.

Rex Johanni de Monem' et Amaurico de Sancto Amando et aliis militibus commorantibus apud Monem' salutem. Sciatis quod concessimus ex parte nostra quod sustinebimus usque ad Clausum Pasche, anno regni nostri decimo octavo, quod in terris Lewelini vel R. comitis Marescalli vel in terris imprisiorum vel hominum suorum nichil mali vel dampni fiet per nos vel per nostros; et idem concesserunt nuntii predicti Lewelini, qui ad nos ex parte sua venerunt pro treugis inter nos firmandis, quod nichil interim super terram nostram vel terras imprisiorum vel hominum nostrorum forisfacient per se vel per suos imprisios, et hoc idem predicto domino suo significaverunt. Cum autem fideles nostri archiepiscopi, episcopi, comites et barones nostri, qui ad nos venient apud Lond' die Dominica proxima post mediam Quadragesimam, nobiscum locuti fuerunt, providebimus de consilio ipsorum quid de treugis inter nos ineundis et firmandis fuerit faciendum, et id postea vobis scire faciemus. Et ideo vobis mandamus quod usque ad predictum terminum in pace vos teneatis, in terris predictorum Lewelini vel Marescalli vel inprisiorum suorum nichil mali facientes. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Marcii.

1234.

[m. 27d.] Eodem modo scribitur: B. de Ver, vicecomiti Salopie, constabulario de Muntgomery, Johanni de Monem' et vicecomiti Hereford'.

Sciendum est quod die Mercurii proxima ante Dominicam in Ramis Palmarum, anno regni regis H. xviij. ita convenit apud Westmonasterium inter dominum regem et P. ducem Britannie et comitem Richem', quod de omnibus debitis, tam pro custodia castri Sancti Jacobi super Beveron' quam aliis quibuscunque debitis in quibus rex eidem comiti tenebatur, ipsum regem quietum clamavit dictus comes pro sex milibus et quingentis et lxxij. marcis et dimidia, quas rex a die Pasche anno regni ejusdem regis xviij. in xv. dies deponi faciet apud Novum Templum Lond' ad opus ipsius comitis. Et preterea inveniet rex eidem comiti lx. milites ad morandum in garnisione apud Sanctum Jacobum super Beveron' ad denarios regis a festo Sancti Johannis anno xviij. usque ad Exaltationem Sancte Crucis anno eodem; qui quidem milites erunt ad mare prompti ad transfretandum ad Ascensionem Domini anno eodem. Et sciendum quod rex perficiet eidem comiti escambium in Anglia pro terris suis quas amisit in Francia pro servicio domini regis, sicut continetur in magna conventione inter eos inde confecta, computatis ipsi domino regi in eodem escambio maneriis de Twiford' et de Westkinton', que rex eidem comiti commisit.

[m. 25d.] Thomas Geri et Willelmus frater ejus venerunt coram domino rege die Jovis proxima post Clausum Pasche, anno etc. xviij. et petiverunt terram suam in Haldewurth' sibi replegiari, que capta fuit in manum regis per defaltam, quam fecerunt coram justiciariis de Banco versus Willelmum Syfrewast, ut dicitur. Teste rege apud Walingf', iiij. die Maii.

H. rex etc. ballivis portus Portesmuth' salutem. Datum est nobis intelligi quod quedam gentes se parant ad veniendum de partibus transmarinis in Angliam ad nos et regnum nostrum impugnandum. Et ideo vobis precipimus quod per illos qui de portu vestro transfretabunt ad partes transmarinas, et qui de partibus illis venientes in portu vestro applicabunt, diligenter inquiratis utrum aliqui hujusmodi sint in proposito veniendi in Angliam; et si alique hujusmodi gentes que non sint de cognitione, vel de quibus suspitio habeatur, applicent in portu vestro, vel aliqua navis hujusmodi gente carcata similiter ibidem applicet, omnem quam poteritis diligentiam adhibeatis ad corpora eorum qui ibidem applicabunt cum hernesio suo et equis suis, donec id nobis significaveritis, et de voluntate nostra vos certificaverimus. Teste rege apud Windles', xxviij. die Aprilis.

Eodem modo scribitur ballivis portuum Sandwici, Dovor', Hee, Rumenel, Wincheles', Rye, Hasting', Burewaldehee, Pevenes', Sorham, Kingeston', Seford', Arundell', Wyderingges, Hormuth', Ermuth, Lym, La Pole, Thopesham, Dertemuth', Falemuth', Plimmuth', Tamivre, Alfredecumb'.

1234.
[m. 25d.] Sub eodem tenore scribitur vicecomiti Sussex'. Et mandatum est ei quod, si necesse fuerit et a ballivis alicujus de portubus comitatus sui fuerit requisitus vel pro certo hoc audierit, cum tota potestate comitatus sui sub omni festinatione veniat ad hujusmodi gentem arestandam et impediendam cum equis suis et hernesio suo, ita quod ulterius non procedant, donec id significaverint* domino regi, et aliud inde ab eo habuerit mandatum. Teste rege apud Windles', xxix. die Aprilis.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Kancie, Suhampt', Dors', Devonie, Cornubie.

H. rex Anglie etc. vicecomiti Berk' salutem. Scias quod cum hac die Sabbati in vigilia Clausi Pasche transitum faceremus per forestam nostram Windleshor' iter facientes versus Rading', pro certo audivimus Ricardum Siward' fuisse in insidiis prope nos in eadem foresta cum multitudine armatorum, qui nisi presentes fuissemus, genti nostre, sicut a quodam de suis didicimus, dampnum intulisset. Et quia incertum est versus quas partes idem Ricardus se transferet aut quid intendat, tibi precipimus quod si forte venturus sis ad Scaccarium nostrum vel illuc missurus cum denariis nostris de quibus habes respondere, tibi precaveas ne in manus ipsius Ricardi vel suorum vel nuntium tuum contingat incidere. Et si idem Ricardus per ballivam tuam transitum fecerit, omnem quam poteris diligentiam apponas ad corpus suum et suos arestandos, scire faciens omnibus de balliva tua quod cum per ipsos transitum fecerit, uthesium et clamorem super eum levent, et eum de villa in villam cum clamore et uthesio insequantur. Teste rege apud Rading', xxx. die Aprilis.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Norhampt', Bedef', Buk', Essex' et Hertford', Suhampt', Surr', Wilt', Middelsex'.

Rex vicecomiti Glouc' salutem. Scias quod cum hac die Martis in crastino apostolorum Philippi et Jacobi iter faceremus de partibus Rading' versus Walingford' et hernesium nostrum, sicut mos, ad hospitia preire faceremus, venit Ricardus Syward' ponens nobis et nostris insidias, et hernesium dilecti et fidelis nostri Stephani de Segrave, justiciarii nostri, et quorundum aliorum depredatus est in grave dedecus et dispendium nostrum. Et ideo tibi precipimus quod in fide qua nobis teneris omnia passagia et pontes in ballia tua decetero custodiri facias, ita quod nullus eorum qui cum predicto Ricardo venerunt de partibus Wallie, sive adhuc fuerit de ejus familia sive ab eo postea recesserit, transitum faciat sive per batellos sive per pontes quin arestetur per corpus suum et salvo custodiatur, donec aliud inde preceperimus. Clamari etiam facias et sciri per totam balliam tuam quod si predictus Ricardus vel aliquis de suis per ipsos transitum fecerit, super ipsum et suos hutesium et clamorem levent et cum clamore et huthesio ipsos de villa in villam insequantur. Et si contingat ipsum Ricardum vel aliquem de suis arestari, ipsos salvo custodiri precipias, donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Walingford', ij. die Maii.

* *Sic in MS.*

1234.

[m. 25d.] Eodem modo scribitur vicecomitibus Wigornie, Hereford', Staff' et Salopie, justiciario Cestrie, et constabulario Bristolli.

Rex vicecomiti Norf' et Suff' salutem. Precipimus tibi quod, sicut te ipsum et omnia tua diligis, clamari facias et sciri omnibus de balliva tua quod si Ricardus Syward' vel aliquis de suis per ipsos transitum fecerit, super ipsum et suos uthesium et clamorem levent et cum clamore et uthesio ipsos de villa in villam insequantur, et omnem quam poterunt diligentiam aponant ad ipsos arestandos, capiendos et incumbrandos. Et si contingat ipsum Ricardum vel aliquem de suis arestari, ipsos salvo custodiri facias, donec aliud inde preceperimus. Teste rege apud Wallingford', iij. die Aprilis.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Norf' et Suff', Cantebrig' et Huntind', Essex' et Hertf', Kancie, Sussex', Suhampt', Wilt', Dors' et Sumers', Devonie, Cornubie, War' et Leic', Notingh' et Derb', Eboraci, Cumbrie, Norhumbrie, Lanc', Norht', Roteland', Berk', Oxonie, Middelsex', Sussex', Buk' et Bedef'.

[m. 24d.] H. rex Anglie etc. dilecto et fideli suo Henrico de Trublevill' salutem. Mandamus vobis rogantes quatinus, sicut nos et honorem diligitis, sitis apud Portesm', te quinto militum, ad instans festum Ascensionis Domini anno regni nostri xviij., ita parati equis et armis ad transfretandum ad comitem Brittanie et morandum in servitio nostro, sicut idem comes vobis plenius dicet ex parte nostra, quod grates vobis scire debeamus. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Aprilis, anno eodem.

Eodem modo scribitur Willelmo Blome soli, Girardo de Lambersurd' soli, Drogoni de Barentin' soli, Theobaldo de Englescheville' soli, Willelmo Dampere soli, Johanni de Tywa, se altero, Roberto de Pauelli soli, Willelmo de Comendas soli, Henrico de Argentom' soli, Fulconi de Mungumery soli, Galfrido de Belestede soli, Jordano de Salineres soli, Willelmo de Creppenges soli, Nicholao de Trelly soli, Galfrido de Abrincis soli, Everardo de Chastelvilein soli, Roberto de Kyma soli, Jacobo filio Willelmi soli, Elye de Ekingham soli, Nicholao de Balaketon' se altero, Rogero de Clar' se altero, Johanni de Busceby soli, Thome de Blancmuster soli, Petro de Burtun' soli, Hugoni Grandin soli, Henrico de Sancto Hillario soli, Willelmo de Orgeres soli, Willelmo de Sancto Leodegario soli, Willelmo de Gaugy, se altero, Waltero de Fontibus, se tercio, Willelmo de Ryparijs, se altero, Roberto de Wulvrintun' soli, Waltero de Brionna soli, Hugoni de Boeles soli, Willelmo Haket soli, Radulfo Haket soli, Ricardo Carbonello soli, Wassallo de Affoilluz, se altero, Huberto Hosato, se quinto, Waltero de Godarvill', se altero, Thome le Moyne soli.

H. rex Anglie etc. dilecto et fideli suo Rogero la Zuche salutem. Mandamus vobis rogantes quatinus, sicut nos et honorem nostrum diligitis, mittatis nobis unum militem vestrum ita quod sit apud Portesmuh' in octabis Ascensionis Domini, anno regni nostri xviij., ita paratus equis et armis ad transfretandum ad custum

1234.
[m. 24d.] nostrum ad comitem Britannie et ad morandum in servicio nostro, sicut idem comes ei plenius dicet ex parte nostra, quod grates vobis inde scire debeamus. Teste me ipso apud Glouc', xxv. die Maii, anno etc. xviij.

Eodem modo scribitur Hugoni Paynel, Ricardo de Gray, Johanni de Gray, Henrico de Tybotot, Radulfo Basset de Draiton', Henrico fratri regis, Johanni de Tywa, Walcramo Teutonico, Engelardo de Cygoigne, Herberto filio Mathei, Johanni Talebot, Henrico de Aldithel', Alano filio Garini, Fulconi filio Garini, Willelmo de Cantilupo, Willelmo de Boterell', Anketello Maloure, Willelmo de Albiniaco, Nicholao de Lettres, Gileberto de Segrave de duobus ad proprium custum, Radulfo Gernun, Johanni de Burgo, Baudewino de Frivill', Willelmo de Putat, Petro de Malo Lacu, Baldewino de Gynes.

H. Dei gratia rex Anglie etc. venerabili in Christo patri . . . eadem gratia Pariensi episcopo salutem. Cum prompti simus et parati mandato domini Pape nobis facto de pace inter illustrem regem Francie Lodovicum et nos formanda vel treugis inter ipsum et nos prorogandis parere, venerabili patri W. Senonensi archiepiscopo et vobis literas nostras de salvo conductu patentes duximus transmittendas in veniendo ad regnum Anglie, sicut in eisdem litteris plenius continetur, licet incerti fuerimus utrum pro tractatu habendo cum venerabilibus patribus P. Wintoniensi episcopo et W. Exoniensi episcopis, collegis vestris, de pace vel treugis predictis malueritis ad partes Anglie venire, vel quod predicti Wintoniensis et Exoniensis ad vos propter idem negotium accedant. Si vero preelegeritis quod predicti episcopi ad vos in partibus transmarinis venire debeant, paternitatem vestram rogamus quatinus consimiles litteras de conductu, duraturas usque ad festum Sancti Johannis Baptiste, anno regni nostri xviij. a memorato rege Francie ipsis episcopis habere faciatis. Teste rege apud Wudest', viij. die Maii.

Eodem modo scribitur venerabili patri W. Senonensi archiepiscopo.

Eodem modo iterato scribitur eisdem, excepto eo quod rex significat eis quod transmittit ei litteras de conductu duraturas usque ad festum Beati Petri ad Vincula, anno etc. xviij.: et rogat eos quod consimiles litteras impetrent a rege Francie, si Wintoniensis et Exoniensis ad partes transmarinas accedere debeant. Teste rege apud Wudest', x. die Maii.

H. Dei gratia rex Anglie etc. venerabili in Christo patri P. eadem gratia Wintoniensi episcopo salutem. Mittimus ad vos fratrem Mauricium Templarium, profecturum ex parte nostra et domini Exoniensis cum litteris nostris de salvo conductu ad dominum Senonensem archiepiscopum et episcopum Pariensem, quibus etiam significamus quod parati sumus parere mandato domini Pape super pace formanda vel treugis prorogandis inter dominum regem Francie et nos. Et ideo mittimus eis litteras nostras de salvo conductu, duraturas usque ad festum Sancti Johannis Baptiste, si forte velint

1234.

[m. 24*d.*] ad vos in Angliam venire. Alioquin rogamus eos quod consimiles litteras domini regis Francie vobis habere faciant ad opus vestrum et domini Exoniensis episcopi, ut salvo et secure possitis ad partes transmarinas accedere, si fuerit necesse. Rogamus igitur vos quatinus una cum predicto episcopo, collega vestro, quod vestrum est et quod predictum negotium deposcere videritis, diligenter exequi velitis. Et ut de voluntate nostra vobis constet, scire vos volumus quod placet nobis ut, si predicte treuge prorogari non possint usque ad triennium, prorogentur ad terminum quem poteritis optinere. Et quia consilium petebatis a latere nostro vobis adhiberi, vobis significamus quod dilectos et fideles nostro* Philippum de Albiniaco et Radulfum filium Nicholai, qui ad presens profecti sunt in Marchiam pro negotiis nostris, sicut ipsi scitis, vel aliquos alios de nostris, quando necesse fuerit et secundum quod a vobis accipiemus, die et loco quos nobis significabitis, ad vos mittemus. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur W. Exoniensi episcopo.

Mandatum est ballivis portus Wincheles' quod, accepta debita et consueta securitate a Jordano de Walikervill', quem cum hominibus, equis et hernesio suo fecerunt arestari, libere et sine impedimento ipsum J. ad dominum regem venire vel alibi quo voluerit, abire cum hominibus et equis et hernesio suo permittant. Teste rege apud Wudest', viij. die Maii. Per G. de Craucumb' et Willelmum de Picheford'.

[m. 23*d.*] Abbas de Eynesham attornavit loco sue fratrem Ricardum de Wudestok', monachum suum, et Thomam filium Walteri in loquela que est coram ballivis domini regis Oxonie in curia domini regis inter predictum abbatem petentem, et Adam Ruffum et Nicholaum filium Philippi, deforciantes, de serviciis que idem abbas exigit ab eisdem Ada et Nicholao de tenemento etc. in Oxonia. Teste rege apud Wudest', viij. die Maii.

Linc'.—Andreas Lovet attornavit Robertum le Someter loco suo etc. in loquela que est in comitatu Linc' inter ipsum Andream petentem, et Ricardum filium Radulfi tenentem, de una bovata terre cum pertinentiis in Reppinghal'. Teste rege ut supra.

Glouc'.—Lucia uxor Radulfi de Brochampt' attornavit Radulfum virum suum loco suo etc. in loquela que in comitatu Glouc' inter ipsos Radulfum et Luciam petentes, et Thomam de Clipston' deforciantem, de tercia parte decem solidatarum redditus cum pertinentiis in Eston'. Teste rege apud Winchecumb', xv. die Maii.

Oxonia.—Willelmus de Simely attornavit Willelmum le Megre loco suo etc. in loquela que est in comitatu Oxonie de Thoma Peket' et Lina filia Saer', quos idem Willelmus clamat nativos suos. Teste rege ut supra.†

---

* *Sic in MS.* † This entry is struck out.

1234.

[m. 23d.] *Bukingh'.*—Willelmus de Symely attornavit Willelmum le Megre loco suo etc. in loquela que est in comitatu Buk' inter ipsum Willelmum et Symonem de Bradeham, de rationabilibus divisis inter terram predicti Willelmi in Riseberg' et terram ipsius Simonis in Bradeham.

Wigornia. — Abbas Glouc' attornavit Thomam de Hineton' et Walterum Fartere loco suo etc. in loquela que est in comitatu Wigornie inter ipsum abbatem et Ricardum filium Odonis, de hoc quod* idem Ricardus faciat ei consuetudinem et servicium de libero tenemento suo, quod de eo tenet in Witton' et Wiche.

Pro rege.—Rex dilecto et fideli suo R. de Burgo salutem. Quod pro defensione terre nostre Hibernie contra R. Marescallum, quondam comitem Penbr', ipsam invadentem, ita viriliter et strenue restitistis, sicut ex casus subsequentis patet effectu, fidelitati vestre copiosas referimus gratiarum actiones, paratam habentes voluntatem ipsam condigna respicere remuneratione. Disponere vero de hiis que contingunt statum terre nostre Hibernie secundum ea que nuper acciderunt, et petitionibus vestris et ceterorum fidelium et magnatum nostrorum de partibus Hibernie respondere distulimus, donec cum venerabilibus patribus Fernensi et Midensi episcopis et cum dilectis et fidelibus nostris M. filio Geroldi, justiciario nostro Hibernie, et H. de Lacy, quos ad nos vocavimus in Angliam, colloquium habuerimus; et tunc favente Domino facere curabimus quod vobis et ceteris fidelibus nostris placere debeat. Mandamus igitur vobis rogantes quatinus ad pacem et tranquillitatem terre nostre Hibernie conservandam in absencia predicti justiciarii nostri operam diligentem adhibere velitis, ita quod grates speciales a nobis inde debeatis reportare. Moram quidem Georgii des Affuble, militis vestri, quam per tantum tempus nobiscum fecit in Anglia, habere velitis excusatam, scituri quod ipsum retinuimus nobiscum non permittentes ipsum recedere a nobis. Teste rege apud Glouc', xix. die Maii.

Rex M. filio Geroldi, justiciario Hibernie, salutem. Quia non credebamus nobis expedire super hiis que nuper acciderunt in Hibernia ordinare, nec petitionibus vestris et ceterorum fidelium et magnatum nostrorum de Hibernia nobis factis per transmissos ad nos nuncios vestros respondere, donec super eisdem vobiscum et cum venerabilibus patribus Fernensi et Midensi episcopis, et cum dilecto et fideli nostro H. de Lacy, comite Ultonie, colloquium habuerimus; vobis mandamus firmiter injungentes quatinus, sicut nos et honorem nostrum diligitis, nullatenus omittatis quin dimissa in castris vestris et terra nostra Hibernie salva custodia, ad nos veniatis in Angliam cum predictis fidelibus nostris ad loquendum nobiscum super premissis, quoniam tunc favente Domino facere curabimus quod vobis et ceteris fidelibus nostris placere debeat. Teste rege apud Glouc', ut supra, xx. die Maii.

* Omitted in MS.

1234.
[m. 23*d*.] Eodem modo[*] scribitur Hugoni de Lacy, comiti Ultonie, per litteras patentes. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Fernensi et Midensi episcopis, excepta clausula 'dimissa in castris,' etc. Teste ut supra.

Rex dilecto et fideli suo Briano de Brumpton' salutem. Sciatis quod in captione trewgarum inter nos et L. principem de Aberfraw, provisum fuit quod nos ex parte sua et ipse ex parte nostra eligeret emendatores et correctores interceptionum quas hinc inde fieri contingeret infra trewgas predictas, et quia predictus princeps ad hoc faciendum in comitatu Hereford' elegit vos et dilectos et fideles nostros Johannem filium Galfridi et Hugonem de Croft: vobis mandamus quod ad hoc sitis intendentes, et die et loco quibus necesse fuerit, ad id faciendum conveniatis sacramentum prestaturi, si ex parte dicti principis a nobis exigatur, ad id fideliter faciendum, quoniam emendatores quos elegimus ex parte sua consimile sacramentum nobis prestiterunt. Teste ut supra, anno xviij.

Eodem modo scribitur Johanni filio Galfridi et Hugoni de Croft in comitatu Hereford'. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Baldwino de Ver et Herveo de Stafford' in comitatu Salopesir'. Teste ut supra.

Rex venerabilibus patribus P. Wintoniensi et W. Exoniensi episcopis. Mittimus ad vos dilectos nobis in Christo abbatem Westmonasteriensem et magistrum Johannem Blundum, ut vobis assistant in tractatu quem habituri estis cum rege Francie secundum formam mandati apostolici de treugis et pace inter ipsum regem et nos, mandantes vobis quod ipsos admittatis ad tractandum una vobiscum tam de pace quam de treugis, non obstante eo quod alias vobis dedimus in mandatis quod non tractaretis nisi de treugis tantum: quod quidem tunc mandavimus fieri de voluntate nostra propria, et id modo revocavimus de consilio fidelium nostrorum nobis assistentium, volentes et mandantes quod omnem super premissis tractatum habeatis in presentia predictorum abbatis et magistri, quos ex parte nostra vobis ad hoc socios adhibuimus. Teste rege apud Glouc', xxv. die Maii. Per ipsum dominum regem, presentibus domino Cantuariensi et aliis episcopis.

H. rex etc. abbati Westmonasteriensi salutem. Sciatis quod assignavimus vobis socium magistrum Johannem Blundum, quem ad vos mittimus, ut ipse una vobiscum assistat venerabilibus patribus P. Wintoniensi et W. Exoniensi episcopis in tractatu quem de mandato domino Pape habituri sunt cum domino rege Francie de treugis et pace, ita quod super premissis omnis habeatur tractatus in presentia vestra, sicut idem magister plenius vobis dicet ex parte nostra. Et ideo vobis mandamus rogantes quatinus laborem predictum ad commodum et honorem nostrum pro nobis subire velitis, ita quod grates speciales a nobis inde reportare debeatis. Teste ut supra, coram eisdem.

[*] Omitted in MS.

1234.

[m. 23d.] Mandatum est vicecomiti Buk' quod distringat homines de manerio de Buk' ad reddendum Petro de Rivall' tallagium super eos assisum, quod rex alias ei dedit. Teste rege apud Glouc', xxij. die Maii.

[m. 22d.] Mandatum est justiciario Hibernie quod omnes loquelas in curia domini regis motas contra venerabilem patrem L. Dublinensem archiepiscopum, ponat in respectum usque ad Pascha anno etc. xix.; et similiter omnes loquelas quas interim contra eundem archiepiscopum moveri contigerit, ponat in respectum usque ad terminum predictum. Teste rege apud Glouc', xxij. die Maii.

Rex ballivis suis portus de Shoram salutem. Mandamus vobis firmiter injungentes in fide qua nobis tenemini, quod sicut vos ipsos et omnia vestra diligitis, si contingat Petrum de Rivall' et Robertum Passelewe vel eorum alterum ad portum vestrum venire ad transfretandum, nullatenus ipsos vel homines suo* transfretare permittatis, donec inde a nobis speciale receperitis mandatum. Teste rege, xxix. die Maii.

Eodem modo scribitur ballivis portuum Sandwici, Dovor', Hee, Suhampt', Rumenel, Wincheles', Rye, Hasting', Burewaldh', Pevenes', Kingest', Seford', Portesmuth', Arundell', Withering', Hormesmuth', Ermesmuth', Lym, La Pole, Thopesham, Dertemuth', Falesmuth', Plinemuth', Tamivre, Alfridecumb'.

[m. 21d.] H. rex etc. M. filio Geroldi, justiciario suo Hibernie, salutem. Sciatis quod retinuimus nobiscum in Anglia dilectum et fidelem nostrum Eustachium de Leveland', cancellarium Cycestr', donec ad nos veneritis in Angliam nobiscum locuturi, sicut vobis dedimus in mandatis, et volumus quod dilecti et fideles nostri G. de Turvill', archidiaconus Dublin', et Robertus Luterel, canonicus Dublin', interim curam habeant et custodiam de hiis que ad thesaurariam nostram Dublin' pertinent, quibus damus in mandatis quod ad hoc intendant, et significent nobis statum Scaccarii nostri Dublin'† tam de summonitionibus debitorum nostrorum quam de aliis. Et ideo vobis mandamus quod eos ad hoc assignetis, injungentes eisdem quod ad hoc fideliter intendant. Teste rege apud Glouc', xxvij. die Maii.

Rex etc. G. de Turvill', archidiacono Dublin', et Roberto Luterel, canonico Dublin', salutem. Quia retinuimus nobiscum in Anglia dilectum et fidelem nostrum E. de Leveland', cancellarium Cycestr', usque ad adventum dilecti et fidelis nostri M. filii Geroldi, justiciarii nostri Hibernie, quem ad nos vocavimus in Angliam, assignavimus vos ad curam et custodiam interim gerendam de hiis que ad thesaurariam nostram Dublin' pertinent, mandantes quatinus juxta fiduciam quam de fidelitate vestra reportamus, ad hoc diligenter intendatis, significantes etiam nobis statum Scaccarii nostri tam de summonitionibus debitorum nostrorum quam de aliis. Teste rege ut supra.

* *Sic in MS.*

† The words 'quibus damus in mandatis' are here struck out.

1234

[m. 21*d*.] H. rex etc. dilecto et fideli suo P. duci Brittannie et comiti Richemund' salutem. Sciatis quod magnis et diversis negotiis post recessum vestrum a nobis occupati fuimus, pro quibus ad presens non potuimus vobis plenam pacationem facere de pecunia qua vobis tenemur, sicut plenius vobis dicet venerabilis pater Consopitensis* episcopus, cui quedam de negotiis nostris revelavimus. Mittimus autem vobis per eundem episcopum tria milia marcarum, rogantes attentius quatinus ex eo non molestemini nec erga nos moveamini, quod plenam vobis solutionem predicte pecunie non facimus, set hanc amicitiam nobiscum facere velitis ut de residuo predicte pecunie benigne et sine offensa respectum nobis concedere velitis usque ad festum Sancti Petri ad Vincula, et tunc pecuniam residuam sine omni dilatione liberari faciemus Warnero Engayne et Girardo, clerico vestro, ad faciendum inde quod fieri mandaveritis. Teste rege apud Glouc', xxxj. die Maii.

[m. 20*d*.] Rex nobili viro H. comiti Marchie et Engolismi salutem. Mittimus vobis per dilectum †nobis fratrem Willelmum Dunelm'† quingentas marcas, rogantes dilectionem vestram quatinus de residuis quingentis marcis, in quibus vobis tenemur, benigne nobis respectum concedere velitis usque ad festum Sancti Michaelis, ad quem terminum mittatis ad nos in Angliam aliquem de vestris, per quem perdictam‡ pecuniam sine dilatione et occasione vobis mittemus. Teste et‡

Rex etc. L. principi de Aberfrau salutem. Sciatis quod recepimus in gratiam nostram Gilebertum Marescallum et omnes qui fuerunt inprisii R. Marescalli, tam de Anglia quam de Wallia, qui ad pacem nostram venire voluerunt, et eis reddidimus omnes terras et tenementa sua que de nobis tenuerunt, et de quibus disseisiti fuerunt occasione guerre mote inter nos et predictum comitem, et nobis remanent quieta quecunque super nos et nostros per dictum comitem vel suos inprisios occupata fuerunt: que vobis duximus significanda, volentes quod vobis innotescant que penes nos acta sunt in hac parte. Et quia per venerabilem patrem E. Cantuariensem archiepiscopum et coepiscopos suos capte sunt treuge inter nos et vos sub firma spe tractandi de pace inter nos et vos formanda et fortius firmanda, mittimus propter hoc predictum archiepiscopum et venerabiles patres A. Coventrensem et Lychefeldensem et H. Roffensem coepiscopos suos ad partes Marchie, ita quod erunt apud Salopiam die Lune in crastino Sancte Trinitatis. Et rogamus vos quatinus sicut nostram desideratis amicitiam, non omittatis quin in crastino, scilicet, die Martis, loco tuto et competenti quem predictus archiepiscopus vobis significabit, ipsi archiepiscopo et coepiscopis suis occurratis ad tractatum cum eis habendum super premissis. In quorum etiam ore quedam que non duximus scripto commendanda, posuimus vobis

* This is probably an error for 'Corisopitensis' (Quimper).

†† These words are substituted for 'et fidelem nostrum Henricum de Trublevill', senescallum nostrum Wasconie.'

‡ *Sic in MS.*

1234.

[m. 20d.] plenius exponenda, rogantes quatinus sicut decet, taliter ea que reformationem pacis respiciunt et que ipsi plenius in hac parte vobis explicabunt, audire cum effectu et eisdem adquiescere velitis, quod non stet per vos quin firmum et stabile pacis vinculum inter nos et vos roboretur ad nostrum pariter et vestrum commodum et honorem. Teste rege etc.

[m. 19d.] *De justiciariis in Banco.*—Rex etc. R. de Lexinton', W. de Everwik' et sociis suis, justiciariis de Banco, salutem. Sciatis quod constituimus R. de Rokel' justiciarium nostrum in Banco et socium vobis adhibuimus. Et ideo vobis mandamus quod ipsum ad hoc recipiatis, sacramento ab eo in presentia vestra corporaliter prestito quod negotiis nostris in Banco una vobiscum intendet. Teste rege apud Theokesb', vj. die Junii, anno etc.

Eodem modo mandatum est justiciariis de Banco de Reginaldo de Moyun et Roberto de Bello Campo.

Linc'.—Radulfus de Karleton' attornavit Willelmum de Maneby contra Thomam filium Thome, de hoc quod idem Thomas faciat eidem Radulfo consuetudines et recta servicia de tenemento in Sumercot'.

De pace servanda per Angliam.—Rex vicecomiti Noting' et Dereb' salutem. Scias quod Gilebertus Marescallus et fratres sui, Gilebertus Basset, Philippus Basset, Ricardus Suward' et omnes alii inprisii R. comitis Marescalli in Anglia et Wallia venerunt ad pacem nostram et eos recepimus in gratiam et amorem nostrum, et eis terras et tenementa sua reddidimus, et ita predicti Marescallus et alii revocaverunt omnes suos qui per diversa loca in regno nostro dispersi fuerunt et pacem nostram perturbaverunt. Et predicti Marescallus et Gilebertus et alii nobis sufficientem securitatem fecerunt quod nec per eos nec per suos nobis vel regno nostro dampna evenient decetero. Et quia multi, ut audivimus, nomine eorum itineraverunt per terram nostram pacem nostram perturbando et adhuc perturbant, ut dicitur, tibi precipimus quod in fide qua nobis teneris, et sicut te ipsum et omnia tua diligis, omnibus modis quibus poteris et secundum quod magis videris expedire, ita diligenter et viriliter te intromittas ad predictos perturbatores et alios malefactores in ballia tua arestandos et capiendos, ut pax nostra in ballia tua firmiter observetur, et ne pro defectu tui ad te et ballivos tuos oporteat nos manum apponere graviorem. Et [illegible] archiepiscopis, episcopis, et omnibus aliis qui libertatem haben' in ballia tua quod sicut suas libertates diligunt, ita fieri faciant infra libertates suas sicut predictum est, ne pro defectu eorum ad libertates suas oporteat nos manum apponere. Mandavimus enim omnibus forestariis nostris de feodo et aliis de comitatu tuo quod tibi et ballivis tuis ad hoc faciendum pro viribus suis sint intendentes et auxiliantes. Teste rege apud Theok', v. die Junii, anno regni nostri xviij.[1]

[1] To this entry the following note is attached:—*Littere de clausa [illegible].*

1234.
m. 19 d.]

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie.

Rex constabulario Bristolli salutem. Scias quod concessimus quod per totum regnum nostrum dentur decime de dominicis fenis et molendinis nostris. Et ideo tibi precipimus quod de molendinis et fenis nostris Bristolli decetero decimam reddi facias ecclesie in cujus parrochia sint pratum nostrum et molendina nostra, et cui predicta decima de jure debetur. Teste rege apud Theok', viij. die Junii, anno xviij. Per episcopum Carleolensem.

Rex omnibus comitibus, baronibus, militibus, libere tenentibus et omnibus fidelibus suis de comitatu Berk' salutem. Sciatis quod Gilebertus Marescallus et fratres sui etc. ut supra. Et quia multi, ut audivimus, nomine eorum itineraverunt per terram nostram pacem nostram perturbando et adhuc perturbant, ut dicitur, vobis mandamus firmiter injungentes quod in fide qua nobis tenemini, et sicut nos et honorem nostrum et pacem nostram diligitis, auxiliantes sitis et consulentes vicecomiti Berk' et baillivis suis et forestariis nostris ad pacem nostram firmiter observandam secundum formam mandati nostri vicecomiti nostro et forestariis nostris inde directi, ne pro defectu consilii et auxilii vestri in partibus vestris nobis aut regno nostro dampnum eveniat, propter quod ad vos nos capere debeamus. Teste ut supra.*

Eodem modo scribitur omnibus comitibus, baronibus etc. de comitatibus in quibus foreste sunt, videlicet, vicecomitibus Bedef' et Buk', Northumberl', Glouc', Wiltes', Berk', Sumers', Dors', Wigornie, Devonie, Warewic' et Leic', Suhamt', Surr', Norhamt', Cumberl', Rotel', Cantebr', Huntind', Oxonie, Eboraci, Noting' et Dereb', Staff' et Salopie, Essex', Heref'.

Rex forestariis de feodo et aliis forestariis suis de comitatu Berk' salutem. Sciatis quod Gilebertus Marescallus etc. ut supra. Et quia multi etc. mandavimus vicecomiti Berk' quod modis omnibus ita diligenter et viriliter se intromittat ad predictos perturbatores et alios malefactores in baillia sua arestandos et capiendos ut pax nostra in baillia sua firmiter observetur, et ne pro defectu sui ad ipsum et baillivos suos oporteat nos manum apponere graviorem. Mandavimus igitur vobis quod ei et baillivis suis ad hoc faciendum taliter sitis consulentes et auxiliantes, ne pro defectu vestri malefactores in baillia vestra conversentur, pro quo ad vos nos graviter capere debeamus. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur omnibus forestariis de feodo et aliis forestariis suis de comitatibus in quibus sunt foreste, ut supra.

De utlagaria que promulgata fuit in H. de Burgo, G. Basset et alios, revocanda per litteras clausas.—Rex vicecomiti Berk' salutem. Scias quod in curia nostra apud Glouc' coram dilectis et fidelibus nostris E. Cantuariensi archiepiscopo, episcopis, comitibus, baronibus, militibus et aliis fidelibus nostris tunc ibi existentibus, consideratum

* To this and the three following entries this note is attached:—'Patentes fuerunt.'

1234.
[m. 19d.] est quod utlageria promulgata in H. de Burgo, comitem Kancie, Gilebertum Basset, Ricardum Suward', Philippum Basset et omnes alios qui fuerunt inprisii R. comitis Marescalli, occasione guerre mote inter nos et eundem R. comitem Marescallum, nulla est et quod pro nulla habeatur, eo quod injuste et contra legem terre in eos fuit promulgata, et ipsos H. et alios in gratiam et amorem nostrum suscepimus. Et ideo tibi precipimus quod per totum comitatum tuum et per totam bailliam tuam sine dilatione clamari facias quod utlagatio illa nulla est et quod illam habemus pro nulla; et omnibus ex parte nostra firmiter prohibeas ne predictis Huberto et aliis occasione illius utlagationis dampnum inferant aut inferri permittant. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur omnibus vicecomitibus Anglie, et similiter majori et vicecomitibus London', quod id per totam civitatem London' clamari faciant.

Rex S. de Segrave salutem. Satis recolimus quod quando justiciariam, castra et ballivas quas aliquando de nobis habuistis, reddidistis nobis, tunc dixistis quod si quid de dominicis nostris et aliis haberetis, propter quod erga vos moveremur, illud secundum voluntatem nostram amensurari faceretis. Et quia aliquando de consilio vestro gravavimus Hubertum de Burgo, comitem Kancie, qui fuit justiciarius noster, eo quod dominica nostra et alia tempore suo minus licite usurpavit, quod quidem vos ipsi postmodum tempore vestro simili modo facere presumpsistis, vobis mandamus rogantes quod sine dilatione nobis reddatis maneria de Meleburn', Kirketon', Staunton', Tingden', Lelande, et similiter Novum Castrum super Limam, quod G. filius vester tenet et quod ei concessimus ad procurationem vestram, et quod nobis necessarium est pro marchia inter nos et Walliam et terram Cestrie, nobis reddi faciatis. Et ita ad hanc nostram commonitionem vos habeatis ne nos ad hoc alio modo oporteat manum apponere, et ne postea sit vobis necessarium quod ab initio esse poterit voluntarium. Teste rege apud Theok', xiiij. die Junii.

Rex eidem salutem. Quia volumus unicuique de regno nostro in hiis que ad nos pertinent, plenam exhibere justitiam, vobis mandamus quod sitis coram nobis et consilio nostro, ubicunque fuerimus, a die Sancte Trinitatis in tres septimanas ad audiendum ea que contra vos proponemus de injuriis et dampnis per vos et per consilium vestrum nobis illatis tempore quo fuistis justiciarius, ballivus et consiliarius noster, et ad standum inde ibi judicio curie nostre.

Simili modo vicecomiti Leic' de summonendo ipsum.

Et mandatum est vicecomiti Leic' et War' quod sine dilatione diligenter inquirat quas terras et que tenementa S. de Segrave teneat in comitatibus suis, et per quantum tempus illa tenuerit, et quantum valeant per annum, et de cujus vel de quorum dono illa habuerit, et qua ratione vel qua occasione ei data fuerint, et qualiter illa

1234.

[m. 19d.] adquisierit. Et inquisitionem inde factam cum quanta poterit festinatione per litteras suas evidenter distincte et aperte scire faciat domino regi.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Norf' et Suff', Norhampton', Wigornie, Eboraci, Essex' et Hertford', Cantebr' et Huntind'.

[m. 18d.] *Buking'.*—Abbas de Evesham attornavit fratrem Alanum de Hyston' monachum et Reginaldum Clementis contra Rogerum de W . . bervill' et Willelmum de Strafford' deforciantes de consuetudinibus et serviciis que ab eis exigit de tenemento suo quod de eo tenent in Neubotle et Fulebroc.

Oxonia.—Scias quod Alicia Clement attornavit Reginaldum Clement et Gervasium des Wess (?) contra Willelmum Peverel et Avelinam uxorem ejus et Simonem Vitor et Matildem uxorem ejus de terra in Sibbeford'.

Mandatum est majori et ballivis Oxonie quod per totam villam Oxonie clamari faciant quod omnes publice meretrices et concubine clericorum infra octo dies post hunc clamorem factum exeant villam Oxonie, ita quod nulla in dicta villa remaneat post terminum illum: et si aliqua forte remaneat vel de novo in villam veniat post terminum illum ad ibi manendum, per consilium cancellarii Oxonie vel magistri Roberti Grosse Teste vel fratris Roberti Bacun capiantur et in prisonam regis mittantur et* ibidem teneantur, donec rex aliud inde preceperit. Firmiter etiam prohiberi faciant super gravem forisfacturam regis ne quis de predicta villa alicui hujusmodi meretrici vel concubine clericorum, si forte aliqua vice veniat in villam, vel nomine suo vel nomine clericorum domos locet. Teste rege apud Oxoniam, xxiij. die Junii.

Mandatur vicecomiti Kancie quod visis literis clamari faciat per totam bailliam suam quod omnes milites et servientes ad arma de potestate regis Francie, ubicumque et cum quocunque fuerint in baillia sua, statim ex quo id clamari fecerit, versus portus maris cum festinatione se trahant, et regnum Anglie exeant. Et si postea in baillia sua inventi fuerint alibi quam in portu maris parati ad transfretandum, corpora eorum arestari faciat et illos salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste apud Rading', xxv. die Junii, anno xviij.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Sussex', Suhamt', Leic', et Middelsex'.

[m. 17d.] Rex etc. dilecto et fideli suo R. comiti Cornubie et Pictavie salutem. Sciatis quod treuge capte sunt inter nos et Lewelinum, principem de Abberfrau, per venerabilem patrem E. Cantuariensem archiepiscopum et episcopos secum adjunctos et quosdam alios fideles nostros propter hoc ad partes Wallie destinatos, durature a festo

* Omitted in MS.

1234.

[m. 17d.] Sancti Jacobi, anno regni nostri xviij. usque in duos annos sequentes in hac forma:—quod omnes injurie et dampna hinc inde facta infra ultimam treugam captam per venerabilem patrem H. Roffensem episcopum in media Quadragesima proximo preterita, per dictatores ejusdem treuge emendabuntur, et quod omnes terre hinc inde occupate per ultimam guerram motam restituentur hiis quibus postea sunt ablate. Homines etiam illi qui hinc inde recesserunt a fidelitate dominorum suorum et se tenuerunt ex parte adversa, libere revertantur, ita quidem quod durantibus treugis predictis in nullo occasionabuntur nec aliquid dampni vel mali eis fiet occasione predicta. Adjectum est etiam in eadem provisione treugarum quod si vos et dilectus et fidelis noster Radulfus de Thony volueritis sub eisdem treugis comprehendi, bene placebit eidem Lewelino. Sin autem, nichilominus quoad nos et alios fideles nostros eas firmiter observabit, et sub tali conditione quod si eas forte tenere non velletis, contra vos se defendet, ita quod contra ipsum et defensionem suam nullum vobis faciemus nec facere poterimus per nos vel per aliquem de Marchia vel alium interim consilium vel auxilium ad ipsum gravandum. Et taliter sunt treuge predicte ex parte ipsius L. jurate et assecurate, et in adventu predicti archiepiscopi ad nos similiter ex parte nostra eas jurari faciemus et assecurari. Et ideo vobis mandamus firmiter injungentes quatinus predictis treugis sine difficultate aliqua adquiescentes eas teneatis, et ex parte vestra eas teneri faciatis, quia modis omnibus volumus quod eas teneatis et firmiter observetis. Quid autem inde facere proposueritis, aperte responsum vestrum nobis sub festinatione scire faciatis. Teste rege apud Westmonasterium, xxx. die Junii.

Eodem modo scribitur Radulfo de Thony.

Willelmus le Breton' attornavit loco suo Herbertum de Hauekeston' ad lucrandum etc. in loquela que est in eodem comitatu etc. inter Willelmum de Mohun et ipsum Willelmum Britonem de consuetudinibus et serviciis que idem Willelmus de Mohun exigit de predicto Willelmo le Breton' in Brinkel' et Runlingh'.

[m. 16d.] *De justiciariis ad Scaccarium Judeorum.*—Rex Hugoni de Bathonia et Elye de Sunninges salutem. Sciatis quod associavimus vobis dilectum et fidelem nostrum Willelmum Britonem, ut assistat vobis ad ea expedienda que Scaccarium nostrum Judeorum tangunt. Et ideo vobis mandamus quod ipsum ad hoc admittatis. Teste rege apud Kenington', vj. die Julii.

De justiciariis ad Scaccarium.—Rex thesaurario et baronibus suis de Scaccario salutem. Sciatis quod assignavimus dilectum et fidelem nostrum Willelmum de Bello Campo vobis socium ad residendum ad Scaccarium nostrum tanquam baro pro negotiis nostris que ad idem Scaccarium pertinent. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Willelmum ad hoc admittatis, et agenda Scaccarii nostri eidem communicetis. Teste rege apud Kingeston', vj. die Julii.

1234.
[m. 16d.]

Eodem modo mandatum est eisdem de Alexandro de Sweref', thesaurario Sancti Pauli Lond', et Ricardo de Muntfichet.

De justiciariis in Banco.—Rex justiciariis suis de Banco salutem. Sciatis quod associavimus vobis dilectum et fidelem nostrum Robertum de Ros ad residendum vobiscum in Banco nostro London', et ad assistendum vobis in hiis que ad Bancum predictum pertinent. Et ideo vobis mandamus quod ipsum Robertum ad hoc socium admittatis, recepto sacramento ab eodem R. quod negotiis et agendis regis fideliter intendat. Teste rege apud Kingeston', vj. die Julii.

Eodem modo mandatum est justiciariis de Reginaldo de Moyun et Roberto de Bello Campo.

Eodem modo prius mandatum fuit Roberto de Lexint' et W. de Eboraco et aliis justiciariis in Banco de Roberto de Rockele.

Mandatum est Herveo Bagod quod die Lune proxima post translationem Beati Thome martiris*

Rex venerabili in Christo patri Thome Norwicensi episcopo salutem. Sciatis quod remisimus Ricardo de Sancto Johanne, capellano, indignationem nostram et ipsum in gratiam nostram recepimus. Et ideo vobis mandamus rogantes quatinus omnia beneficia sua ecclesiastica que habet in diocese vestra, et que occasione debitorum quibus nobis tenebatur, sequestrari fecistis, eidem Ricardo restitui faciatis cum omnibus bonis suis in eisdem beneficiis inventis et proventibus inde perceptis. Teste rege apud Keninton', vij. die Julii.

Rex majori et ballivis suis Oxonie salutem. Sciatis quod pietatis intuitu concessimus quod omnes publice meretrices et concubine clericorum quas cepistis et in prisona nostra detinetis, eo quod contra provisionem nostram invente fuerunt in villa vestra Oxonie, deliberentur sub tali forma quod publice meretrices statim post deliberationem suam villam nostram exeant. Concubine vero clericorum tenementa habentes in eadem villa, si juramentum vobis prestiterint, et securitatem sufficientem vobis fecerint quod decetero honeste se gerent non habiture accessum ad clericos pro quibus sic capte sunt et detente, post deliberationem suam libere et sine inpedimento stent in eadem villa et ibidem morentur. Alie vero domos aut possessiones in eadem villa non habentes, villam exeant ibidem ulterius non morature. Et ideo vobis precipimus quod tam publicas meretrices quam concubinas clericorum in forma predicta deliberetis. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Julii.

Rex baillivis portus Suthant' salutem. Precipimus vobis quod in fide qua nobis tenemini, omni qua poteritis diligencia portum vestrum custodiri faciatis, ita quod nec P. Wyntoniensis episcopus nec Petrus de Rivall' vel aliquis de suis in portu vestro transfretet, ad hoc specialiter intendentes quod per portum vestrum abduci non

* This entry was left incomplete.

1234.

[m. 16d.] faciant extra regnum nostrum Willelmum filium et heredem Willelmi de Brause, quem adhuc habent penes se custodiendum. Teste rege apud,* xij. die Julii, anno etc.

Eodem modo scribitur ballivis portuum Duvor', Portesm', Sandwici, Shorham, Hee, Rumenel, Wincheles', Rie, Hasting', Burewald', Pevenes', Kingeston', Seford', Arundell', Withering', Hormesmuth', Lym, La Pole, Thopesh', Dertesmuth', Falemuth', Plinenuth', Tamivr', Alfridecumb'.

Et mandatum est vicecomiti Suhampt' quod omnem quam poterit diligentiam apponat ad portus de balliva sua† salvo custodiendos, ita quod nec P. Wintoniensis nec Petrus de Rivall' etc. ut in precedenti brevi.

[m. 15d.] *Pro Isaac Judeo.*—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis salutem. Mandamus vobis quod si Isaac de Norwico Judeus solverit ad Scaccarium nostrum id quod ad eum pertinet solvendum ad hunc terminum Sancte Margarete proximo preteritum, anno regni nostri xviij. de tallagio nostro super ipsum assiso, tunc detis in mandatis vicecomiti nostro Norff' quod ipsum Isaac non compellat personaliter London' accedere occasione predicta, set sine occasione ad propria permittat ipsum reverti. Teste rege apud Roffam, xxv. die Julii.

Mandatum est episcopo Lincolniensi quod Alexandrum de Linc' clericum, qui captus fuit a vicecomite Lincoln' et in prisona regis ibidem detentus pro morte Jacobi Judei Linc', unde rettatus est et quem dictus vicecomes ad petitionem archidiaconi ipsius episcopi curie Christianitatis restituit, salvo custodiri faciat usque ad primam assisam cum justiciarii regis‡ in partes illas venerint, ad standum inde recto coram eisdem justiciariis secundum regni consuetudinem. Teste rege ut supra.

Hertford'.—Alicia filia Alani de Upwik' attornavit loco suo Ricardum de Hockel' versus Widonem de Upwik', de una carucata terre cum pertinentiis in Upwik'. Teste rege apud Westmonasterium, xv. die Julii.

Norf'.—Thomas Laveyle attornavit loco suo Ricardum le Faukener versus Willelmum de Wibrig', et Matildem, uxorem ejus, de consuetudinibus et serviciis que idem Thomas ab eis exigit de tenemento quod de eo tenent in Wytton'.

Essex'.—Ricardus de Sancto Johanne capellanus attornavit loco suo Hugonem de Sancto Jacobo, capellanum suum, versus Gerardum Thalebot de manerio de Stansted'.

Heref'.—Henricus abbas Glouc' attornavit loco suo Robertum le Sauvage et Willelmum le Waleis versus Willelmum molendinarium et Agnetem, uxorem ejus, de secta facienda ad molendinum eorundem Willelmi et Agnetis de Bromton'.

* Sic in MS. † These three words are substituted for 'predictos.'
‡ Substituted for 'nostri.'

1234.
[m. 15d.]

Idem abbas attornavit loco suo predictos Robertum et Willelmum le Waleys versus Walterum Ryset de consuetudinibus et serviciis que idem Walterus a predicto abbate exigit de libero tenemento suo, quod de eo tenet in Pencumbe.

Norf'.—Eudo de Stelforger attornavit loco suo Hubertum de Semere versus Ricardum de Aunvers, de una roda terre cum pertinentiis in Scelfonger.

Sumerset'.—Johannes de Uffinton' et Beatricia, uxor ejus, attornaverunt loco suo Gaufridum filium Nicholai et Robertum de Hauekeserd' versus Johannem de Bello Campo, de feodo dimidii militis cum pertinentiis in Edenewerl'.

. . . . .—Rex vicecomiti Sussex' salutem. Ostensum est nobis ex parte Willelmi de Grenested' quod cum Robertus de Burdevill' inplacitaverit eundem Willelmum coram te in comitatu tuo de captione et detentione averiorum suorum, idem W. ita languidus est et inpotens sui quod itinerare non potest nec eques nec pedes sine periculo mortis: et cum aliquando fecerit se defferri ad comitatum, predictus Robertus maliciose se tunc essoniare fecit ad comitatum, ut ipsum plus gravaret. Et ideo tibi precipimus quod si ita est, tunc assideri facias hundredum apud Grensted' ubi idem Willelmus jacet, et loquelam illam que est in comitatu tuo inter eos, in eodem hundredo teneri facias de die quousque loquela illa ibi inter eos terminetur, vel saltem quousque idem W. attornatum suum ibi fecerit in predicti Roberti presentia secundum consuetudinem comitatus. Et ita discrete et fideliter te habeas in hoc negotio ne pro defectu tui ampliorem inde clamorem audiamus. Teste etc.

Rex vicecomiti Sussex' salutem. Ostensum est nobis* Willelmi de Grenested' quod cum Robertus de Burdevill' inplacitaverit eundem Willelmum coram te in comitatu tuo de captione et detentione averiorum suorum, idem W. ita languidus est et inpotens sui quod itinerare non potest nec eques nec pedes sine periculo mortis; et cum aliquando fecerit se deferri ad comitatum, predictus Robertus malitiose se tunc essoniare fecit ad comitatum, ut ipsum plus gravaret. Et ideo tibi precipimus quod si ita est, tunc assideri facias hundredum apud Grenested', ubi idem Willelmus jacet, et loquelam illam que est in comitatu inter eos, in eodem hundredo teneri facias de die in diem quousque loquela illa inter eos terminetur, vel saltem quousque idem W. attornatum suum ibi fecerit in predicta presentia secundum consuetudinem comitatus. Et ita discrete et fideliter te habeas in hoc negotio ne pro defectu tui ampliorem inde clamorem audiamus. Teste etc.

Rex abbati de Messenden' et conjudicibus suis salutem. Ostenderunt nobis Bartholomeus filius persone de Chelefeud et Daniel de Puteo pro se et sociis suis recognitoribus assise nove disseisine, quam Ricardus persona de Bradefeud et quidam alii in curia nostra coram

* *Sic in MS.*

1234.

[m. 15d.] justiciariis nostris qui ultimo itineraverunt in comitatu Kancie, aramiaverunt versus Henricum personam de Orpington' de tenemento in Orpington', quod cum per sacramentum suum quod inde fecerunt, dedissent predictis Ricardo et aliis seisinam de eodem tenemento, idem Henricus qui judicium reportavit contrarium, spreto remedio quod habere posset in curia nostra, si forte prefati juratores falsum deposuissent sacramentum, ad forum convolans ecclesiasticum trahit eos in placitum coram vobis auctoritate litterarum domini Pape, intendens ibi convincere eos de perjurio. Et quia si in curia nostra forte perjurium commisissent, in eadem curia nostra per assisam xxiiij. convinci possent et deberent; et quia in hoc casu secundum regni nostri consuetudinem pertinet ad nos, si aliquis conqueratur de hujusmodi perjurio, inquisitio, vobis mandamus quod in placito illo ulterius non procedatis, quia si forte ausu presumptuoso procederetis, hoc esset manifeste contra coronam et dignitatem nostram. Teste rege apud Westmonasterium, xj. die Julii.

H. Dei gratia rex Anglie etc. vicecomiti Cantebrig' et Huntind' salutem. Precipimus tibi quod statim visis litteris istis, sicut diligis te ipsum et omnia tua, omni occasione et dilatione postpositis, clamari facias per totum comitatum tuum, tam in civitatibus et burgis quam in mercatis et hundredis, quod omnes illi tam viri religiosi quam clerici et laici, qui terras, tenementa, denarios vel alia mobilia vel quascunque alias res per districtionem vel per fines vel alio quocunque modo dederunt Petro de Rivall' vel vicecomitibus suis, vel ballivis suis, vel ballivis ipsorum vicecomitum vel ballivorum suorum, sint coram dilectis et fidelibus nostris Henrico de Colevill', Matheo Crestien et Henrico de Colne clerico, justiciariis nostris ad hoc constitutis, et coram te in singulis hundredis ad diem et locum quos iidem justiciarii nostri tibi scire facient, ad certificandum super sacramentum suum eosdem justiciarios nostros de predictis donis, ablatis et prisis. Et ii[dem] veniant parati ad dicendum inde veritatem, ne nos ad eos capere possimus. Precipimus etiam tibi quod venire facias coram eisdem justiciariis nostris ad predictos diem et locum sex tam milites quam alios liberos legales et discretos homines, per quos rei veritas melius sciri poterit, de singulis hundredis ad certificandum prefatos justiciarios nostros super sacramentum suum de predictis donis, ablatis et prisis, et occasionibus predictorum donorum, ablatorum et prisarum, tam de illis qui coram eisdem justiciariis presentes fuerunt* quam absentes, qui interim ita sibi provideant de predictis, ne odio, gratia vel timore vel amore corrupti veritatem celare presumant, propter quod tam ad te quam ad eos graviter nos capere debeamus. Et habeas ibi nomina militum et hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Julii.

Eodem modo scribitur vicecomitibus subscriptis:—Linc', Staff' et Salop', Glouc', Eborac', Devonie, Oxonie, Berk', Surr', Sussex', Essex' et Hertf', Hunt' et Cantebrig', Kancie, Hereford', Lanc', Norf' et Suff'.

* Sic in MS.

1234.
[m 15d.] Sc[*] in comitatu Eboraci adicitur quod similiter inquirant de manerio de Knarburg' et de donis datis et aliis Stephano de Segrave et Roberto Passelewe et ballivis eorum.

Item, in comitatu Lanc' quod similiter inquirant de manerio de Hormesby, et in comitatu Devonie de stagnaria, et in comitatu Lincoln' de terra abbatis de Burgo.

Item, postea mandatum est singulis vicecomitibus predictis et inquisitoribus eorundem comitatuum quod inquirant de tholtis, prisis et aliis donis Stephani de Segrave et Roberti Passelewe et ballivorum eorum in forma eis demandata, quod inquirerent de tholtis, prisis et donis P. de Rivall' et ballivorum suorum.

De inquisitionibus.—Rex dilectis et fidelibus suis Galfrido Balistario, Rogero Gernet et Gilberto de Kirketon', clerico, salutem. Sciatis quod constituimus vos justiciarios nostros ad inquisitiones faciendas in comitatu Lanc' de omnibus terris, tenementis, denariis et aliis mobilibus et omnibus aliis quibuscunque rebus datis Petro de Rivall' et vicecomitibus suis, vel ballivis suis, vel ballivis ipsorum vicecomitum vel ballivorum suorum, vel Stephano de Segrave, Roberto Passelewe vel ballivis suis, tam de manerio de Hormeby quam aliunde, per districtiones vel per fines vel alio quocunque modo data fuerint sive ablata ubicunque et a quocunque et quibus occasionibus. Et ideo vobis mandamus quod in crastino Assumptionis Beate Marie conveniatis in comitatu Lancastr' ad locum quem magis videritis expedire, ad inquisitiones illas faciendas secundum formam quam mandavimus vicecomiti nostro ejusdem comitatus. Deinde eatis de wapentagio ad wapentagium in eodem comitatu quousque plene inquisiveritis quid et quantum et a quibus et quibus occasionibus predicti Petrus, Stephanus, Robertus et predicti ballivi ceperint vel abstulerint in eodem comitatu. Mandavimus enim vicecomiti nostro ejusdem comitatus quod ad diem et locum quos ei scire facietis, coram vobis venire faciat in singulis wapentaciis omnes illos tam viro[*] religiosos et clericos quam laicos qui terras, tenementa, denarios vel alia mobilia vel alias quascunque alias[*] res dederint predicto Petro vel predictis Stephano, Roberto Passelewe vel predictis ballivis per districtiones vel per fines vel alio quocunque modo, ad certificandum vos plenius de predictis. Et preterea de singulis wapentaciis venire faciatis coram vobis sex tam milites quam alios liberos legales et discretos homines, per quos rei veritas melius sciri poterit, ad certificandum vos super sacramentum suum de predictis donis, ablatis et prisis et occasionibus eorundem donorum, ablatorum et prisarum, tam de illis qui coram vobis erunt presentes quam de illis qui erunt absentes. Vos igitur, inquisita super premissis veritate, omnia ablata et omnes prisas simul cum occasionibus predictis aperte et distincte per se et omnia alia gratis data per se cum modo donandi ita aperte et distincte cum diligentia

[*] *Sic in MS.*

1234.
[m. 15*d*.] inrotulari faciatis, ut discretionem et diligentiam vestram in hac parte habere debeamus merito commendatam. Teste rege apud Westmonasterium, xvj. die Julii.

Eodem modo scribitur Rogero de Stapelton', Willelmo le Cunestabl', Laurencio de Toppeclive et Ade de Stavelegh', in comitatu Eboraci, ut inquirant de manerio de Knareburg' etc. ut supra.

Rex dilecto et fideli suo Rogero de Stapelton' salutem. Sciatis quod constituimus vos justiciarios nostros una cum dilectis et fidelibus nostris Willelmo le Cunestabl', Laurencio de Toppeclive et Adam de Stavelegh' ad quasdam inquisitiones faciendas de prisis et toltis factis in comitatu Eboraci in manerio de Knareburg' per Petrum de Rivall' et ballivos suos et per Stephanum de Segrave, Robertum Passelewe et ballivos suos et quosdam alios secundum articulos contentos in litteris nostris patentibus vobis et ipsis Willelmo le Cunestabl', Laurencio de Toppeclive et Ade de Staveleg' inde directis. Et ideo vobis mandamus quod in crastino Assumptionis Beate Marie conveniatis ad locum quem magis videritis expedire, ad dictum negotium incipiendum et continuandum de die in diem donec secundum quod vobis injunximus per litteras nostras patentes, fuerit expeditum. Mandavimus enim vicecomiti nostro Eboraci quod de singulis wapentaciis ad diem et locum quos ei scire faciatis, hos qui necessarii sunt ad dictas inquisitiones faciendas, coram vobis venire faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xij. die Julii.

[m. 14*d*.] Inquisitores de tholtis, prisis etc. :—

In comitatu Linc' cum terra abbatis de Burgo :—Hugo de Herington', Johannes de Breytof', Alexander de Lafford'.

In comitatu Eboraci cum Cnareburg' et aliis dominicis:—Rogerus de Stapelton', Willelmus Constabularius, Laurencius de Toppeclive, Adam de Stavel'.

Stafford' et Salopie :—Egidius de Erdington', Thomas Corbet, Robertus de Cardoil et Willelmus de Aldithleg.'

In comitatu Surr' :—Willelmus Haunsard', Gaufridus de Jarpenvill,' Henricus de Winterhull', Gilbertus clericus Gaufridi de Lucy.

Glouc':—Willelmus de Putot, Thurstanus Dispensarius, Willelmus de Melley, clericus.

In comitatu Devonie cum stagnaria :—Galfridus de Pomeraye, Hugo Peverel de Ermington', Adam canonicus Exoniensis.

In comitatu Oxonie :—Willelmus Wace, Bardolfus de Cestreton', Gervasius de Paunilly.

In comitatu Berkes' :—Robertus Achard', Rogerus de Turbervill'.

Sussex' :—Willelmus de Sancto Leodegario, Willelmus de Moncell', Henricus custos de Arundell'.

Kancie :—Robertus de Rokeleye, Simon de Craie, Simon de Sandwico, Henricus de Ospring'.

In comitatibus Norf' et Suff' :—Herbertus Alencun, Robertus Malet, Willelmus de Stulham, Bartholomeus clericus, Johannes de Fleg'.

1234.
[m. 14d.]

In comitatibus Essex' et Hertford':—Simon de Furneaus, Ricardus Bataill', Ricardus le Butiller', Daniel de Goer.
In comitatu Lancastr' cum Hormeby:—Galfridus Balistarius, Rogerus Gernet, Gilbertus de Kirketon', clericus.
In comitatu Hereford':—Robertus de Stapelton', Nicholaus le Seculer, Thomas de Aneseye.

Isti convenire debent singuli in comitatibus suis in crastino Assumptionis Beate Marie.

Inquisitores de comitatibus Linc', Eboraci, Staff' et Salopie, Glouc', Devonie, Oxonie, Norf' et Suff', Lanc', Hereford' convenire debent singuli in comitatibus suis ad predictum negotium incipiendum in crastino Assumptionis Beate Marie, et de aliis comitatibus in crastino Beati Petri ad Vincula.

Inquisitores per forestas Anglie et brevia.

H. Dei gratia rex Anglie, dominus Hybernie, dux Normannie, Aquitanie et comes Andegavie, dilectis et fidelibus suis Elye Breton' et Johanni Gobaud salutem. Sciatis quod constituimus vos justiciarios nostros ad faciendum inquisitiones per omnes forestas nostras Anglie simul cum uno milite de singulis comitatibus quem vobis socium adjunximus, de omnibus terris, tenementis, denariis et aliis mobilibus et omnibus aliis quibuscunque rebus captis per Petrum de Rivall', Brianum de Insula vel ballivos eorum per districtiones vel per fines vel alio quocunque modo capta vel data fuerint, occasione forestarum nostrarum, postquam idem Petrus et Brianus susceperunt custodiam predictarum forestarum nostrarum, ita quod in comitatu Eboraci assistat vobis Henricus de Berkel', in comitatu Norhumbrie Hugo de Morewic', in comitatu Cumbrie Petrus de Tylloel, in comitatu Lanc' Adam Yaland', in comitatibus Noting' et Derb' Robertus de Dun, in comitatibus Beres', Surr', Sussex' et Suhampton' Willelmus de Engelfeld', in comitatibus Sumers' et Dors' Hugo de Meryet, in comitatu Wiltes' Nicholaus Avenel, in comitatu Devonie Willelmus le Pruz, in comitatibus Wigornie et Glouc' Hugo le Poher, in comitatibus Stafford' et Salopie Willelmus Hunout, in comitatibus Oxonie et Buk' Radulfus Harang', in comitatibus Norhampton', Rotel' et Huntind' Wydo Walteri, et in comitatu Essex' Ricardus Mauduit,* quibus sigillatim mandavimus per litteras nostras ut ad mandatum vestrum in singulis comitatibus predictis vobis occurrant. Et ideo vobis mandamus quod in crastino Assumptionis Beate Marie, anno regni nostri xviij, conveniatis in comitatu Eboraci ad locum quem magis videritis expedire† simul cum predicto Henrico quem vobis socium ibi adjunximus, et convocatis coram vobis viridariis et forestariis nostris et aliis, quos ad hoc videritis esse neccessarios, per sacramentum eorundem diligenter inquiratis quid et quantum et a quibus et quibus occasionibus predicti Petrus et Brianus vel eorum ballivi ceperint vel abstulerint in

* Substituted for 'Simon de Furneaus.' † Omitted in MS.

1234.
[m. 14*d*.] eodem comitatu occasione predictarum forestarum. Mandavimus enim vicecomiti nostro Eboraci quod clamari faciat in omnibus civitatibus, burgis et mercatis ut omnes illi, sive religiosi sive alii, a quibus predicti Petrus et Brianus vel eorum ballivi occasione forestarum nostrarum aliquid ceperint qualicunque modo, veniant coram vobis ad diem et locum quos eidem vicecomiti scire facietis ad certificandum vos super sacramentum* suum de omnibus predictis. Vos igitur ita diligenter et discrete vos super hoc intromittatis ut nos distincte et aperte certificare possitis quid et quantum predictus Petrus et ballivi sui proprii per se, et predictus Brianus et ballivi sui proprii per se, ceperint occasione predictarum forestarum. Et de comitatu illo, perfecto ibidem negotio nostro, eatis de comitatu in comitatum sicut melius videritis expedire, quousque plene perfeceritis omnes inquisitiones simul cum predictis militibus qui ad mandatum vestrum vobis occurrent ad dies et loca que eis scire facietis. Et inquisitionem quam inde feceritis, nobis scire faciatis cum omni qua poteritis festinatione. Mandamus enim singulis vicecomitibus nostris quod perfecto negotio nostro in comitatu Eboraci ad mandatum vestrum venire faciant coram vobis ad dies et loca que eis scire facietis, viridarios et forestarios et de singulis comitatibus sex tam milites quam alios liberos et legales homines ad inquisitiones illas faciendas. Teste rege apud Roffam, xxiiij. die Julii.

Inquisitores.—Rex dilecto et fideli suo Johanni Gubaud salutem. Sciatis quod constituimus vos justiciarium nostrum una cum dilecto et fideli nostro Elya Britone, ad inquisitiones faciendas per omnes forestas nostras Anglie de omnibus terris, tenementis, denariis et rebus aliis captis per Petrum de Rivall', Brianum de Insula vel eorum ballivos. Et ideo vobis mandamus firmiter precipientes in fide qua nobis tenemini, quod in crastino Assumptionis Beate Marie Virginis, anno regni nostri xviij. conveniatis in comitatu Eboraci ad locum quem magis videritis expedire, ad predictam inquisitionem faciendam secundum formam contentam in litteris nostris patentibus vobis et ipsi Elye inde directis per preceptum nostrum, talem ad negotium illud exequendum diligentiam adhibentes quod ipsam habere debeamus merito commendatam. Teste rege ut supra.

Eodem modo scribitur Elye Britoni.

De militibus associatis inquisitoribus.—Rex dilecto et fideli suo Hugoni de Meryet salutem. Sciatis quod constituimus vos justiciarium nostrum ad quasdam inquisitiones faciendas per forestas nostras in comitatibus Sumers',† una cum dilectis et fidelibus nostris Elya Britone et Johanne Gobaud, quos vobis socios adjunximus, de omnibus terris et tenementis, denariis et aliis mobilibus et omnibus aliis quibuscunque rebus captis per Petrum de Rivall', Brianum de Insula vel ballivos eorum per districtiones vel per fines vel alio quocunque modo capta vel data fuerint occasione forestarum nostrarum, postquam idem Petrus et Brianus susceperunt custodiam predictarum forestarum

* This and the two preceding words are repeated.
† *Sic in MS.* Supply "et Dors'."

1234.
[m. 14*d*.] nostrarum. Et ideo vobis mandamus quod ad diem et locum quos vobis scire facient predicti Elyas et Johannes, conveniatis in comitatibus Sumers' et Dors', et convocatis coram vobis viridariis et forestariis nostris et aliis quos ad hoc necessarios* esse videritis, et cetera ut supra in litteris patentibus directis Elye Britoni et Johanni Gobaud' sociis ipsius Hugonis.

Eodem modo scribitur militibus singulorum comitatuum.

Vicecomiti salutem. Precipimus tibi quod statim visis litteris istis, sicut te ipsum et omnia tua diligis, omni occasione et dilatione postpositis clamari facias per totum comitatum tuum, tam in civitatibus et burgis quam in mercatis et hundredis, quod omnes illi tam viri relligiosi quam clerici et laici qui terras, tenementa et denarios vel alia mobilia vel quascunque alias res per districtionem vel per fines vel alio quocunque modo dederint Petro de Rivall' et Briano de Insula vel eorum baillivis occasione forestarum nostrarum, sint coram dilectis et fidelibus nostris Elya Britone, Johanne Gubaud et Hugone de Meryet, justiciariis nostris ad hoc assignatis, ad diem et locum quos iidem justiciarii nostri tibi scire facient, ad certificandum eosdem justiciarios nostros super sacramentum suum de donis, ablatis et prisis; et ita veniant parati ad dicendum inde veritatem, ne nos ad eos capere debeamus. Precipimus etiam tibi quod venire facias coram eisdem justiciariis nostris ad predictos diem et locum sex tam milites quam alios liberos, legales et discretos homines, per quos rei veritas melius sciri poterit, de singulis bailliis forestarum nostrarum, ad certificandum prefatos justiciarios nostros super sacramentum suum de predictis donis, ablatis et prisis, et occasionibus predictorum donorum, ablatorum et prisarum, tam de illis qui coram eisdem justiciariis nostris presentes fuerint quam de absentibus, qui interim ita sibi provideant de predictis, ne odio, gratia, timore vel amore corrupti veritatem celare presumant, propter quod tam ad te quam ad eos nos capere graviter debeamus. Et habeas ibi nomina militum et hoc breve. Teste me ipso apud Havering', xx. die Julii, anno regni nostri xviij.

Eodem modo scribitur singulis vicecomitibus predictis.

Milites associati predictis Elye Britoni et Johanni Gobaud in diversis comitatibus:—

In comitatibus Noting' et Derb':—Robertus de Dun. Berkes', Surr' et Suhampt':—Willelmus de Englefeud'.

In comitatu Eboraci:—Henricus de Berley.

In comitatibus Norhumbrie:—Hugo de Morewico. Cumberland':—Petrus de Tylloul. Lanc':—Adam de Yeland'.

In comitatibus Sumerset' et Dors':—Hugo de Merieyt.

In comitatibus Wilt':—Nicholaus Avenel'. Devonie:—Willelmus le Pruz. Wigornie et Glouc':—Hugo le Poher.

In comitatibus Staff' et Salopie:—Willelmus Hunnit.

In comitatibus Oxonie et Buk':—Radulfus Harang'. Norht', Rotel' et Hunt':—Wido Wak'. Essex:—Ricardus Mauduit.†

* This word is repeated. † Substituted for 'Simon de Furneus.'

1234.

[m. 14*d*.] Postea loco predicti Hugonis le Poher constitutus est Rogerus le Poher ad predictas inquisitiones una cum predictis Elya Britone et Johanne Gubaud' faciendas. Et mandatum est predicto Rogero quod ad diem et loco quos predicti Elyas et Johannes ei scire facient, conveniat in comitatibus predictis ad inquisitiones illas una cum eis faciendas. Et mandatum est vicecomitibus Wigornie et Glouc' quod coram predictis Elya, Johanne et Rogero omnes illos venire faciat ad inquisitiones illas faciendas quos ei dicent, secundum formam in prioribus litteris domini regis eis inde prius directis contentam. Teste etc.

[m. 13*d*.] Inquisitores de terris qua (*sic*) H. de Burgo tenuit.

Rex dilectis et fidelibus suis Ricardo de la Lade et Laurencio de Sancto Albano salutem. Mandamus vobis quod in fide qua nobis tenemini, eatis ad omnes terras quas dilectus et fidelis noster Hubertus de Burgo, comes Kancie, tenuit de terris que fuerunt comitis de Clare, anno et die quo illas cepimus in manum nostram, et vocatis coram vobis illis qui fuerunt servientes ipsius Huberti, et prepositis et aliis quos ad hoc videritis esse neccessarios, diligenter inquiratis per sacramentum eorundem in quo statu Petrus de Rivall' vel Robertus Passelewe vel eorum ballivi terras illas receperunt, et in quo statu terre ille fuerunt quando predictus Hubertus inde primo disseisitus fuit, et quale instaurum et quantum in blado et aliis mobilibus ibi invenerunt, et quantum inde ceperunt in redditibus et venditionibus boscorum sive quibuscumque aliis exitibus de eisdem terris provenientibus, et in quo statu terras illas dimiserunt, et que debita et a quibus eidem Huberto debebantur, et que blada et catalla vendiderunt et per quod pretium, et si fideliter ea vendiderunt vel non; et per sacramentum predictorum prepositorum, ballivorum et aliorum legalium hominum diligenter inquiratis pretium catallorum omnium, videlicet, bladi et averiorum et omnium aliorum mobilium predictis anno et die in predictis terris inventorum, et quis vel qui illa habuerunt. Et super premissis ita diligenter vos intromittatis ut nos distincte et aperte inde certificare possitis, et ut diligentiam et discretionem vestram merito habere debeamus commendatam. Et inquisitionem quam inde feceritis, nobis scire faciatis cum omni qua poteritis festinatione. In cujus rei testimonium etc. Teste rege apud Westmonasterium, xvij. die Julii.

Eodem modo mandatum est:—

Ade filio Willelmi, Reginaldo de Marham, de terris quas idem Hubertus tenuit in feodo.

Alexandro de Bassingburn', Gregorio de Tacsted', de terris comitis Arundell'.

Eodem modo mandatum est:—

Ricardo de la Lade et Laurencio de Sancto Albano, de terra Willelmi de Averench'.

Galfrido de Wrokeshani, Nicholao de Haddham, de terra Nigelli de Mubray.

1234.
[m. 13d.] *Breria vicecomitibus.*—H. Dei gratia rex Anglie etc. vicecomiti Buk' et Bedef' salutem. Scias quod assignavimus dilectos et fideles nostros Adam filium Willelmi et Reginaldum de Marham' ad quadas (*sic*) inquisitiones faciendas de terris et tenementis que Hubertus de Burgo tenuit in feodo anno et die quo illa cepimus in manum nostram; et assignavimus dilectos et fideles nostros Ricardum de la Lade et Laurencium de Sancto Albano ad inquirendum de terris que fuerunt G. de Clar', comitis Glouc'; et assignavimus dilectos et fideles nostros Alexandrum de Bassinggeborn' et Gregorium de Taested' ad inquirendum de terris que fuerunt comitis Arundell'; et assignavimus dilectos et fideles nostros Gaufridum de Wroxham et Laurencium de Sancto Albano ad inquirendum de terris que fuerunt Nigelli de Molbray; et assignavimus dilectos et fideles nostros Ricardum de Lad' et Laurencium de Sancto Albano ad inquirendum de terris que fuerunt Willelmi de Abrincis, que fuerunt in manu predicti Huberti predictis anno et die in balliva tua, in forma plenius contenta in litteris nostris patentibus quas singulis justiciariorum nostrorum fieri fecimus de predictis inquisitionibus faciendis. Et ideo tibi precipimus quod postquam predicti justiciarii nostri tibi scire fecerint quod necesse habuerint consilio et auxilio tuo ad inquisitiones predictas faciendas, sine dilatione facias venire coram ipsis omnes illos qui necessarii sunt ad inquirendum de singulis articulis in predictis litteris nostris patentibus quas penes se habent, plenius contentis, tam prudenter et diligenter te habens in predictis quod negocium predictum pro defectu tui non sumat dilationem, per quod ad te nos capere debeamus. Teste me ipso apud Windesor', v. die Augusti etc.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Essex' et Hertford', Oxonie, Sussex', Wygornie, Linc', Cantebr' et Huntd', Devonie, Wiltes', Berk', War' et Leyrc', Glouc', Norh', Norf' et Suff', Sumers' et Dors', Suth', Surr', Kancie, Hereford', Eboraci, Lancastr', Stafford' et Salops', Notingeh' et Dereb', et Norhumberl'.

Rex dilecto et fideli suo Laurencio de Sancto Albano salutem. Sciatis quod constituimus vos justiciarium nostrum una cum dilecto et fideli nostro Ricardo de la Lade, ad inquisitionem faciendam de terris que fuerunt Willelmi de Haverench', secundum formam contentam in litteris nostris patentibus vobis et ipsi Ade (*sic*) inde directis. Et ideo vobis mandamus quod in fide qua nobis tenemini, conveniatis ad dies et loca que inter vos provideritis, ad inquisitionem illam faciendam de terris predictis secundum formam vobis demandatam, talem diligentiam ad hoc adhibentes, quam merito habere debeamus commendatam. Teste me ipso apud Westmonasterium, j. die Augusti.

Eodem modo scribitur Reginaldo de Marham, Gregorio de Taested, Laurencio de Sancto Albano, Galfrido de Wrokesham.

Inquisitores in Lond' et comitatu Middelsex' de prisis vinorum et aliis prisis occasione Camerarie Lond' factis per P. de Rivall' etc. et de ceteris articulis.—Rex dilectis et fidelibus suis, magistro Alexandro

1234.
[m. 13d.] de Swereford', thesaurario Sancti Pauli London', Hugoni Gyffard', constabulario Turris London', Andree Bukerel, majori London', et Gerardo Bat, salutem. Sciatis quod constituimus vos justiciarios nostros ad inquisitionem faciendam de prisis vinorum London' et de omnibus aliis prisis occasione Camerarie nostre London' factis per Petrum de Rivall' vel Robertum Passelewe vel ballivos eorum postquam idem Petrus ballivam illam suscepit; et similiter ad inquisitionem faciendam de omnibus terris, tenementis, denariis et aliis mobilibus et omnibus aliis quibuscumque rebus datis predicto Petro vel Roberto Passelewe vel ballivis eorum in London' et in comitatu Middelsex' per districtiones vel per fines, vel alio quocumque modo data fuerint sive ablata, ubicumqne et a quocumque et quibus occasionibus, et que blada et que catalla vendiderint et per quod pretium, et si fideliter ea vendiderint vel non. Et ideo vobis mandamus quod in fide qua nobis tenemini, conveniatis apud London' in crastino Assumptionis Beate Marie, anno regni nostri xviij., et postea ad diem quem videritis expedire in comitatu Middels', et vocatis coram vobis quos ad hoc videritis esse necessarios, inquisitionem illam ita diligenter distincte et aperte faciatis, ut discretionem vestram et diligentiam habere debeamus merito commendatam. Mandavimus enim vicecomitibus nostris London' et Middelsex' quod ad dies et loca que ei* scire facietis, venire faciant coram vobis omnes illos per quos inquisitionem illam melius facere poteritis, et quos ad hoc magis videritis esse necessarios. In cujus rei testimonium etc. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Julii.

H. Dei gratia rex Anglie etc. vicecomitibus London' salutem. Precipimus vobis quod sicut vos ipsos et omnia vestra diligitis, statim visis litteris istis, omni occasione et dilatione postpositis, clamari faciatis per civitatem nostram London' et per totam ballivam vestram tam in burgis quam mercatis et hundredis, quod omnes illi tam viri religiosi quam clerici et laici, qui terras et tenementa, denarios vel alia mobilia vel quascumque alias res per districtiones vel per fines vel de prisis vinorum vel de omnibus aliis prisis factis occasione Camerarie nostre London' vel Cambii nostri London', dederint Petro de Rivall' et Roberto Passelewe vel ballivis suis, sint coram dilectis et fidelibus nostris Alexandro de Swereford', thesaurario Sancti Pauli London', Hugone Giffard', constabulario Turris London', Andrea Bukerel, majori London', et Gerardo Bat, justiciariis nostris ad hoc assignatis, et coram vobis tam in civitate nostra London' quam in singulis hundredis de comitatu Middelsex' ad diem et locum quos iidem justiciarii nostri vobis scire facient, ad certificandum super sacramentum suum eosdem justiciarios nostros de donis receptis et ablatis et prisis occasione Camerarie nostre vel Cambii nostri London' factis per eosdem Petrum et Robertum vel ballivos suos et similiter ad certificandum eosdem justiciarios nostros de omnibus terris, tenementis, denariis et aliis

* *Sic in MS.*

1234.
[m. 13*d*.] mobilibus et omnibus aliis quibuscumque rebus datis predictis Petro et Roberto vel ballivis suis in eodem comitatu Middelsex'. Precipimus etiam vobis quod ad diem et locum quos iidem justiciarii nostri vobis scire facient, venire faciatis coram eis in comitatu Middelsex' sex tam milites quam alios liberos, legales et discretos homines, per quos rei veritas melius sciri poterit, de singulis hundredis ad certificandum predictos justiciarios nostros super sacramentum suum de predictis donis, ablatis et prisis, et occasionibus predictorum donorum, ablatorum et prisarum, tam de illis qui coram eisdem justiciariis presentes fuerint, quam de hiis qui fuerint absentes, qui interim ita sibi provideant de predictis ne odio, gratia vel timore vel amore corupti veritatem inde celare presumant, propter quod tam ad vos quam ad eos graviter nos capere debeamus. Et habeatis ibi nomina militum et hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij. die Julii.

De prisis Suht'.—Eodem modo scribitur Johanni de Colemere, Johanni de la Bulehus' et Michaeli de Amblie de prisis vinorum Suhampt' et de omnibus aliis prisis occasione Camerarie Suhampton' factis per Petrum de Rivall' etc. sicut superius scribitur magistro Alexandro de Swereford' et sociis suis de prisis occasione Camerarie Lond', etc.

Rex vicecomiti Suht' salutem. Scias quod constituimus dilectos et fideles nostros Johannem de Colemere, Johannem de la Bulehus' et Michaelem de Amblye justiciarios nostros ad inquisitionem faciendam de prisis vinorum Suht' et de omnibus aliis prisis occasione Camerarie nostre Suht' factis per Petrum de Rivall' vel ballivos suos, postquam idem Petrus ballivam illam suscepit. Et ideo tibi precipimus quod sicut te ipsum et omnia tua diligis, ad dies et loca que predicti justiciarii nostri tibi scire facient, venire facias coram eis omnes illos, per quos inquisitionem illam melius facere poterunt, et quos ad hoc viderint esse magis neccessarios, ad certificandum super sacramentum suum predictos justiciarios nostros de prisi (*sic*) vinorum et de omnibus aliis prisis occasione Camerarie nostre Suht' factis per predictum Petrum et ballivos suos. Et taliter te super hoc intromittas ne nos ad te et tua graviter capere debeamus. Teste rege apud Westmonasterium, xxix. die Julii.

H. Dei gratia rex Anglie etc. majori Lond' salutem. Precipimus tibi quod assumptis tecum dilectis et fidelibus nostris, magistro Alexandro de Swereford', thesaurario Sancti Pauli Lond', Hugone Giffard', constabulario Turris nostre Lond', et Gerardo Bat, diligentem fieri facias serchiam secundum consuetudinem civitatis nostre Lond' de prisis vinorum Lond' et de omnibus aliis prisis occasione Camerarie nostre Lond' factis per Petrum de Rivall' vel Robertum Passelawe vel ballivos eorum, postquam idem Petrus ballivam illam suscepit; et similiter de omnibus terris, tenementis, denariis, sicut continetur supra in litteris de inquisitione facienda. Et ad serchiam

1234.

[m. 13d.] illam faciendam venire facias coram te et predictis fidelibus nostris omnes illos de civitate nostra Lond' quos ad hoc videris esse neccessarios, in crastino Decollationis Sancti Johannis, anno etc. xviij. Et ita distincte et aperte cerchiam illam fieri facias quod inde diligenciam tuam possimus commendare. Mandavimus quidem predictis fidelibus nostris quod ad predictum diem una tecum ad predictum negocium expediendum conveniant, et ad hoc tecum diligenter intendant. Hoc autem probis hominibus nostris Lond' concessimus pro libertatibus civitatis nostre Lond' conservandis. Teste rege apud Geudeford', xxvij. die Augusti, anno xviij. Et mandatum est predictis fidelibus domini regis quod ad hoc una cum predicto majore intendant, per litteras patentes continentes consimilem formam. Teste ut supra.

Inquisitores de tholtis etc. in portubus Kantie et in Cantuaria, tam de Judeis quam aliis.—Rex dilectis et fidelibus suis Roberto de Rokel', Simoni de Grait', Simoni de Sandwico et Henrico de Osspring' salutem. Sciatis quod constituimus vos justiciarios nostros ad inquisitiones faciendas per homines portuum in comitatu Kancie et per cives et Judeos nostros Cantuarie secundum formam quam alias a nobis recepistis. Et ideo vobis mandamus quod cum omni festinatione qua poteritis, conveniatis ad predictas inquisitiones faciendas. Mandavimus etiam predictis hominibus de portubus et civibus et Judeis nostris predictis quod ad hoc vobis diligenter intendant. Teste rege apud Westmonasterium, x. die Octobris.

Patentes.—Idem mandatum est per litteras patentes predictis hominibus de portubus et civibus et Judeis predictis. Teste ut supra.

[m. 12d.] *Kancia.*—Thomas de Wrotham attornavit loco suo Ricardum Cardun versus Johannem Hatheie et Isabellam uxorem ejus, Salomonem de Sandhust et Aubeream uxorem ejus, de tertia parte unius virgate terre cum pertinentiis in Wimberog'.

Memorandum quod Aaron Blundus, Elyas frater ejus et Leo filius Ysaac, Judei Lond', concesserunt fratribus hospitalis Sancti Thome martiris de Acr' domos et aream cum pertinentiis in Lond' que fuerunt Petri filii Alani, et quas predicti Judei tenuerunt de predicto Petro, habendas et tenendas predictis fratribus in liberam puram et perpetuam elemosinam, faciendo domino feodi servitium inde debitum, scilicet, duos denarios vel unam libram simini per annum. Et pro hac concessione predicti fratres dant predictis Judeis quadraginta marcas ad hos terminos, videlicet, ad festum Sancti Michaelis anno etc. xviij. x. marcas, et ad Natale Domini, anno etc. xix. x. marcas, et ad Pascha anno eodem x. marcas, et ad festum Sancti Johannis Baptiste anno eodem x. marcas. Manucepit autem dominus rex pro fratribus predictis quod predicte xl. marce predictis Judeis ad terminos predictos solventur, et G. comes Marescallus et R. de Argent' sunt plegii predictorum fratrum erga dominum regem quod predicta pecunia predictis terminis persolvetur; que si forte eisdem

1234.

[m. 12d.] terminis soluta non fuerit, concessit dominus rex predictis Judeis quod predictas xl. marcas vel quantum restabit de predictis quadraginta marcis solvendum, allocabit eis in debito suo quod ei debent.

Mandatum est vicecomiti Middelsex' quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo extendi faciat terram Johannis de Trumpinton' in Thikeham, que est vadium Judeorum, et extentam illam mittat justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis in octabis Sancti Michaelis sub sigillo suo et sigillis eorum per quos extenta illa facta fuerit. Et mandatum est eisdem justiciariis quod ex quo extentam illam receperint, rationabilem finem et rationabiles terminos ipsi Johanni habere faciant ad debita Judeis quibus tenetur, reddenda secundum valorem terre et quantitatem debitorum predictorum. Et mandatum est eidem vicecomiti quod interim eidem Johanni de debitis predictis pacem habere faciat, ita quod non currant usure. Teste rege apud Rading', viij. die Augusti.

[m 11d.] *H. de Burgo.*—Tandem isti subscripti dati sunt inquisitores in comitatibus subscriptis.

Rex vicecomiti Norf' et Suff' salutem. Scias quod assignavimus dilectos et fideles nostros Reginaldum de Marham et Gilebertum de Kyrketon' ad inquisitiones faciendas de omnibus terris et tenementis que Hubertus de Burgo tenuit in baillia tua, tam in feodo quam in wardis, firmis et aliis, anno et die quo illa cepimus in manum nostram. Et ideo tibi precipimus quod non obstante mandato nostro quod inde tibi prius fieri fecimus, ex quo predicti Reginaldus et Gilebertus tibi scire fecerint quod neccesse habuerint consilio et auxilio tuo ad inquisitiones predictas faciendas, sine dilatione coram eis venire facias omnes illos de baillia tua qui neccessarii fuerint, ad inquirendum de singulis articulis contentis in litteris nostris patentibus quas penes se habent, ita diligenter te habens in predictis quod negocium predictum pro defectu tui non capiat dilationem, per quod ad te nos capere debeamus. Teste rege apud Rading', viij. die Augusti.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Cantebr', Essex' et Hertf', de inquisitione facienda de predictis per eosdem Reginaldum et Gilebertum.

Istis vicecomitibus subscriptis postea facte sunt littere patentes in forma subscripta.

Vicecomitibus Linc', Leic', Eboraci, Noting' et Lancastr', de inquisitione facienda de eisdem per Galfridum de Wrokeshal', Nicholaum de Hadham.

Vicecomitibus Norhampt', Buk', Berk', Glouc', Suhamt', Warewic' et Stafford' per Ricardum de la Lad', Laurencium de Sancto Albano.

Vicecomitibus Kancie, Surr', Sussex', Dors' et Sumers' per Alexandrum de Bassingeburn', Gregorium de Acsted'.

1234.
[m. 11*d*.]

Item postea in comitatibus Kancie, Surr', Sussex', Dors' et Sumers', loco Alexandri de Bassingburn' et Gregorii de Acsted', assignati sunt Reginaldus de Marham et Gilebertus de Kirket'.

Rex omnibus vicecomitibus suis in quorum ballias Galfridus de Wrokesham' et Nicholaus de Hadham venturi sunt ad inquisitiones faciendas de precepto suo, salutem. Mandamus vobis quod non obstante mandato nostro quod nuper fieri fecimus per litteras nostras clausas de quibusdam aliis inquisitoribus, sine dilatione venire faciatis coram predictis fidelibus nostris Galfrido et Nicholao, quos specialiter assignavimus ad inquirendum de omnibus terris et tenementis que Hubertus de Burgo tenuit in balliis vestris tam in feodo quam in wardis, firmis et aliis, anno et die quibus illa capi fecimus in manum nostram, omnes illos de balliis vestris qui necessarii fuerint ad inquisitiones predictas faciendas de singulis articulis contentis in litteris nostris patentibus, quas predicti Galfridus et Nicholaus penes se habent de forma et modo suo inquirendi, ita diligenter vos habentes in predictis quod negocium predictum pro defectu vestri non capiat dilationem, propter quod ad vos nos graviter capere debeamus. Teste rege apud Rading', viij. die Augusti.

Forma litterarum directarum inquisitoribus de terris que fuerunt in manu comitis Kancie.—Rex dilectis et fidelibus suis Reginaldo de Marham et Gileberto de Kirketon' salutem. Mandamus vobis quod in fide qua nobis tenemini, eatis ad omnes terras quas dilectus et fidelis noster Hubertus de Burgo, comes Kancie, tenuit in comitatibus Norf' et Suff', Cantebrig', Essex' et Hertford', tam in feodo quam in wardis, firmis sive quocumque alio modo, anno et die quo illa cepimus in manum nostram, et vocatis coram vobis, et cetera ut supra in litteris nostris patentibus prius directis Ricardo de la Lade et Laurentio de Sancto Albano.

Postea dominus rex associavit Willelmum de Wigehal' predictis Reginaldo et Gileberto ad inquisitiones predictas faciendas in comitatibus predictis.

Eodem modo scribitur aliis inquisitoribus de eodem.

De inquisitione facienda apud Oxoniam et alibi de Judeis.—Rex vicecomiti Oxonie salutem. Precipimus tibi quod venire facias coram dilectis et fidelibus nostris Roberto de Almarico, Johanne le Franceis et Johanne Maunsel, quos ad hoc assignavimus, omnes Judeos vestros de villa Oxonie ad negotia nostra per eos expedienda secundum formam quam predicti Johannes et Johannes, clerici nostri, tibi scire facient. Et tu ipse simul cum eis intendas eisdem negotiis ita diligenter ut diligentiam tuam merito habere debeamus commendatam. Et si forte predictus Robertus non sit inventus vel interesse non poterit, tunc alium militem in comitatu tuo loco ipsius cum predictis Johanne et Johanne interesse facias ad dicta negotia expedienda, ne pro defectu tui vel predicti militis negotium nostrum remaneat infectum. Teste rege apud Merleberg', ix. die Augusti.

1234.
[m. 11*d*.] Et mandatum est Roberto de Amarico, Johanni Maunsel et Johanni Franceis quod die Dominica proxima post festum Sancti Laurencii, anno etc. xviij. conveniant apud Oxoniam ad dictum negotium domini regis exequendum, ita quod si dictus Robertus cum predictis Johanne et Johanne interesse non poterit, loco ipsius Roberti aliquis miles de comitatu Oxonie ibi assumatur ad negotium illud exequendum.

Iidem Johannes et Johannes similiter assignati sunt ad predictum negotium exequendum in comitatibus Norhampton', Linc', Notingh' et Eboraci. Et mandatum est vicecomiti Norhampton' quod venire faciat apud Norhampt' coram predictis Johanne et Johanne et Galfrido de Armentariis Judeos Norhampt' ad diem quem predicti Johannes et Johannes ei assignabunt.

Et mandatum est vicecomiti Linc' quod a[d] diem* quem ei scire facient, venire faciat coram predictis Johanne et Johanne et Petro de Weston' Judeos Norhampt', et quod similiter venire faciat Judeos Linc' coram predictis Johanne et Johanne et Simone de Roppel'.

Item, in comitatu Noting' assignatus est Gerardus de Famecurt cum vicecomite predictis Johanni et Johanni. In comitatu Eboraci Robertus de Skegnes cum vicecomite.

Littere directe Johanni Franceis et Johanni Mansel.—H. Dei gratia rex Anglie etc. omnibus ad quos presentes littere pervenerint, salutem. Sciatis quod assignavimus dilectos et fideles nostros Johannem le Franceis et Johannem Maunsel, clericos nostros, ad quasdam inquisitiones faciendas in comitatibus Oxonie, Norht', Linc', Eboraci et Noting', simul cum quibusdam certis personis quas eis in singulis comitatibus predictis associavimus ad dictas inquisitiones faciendas in forma quam predictis Johanni et Johanni plenius viva voce injunximus. Mandavimus etiam singulis vicecomitibus nostris predictorum comitatuum quod una cum predictis clericis nostris et certis personis ad hoc assignatis, ad hec diligenter et fideliter exequenda, sicut predicti clerici nostri eis dicent, intendant. In cujus rei testimonium etc. Teste rege apud Merleberg', ix. die Augusti.

Pro Radulfo de Salceto.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo, extendi faciat terram Radulfi de Salceto in Wirminton', que est vadium Urselli filii Hamonis, Judei Hereford', et extentam illam mittat justiciariis domini regis ad custodiam Judeorum assignatis a die Sancti Michaelis in xv. dies sub sigillo suo et sigillis eorum per quos facta fuerit extenta illa. Et mandatum est eisdem justiciariis quod ex quo extentam illam receperint, rationabilem finem et rationabiles terminos ipsi Radulfo habere faciant ad debitum quod predicto Judeo debet, ei reddendum secundum valorem terre et quantitatem

* The words 'et locum' are here struck out.

1234.

[m. 11*d*.] predicti debiti. Et mandatum est eidem vicecomiti quod interim pacem ei inde habere permittat, ita quod inde non currant usure. Teste rege apud Merleberg', x. die Augusti.

Pro Hugone Hudde.—Eodem modo mandatum est vicecomiti Oxonie quod extendi faciat mesuagium Hugonis Hudde in Oxonia, quod est vadium Copin et Davidis, Judeorum Oxonie, et extentam predicto die mittat justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis etc. Et mandatum est eisdem justiciariis etc. ut supra. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus London' quod extendi faciant domos et redditus Radulfi de Ely in London', qui sunt vadium Jacobi Crespin et Aaron Blundi, Judeorum London', et extentam illam mittant justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis a die Sancti Michaelis in xv. dies sub sigillis eorum et sigillis eorum per quos facta fuerit. Et mandatum est eisdem justiciariis quod ex quo extentam illam receperint, rationabilem finem et rationabiles terminos eidem Radulfo habere faciant ad debitum quod predictis Judeis debet, reddendum secundum valorem predictorum domorum et reddituum et quantitatem predicti debiti, ita quod interim cessent usure. Teste rege apud Odiam, xxiiij. die Augusti.

Consimiles littere postea facta* fuerunt predictis vicecomitibus Lond' de extenta facienda de domibus, redditibus et catallis ipsius Radulfi. Et mandatum est eis quod extentam illam mittant justiciariis predictis a die Sancti Martini in xv. dies etc. ut supra.

[m. 10*d*.] *Oxonia.*—Magister Johannes de Lyuns attornavit loco suo Galfridum Jussel versus Johannem le Brun de una virgata terre cum pertinentiis in Norton'.

De libertatibus.—Rex vicecomiti Linc'. Scias quod provisum est in curia nostra coram nobis quod decetero nullus homo captus pro morte hominis vel pro alia felonia pro qua debeat inprisonari, dissaisietur de terris, tenementis vel catallis suis, quousque convictus fuerit de felonia de qua rettatus fuerit; set quam cito captus fuerit, per visum custodum placitorum corone nostre et per visum tuum vel ballivi tui et legalium hominum, videantur omnia catalla ipsius capti et inbrevientur et salvo custodiantur per ballivos ipsius capti, qui bonam securitatem inveniant, scilicet, bonos et securos plegios de respondendo coram justiciariis nostris de catallis illis vel de precio per legales homines apposito, si ab eis exigentur; salvo tamen inde ipsi capto et familie sue neccessarie, quamdiu fuerit in prisona, rationabili estuverio suo, ut si idem captus coram justiciariis nostris convictus fuerit de felonia, tunc residuum catallorum ultra estoverium suum secundum regni nostri consuetudinem nobis remaneat cum termino nostro unius anni et unius diei de terra sua. Et si coram justiciariis se defendere possit et de felonia sibi imposita se purgare, tunc catalla sua sibi remaneant quiete.

* *Sic in MS.*

1234.
[m. 10d.] Et ideo tibi precipimus quod in comitatu tuo id decetero fieri facias; et firmiter prohibemus ne pro dicta occasione decetero alio modo manum apponas in terris vel catallis alicujus predicto modo capti, ne ampliorem inde clamorem audiamus. Teste etc.

Abbas de Bordesl' venit coram rege apud Walingeford'[a] die Jovis in octabis Sancti Laurencii, anno xviij. et petiit terram suam in Essore sibi replegiari, quam Sabina que fuit uxor Hereberti de Putot clamat coram justiciariis de Banco versus ipsum abbatem nomine dotis. Et hoc significatum est justiciariis de Banco.

Mandatum est vicecomitibus Kancie et Sussex quod de terris et catallis Roberti falconarii, capti et detenti in prisona pro morte Alexandri de Byrcholt', que in manum regis ceperunt occasione predicta, plenam saisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Merleberg', xvi. die Septembris.

Simili modo scribitur pro eodem Ricardo de la Lad' et Ade filio Willelmi, escaetoribus suis.

